F Reſtat ergo declarare ſecundum, vz ꝙ per hanc doctrinā habetur fœlicitas illa vltima, quam poſuerunt Phyloſophi, vel fœlicitas illa, quam poſſumus acquirere ex puris naturalibus, quod ſortitur hæc ſcientia ex primis cauſis, prout vltra prima non eſt procedere. Per fœlicitatem. n. Intelligimus, id quod quietat intellectum: quādiu. n. Intellectus non eſt quietatus, non habetur fœlicitas. Et quia naturale, eſt, ꝙ cognito effectu deſideramus cognoſcere cauſas, non quieſcit naturale deſiderium noſtrum donec perueniamus ad cognitionem primarum cauſarum. G Et quia (ſi hęc ſcientia eſſet bene tradita) daretur hic cognitio primarum cauſarum ſecundum modum poſsibilem nobis ex naturalibus noſtris, Ergo ex hac ſcientia haberetur fœlicitas illa vltima, quam poſuerunt Phyloſophi. Et (vt magis appareat hæc veritas) eſt diligenter notandū, ꝙ in omni genere virtutum eſt dare vnā virtutem ſupremam, cuius operatio dicitur eſſe fœlicitas. Hoc eſt ergo quod dicit Phylo- Cap. 9. ſophus primo Ethicorum, ꝙ fœlicitas eſt operatio animæ ſecundum virtutem perfectam. Sunt. n. hæc tria genera virtutum, vz, Morales, intellectuales, & Theologicę. Dimiſsis ergo virtutibus Theologicis, dicemus ꝙ in genere virtutum moralium ſuprema virtus eſt prudentia, ſm̄ quam operari eſt fœlicitas Politica: de qua determinatur primo Ethicorum H diffuſe. In genere autem virtutum intellectualium, ſiue in genere ſcientiarum ſuprema ſcientia eſt Methaphyſica, ſecundum quā ſpeculari eſt fœlicitas contemplatiua, quam po- Cap. 9. & ſequētibus. ſuerunt Phyloſophi, de qua determinatur in. 10. Ethicorum. Et quia hic liber Methaphyſicalis eſt, immo quia eſt nobiliſsima pars Methaphyſicę, ideo cognitio primę cauſę & ſubſtantiarum ſeparatarum (de qua hic Author intendit) eſt fœlicitas contemplatiua à Phyloſophis poſita. Poſuerunt. n. Phyloſophi fœlicitatem contemplatiuam nobiliorem & excellentiorē fœlicitate politica. I Intelligitur. n. fœlicitas politica eſſe materialis, & eſſe quaſi inſtrumentum fœlicitatis contemplatiuæ. Nam perfectus ſecundum ſcientias ſpeculatiuas naturaliter debet eſſe perfectus virtutibus Moralibus, vt probat cōmentator in qua- Cō vltío dam digreſsione, quam facit. 7. Phyſicorum & in Prologo primi Phyſicorum. Igitur ſi contingat aliquando ꝙ aliquis perfectus ſcientia, non ſit perfectus virtute morali, ſed intem- i ī plogo 1. phyſi. & 7. phy. cō vltío. peratus, & inſequutor paſsionum, hoc eſt contra naturam ſcientiæ. Idem ibidem. Fœlicitas ergo contemplatiua, quam poſuerunt Phyloſophi, & quæ habetur ex ſcientia huius libri, prout eſt de primis cauſis, eſt potior (per ſe loquendo) fœlicitate Morali, quia includit illam. Et vt magis appareat quod dicitur, Sciendum ꝙ fœlicitas, tria de ſe videtur ha- K bere, vel dicere, vz ꝙ ſit quid optimum, ꝙ ſit nullis aut modicis indigēs, & ꝙ ſit quid delectabile, quę omnia tria, ſufficienter habentur ex diffinitione fœlicitatis poſita in primo Cap. 8. 10. Ethicorū. c. 7. cap. 8 & cap. 9. Ethicorum. Vbi dicitur ꝙ fœlicitas eſt finis operatorum, perfectum & per ſe ſufficiens bonum. Prout ergo eſt finis operatorum, eſt quid optimum. Prout eſt bonum perfectum, eſt quid delectabile, ſed prout eſt per ſe ſufficiens, eſt nullis aut modicis indigens. Et quia hæc tria, potiſsime habet ſpeculatiua contēplatio, quia ipſa eſt optima, vt dicitur. 10. Ethicorū: & quia eſt valde delectabilis. quia (vt ibidem dicitur) Phyloſophia admirabiles delecta-

tiones

tiones videtur habere ſui puritate & firmitate. Et Rurſus, quia paucioribus indiget, qui vult intendere fœlicitati contemplatiuę, quàm intendens fœlicitati politicæ: ideo, fœlicitas hæc eſt potior illa fœlicitate. Declaratum eſt ergo hanc doctrinam (eo ꝙ eſt de primis cauſis) eſſe dignam & honorabilem dupplíciter: primo. Quia maxime facit ad ſcire. ſecũdo. Quia ꝑ hanc ſcíam habetur fœlicitas illa cõtẽplatiua, quã poſuerũt Phyloſophi.

M His viſis de facili poſſumus deſcendere ad Cauſas huius operis. Nam Materia, ſiue ſubiectum alicuius doctrinæ eſt illud quod principaliter intenditur in illa ſcía, & per quod ſcientia digna & honorabilis dicitur. Cauſę ergo primarię (de quibus hic principaliter intẽditur, & per quas hęc doctrina eſt digna, & honorabilis) erunt ſubiectum huius libri. Cauſa vero Efficiens ignoratur, ſed creditur a multis fuiſſe Alpharabium. Dicitur. n. ꝙ hic liber non habetur apud Græcos, ſed de Arabico dicitur eſſe tranſlatus. Vnde aliquis Arabs creditur fuiſſe Author huius libri: In Gręco aũt habẽtur propões Procli, à quibus hæ propões emanauerunt, & fuerũt acceptę. Vt. n. apparet ſcientibus: hic liber emanauit ab illo.

N Modus autem agendi ſiue forma tractãdi huius libri eſt per modum Theorematũ, quia primo proponuntur Theoremata, & quaſi quędam maxime vniuerſales, & poſtea datur intellectio illorum Theorematum, ſiue illarum propoſitionum: Forma autem tractatus eſt ordinatio Theorematum ad inuicem.

Cauſa autem finalis eſt cognitio eorum, quæ hic tractantur. Nam cognitio ſubiecti vno modo eſt pręcognitio in ſcientia. alio modo eſt finis ſcientiæ.

O Titulus autem huius libri quadrupliciter ponitur. Nam vno modo intitulatur, ꝙ eſt de pura Bonitate. Alio modo intitulatur, ꝙ hic liber vocatus eſt flores diuinorum. Tertius titulus eſt, ꝙ vocatus eſt lumen luminum. Quartus autem titulus eius eſt communis, ꝙ dictus eſt liber de cauſis: qui tituli forte ex dignitatibus, quas aſſignauimus huic libro, ſumpſerunt originem. Dicebatur enim, ꝙ hic liber maxime facit ad ſcire & ꝙ per hũc librũ habeẽ fœlicitas illa vltima quã poſuerũt Phyloſophi, ſi ſufficiẽter eẽt hic liber traditus.

P Aſpicientes ergo ad ipſum ſcire, vocauerunt ipſum de cauſis, eo ꝙ ſcire ſit per cauſas. Et vocauerunt ipſum lumen luminum: vt intelligamus, ꝙ quęlibet ſciẽtia eſt quaſi quoddam lumen animę, ſed ſcientia primarum cauſarũ, & primorum principiorũ (eo ꝙ ſit ſciẽtia ſcientiarũ, & eo ꝙ talis ſcía faciat ad ſcire omnium ſcíarum) huiuſmodi ſcía non ſolum debet vocari lumen, ſed etiam lumen luminum.

Sed aſpicientes ad hanc doctrinam, prout habetur fœlicitas illa, quam poſuerunt Phyloſophi, vocauerũt ipſum de pura Bonitate, quia in bonitate pura. i. in bonitate abſtracta, non autem in bonitate materiali, & corporali eſt ponenda fœlicitas. Sic etiam tales vocauerunt huuc librum, Flores diuinorum, quia in talibus vel in cognitione talium contemplatiua fœlicitas (de qua hic loquimur) eſt ponenda.

Cui autem parti Phyloſophię ſupponatur in dubijs patebit.

Q Ad intelligentiam autem dictorum & dicendorum.

DVBITARET forte aliquis. Vtrum de primis cauſis poſſit eſſe ſcientia, & videtur ꝙ non. Quia ſcire eſt per cauſam Nam (vt dicitur primo Poſteriorum) ſcire eſt cãm cognoſcere: Cum ergo cauſę primę non habeant aliam cãm, de eis non poterit eſſe ſcientia. T. cõ. 5.
Præterea, ſcire eſt per demoſtrationẽ: Sed prima principia nõ poſſunt demoſtrari ergo &c.

Dicendum, ꝙ ipſa ſcientia vno modo accipitur large, prout ipſa ſapientia quędam ſcía eſt, ſecundum quem modũ loquitur Phyloſophus quarto Methaphyſices: vbi ait, ꝙ vnius quidem ſcire, vel ſcientiæ ſcíarum eſt cõſideratio de ente per ſe, & de rebus, quæ ſunt entis in eo ꝙ ens. Methaphyſicam: ergo quæ eſt ſic de ente, vocauit ſcíam, & de numero ſcíarum: Et tamen conſtat ꝙ ipſa (proprie loquendo, eſt ſapientia, cum ſit per cauſas altiſſimas) & ſit de primo ente. Alio modo poteſt accipi ſtricte prout diuiditur contra ſapientiam, & contra intellectum: & hoc modo dicimus, ꝙ ſcientia differt ab intellectu. Quia ſcía eſt concluſionum, intellectus vero principiorũ, differt autem ſcientia a ſapientia, quia ſapientia eſt virtus ſcientię, ſiue eſt virtus artis, vt dicitur ſexto Ethicorum: & ſcḋm hunc Cap. 8.

ibidem

T. cõ. 1.

R

S modum ſapientia eſt altior ſcientia, & habet ſcías regulare. Cum ergo quæritur, vtrum de primis cauſis poſſit eſſe ſcía. Dicendum ꝙ Ars cõſiderans de primis cauſis proprie dicitur ſapientia, ſi aũt dicitur ſcía hoc eſt prout nomen ſcię extenditur ad ſapientiã. Quod vero arguitur ꝙ ſcire eſt per cauſam & per demoſtrationem. Dicendũ ꝙ de primis principijs, & de primis cauſis, non habemus ſcíam, accipiendo ſcíam ſtricte, nec habemus ſcíam ſimpliciter, & à priori, ſed à poſteriori, & per effectus tantũ, de talibus enim habemus ſapientiam, & intellectum, quæ ſunt cognitio potior, & altior q̃ ſcía & demoſtratio.

T VLTERIVS forte dubitaret aliquis. Vtrum hæc Ars, quę traditur in hoc libro proprie ſapientia dicatur. Et videtur ꝙ non. Quia ſicut ſcía diuiditur contra intellectũ, quia dicimus ꝙ ſcía eſt habitus concluſionum, intellectus vero eſt habitus principiorum, ſic ſapientia videtur diuidi contra ipſum intellectum, vt habitus concluſionũ traditarum in Methaphyſica videtur ꝙ dici debeat ſapiẽtia. Sed habitus principiorum ad cõcluſiones illas videtur ꝙ debeat vocari intellectus. Cũ ergo iſte liber ſit de primis cauſis, & de primis principijs, videtur ꝙ de talibus non ſit proprie ſcía nec ſapientia, ſed intellectus tm̃. Dicendum ꝙ licet non ſint idem habitus intellectus, & ſcía, ſunt tñ idem habitus intellectus & ſapientia: ꝑꝑ quod in ſexto Ethicorũ ſcribitur in capitulo illo, vbi de ſapientia agitur: ꝙ ſapientem non ſolũ oportet ſcire quę ſunt ex principijs: ſed eũ oportet verũ dicere circa principia. Vnde ibidem concluditur, ꝙ ſapientia & intellectus & ſcía idem ſunt. Cũ ergo ad ſapientem pertineat cognitio principiorũ & concluſionũ: ſapientia cõplectit̃ hæc duo. S. intellectũ & ſcíam: intellectũ ratione principiorũ, & ſcíam rõne concluſionũ. Dicemus itaq; ꝙ ſcię proprie ſunt iſtę artes particulares, quæ ꝑꝑ ſui particularitatẽ ſic arctantur ad cognitionẽ concluſionum, ꝙ prima principia in ſua vniuerſalitate non pertinẽt ad conſiderationẽ talium ſcíarum: ſed cognitio talium principiorũ pertinet ad quendã habitum qui vocat̃ intellectus, qui eſt differens ab oĩbus talibus ſcientijs: ſed ſapiens eſt artifex vniuerſalis, & ſapientia eſt notitia cõis, & ꝑꝑ ſui cõitatem, & vniuerſalitatem ad vnũ & eũdem habitum ſapientiæ, ſiue ad vnã, & eandem Metaphyſicã pertinet cognitio cõcluſionum traditarũ in illa ſcía, & primorũ principiorũ. Non ergo ſic diſtinguitur ſapientia ab intellectu, ſicut eſt ſcía ab intellectu diſtincta: ſed ſapiẽtia eſt iſta duo. S. ſcía & intellectus. Dñr autem de ſapientia duo, vt patet ex ſexto Ethicorum, v3, ꝙ ſapientia eſt virtus Artis, ſiue virtus ſcientiæ, & ꝙ ſapientia eſt veluti caput habens: quia eſt quaſi caput ſcientiarum. Cum ergo virtus ſit vltimum de potentia, vt dicitur in primo cœli & mundi, & vltimum ſit illud in quod reſoluuntur alia, & concluſiones reſoluantur in principia propria. Principia vero propria in principia prima & vniuerſalia, non eſſet ſapientia virtus ſcíæ ſi non eſſet vltimum in ſcientijs: & niſi ad eam ſpectaret cõſiderare de cauſis primis & vniuerſalibus, in quas reſoluuntur omnia. Rurſus cum capitis (quia in eo vigent ſenſus) ſit regulare, & dirigere cætera membra. cum per principia prima, & vniuerſalia cætera regulentur, & dirigantur, non eſſet ſapientia ſcientiarum caput niſi conſideraret cauſas primas, & vniuerſalia prima, per quę omnia regulantur. Ars ergo hic tradita proprie vocari poterit ſapientia, non obſtante ꝙ ſit de primis cauſis, & principijs, circa quę eſt intellectus: quia ſapientia in ſe intellectum includit.

Cap. 8.

V

X

Cap. 8.

T.cõ. 116

Y VLTERIVS forte dubitaret aliquis cui parti Phyloſophiæ ſupponatur hæc ſcientia. Dicendum ꝙ, cum tres ſint modi eſſentiales Phyloſophiæ, vt dicitur ſexto Methaphyſices, v3, Phyſicus, Mathematicus, & diuinus ſeu Methaphyſicus, ſcientia tradita in hoc libro ſupponitur illi parti Phyloſophiæ quæ dicitur Diuina ſiue Methaphyſica, & eſt quaſi flos illius partis. Nam nobiliſſima pars Methaphyſicæ eſt conſiderare de Deo, & de ſubſtantiis ſeparatis. Cum ergo in. 12. Methaphyſicę quodam modo agatur de talibus ſecundum mentem propriam Phyloſophi, in. 13. autem & in. 14. de huiuſmodi ſubſtantijs ſeparatis agatur ſecundum mentem aliorum: condecens erat, vt traderetur aliquis liber in quo de talibus ageretur ſimpliciter & ſecũdum ſe: quod fit in hoc libro. Hinc forte appellatus eſt flores diuinorum, ſiue Methaphyſicarum quia eſt nobiliſſima pars Methaphy-

T.cõ. ſecũdi.

ficæ. Aſſignant autem aliqui plures rationes quare hic liber appellatus ſit flores diuino rum: ſed ſecundum hoc videmur magis ex proprijs procedere, q̃ rationes illæ procedant. Z

VLTERIVS dato ꝙ Ars hic tradita dicatur proprie ſapientia, & non ſcientia, niſi large accipiendo ſcientiam, eo ꝙ ſupponitur Methaphyſicæ quę proprie dicitur ſapientia & non ſcientia niſi extendendo nomen ſcientiæ. Dubitaret forte aliquis vbi magis oportet extendere nomen ſcientiæ, an ad hoc ꝙ Methaphyſica dicatur ſcientia, an ad hoc ꝙ ars hic tradita, ſcientia nuncupetur.

Dicendum ꝙ (vt patuit per Phyloſophum in. 6. Ethicorum) ſapientia eſt intellectus, & ſcientia. Scientia quidem ratione concluſionum ſiue ratione effectuum: intellectus vero ratione principiorum, ſiue ratione cauſarum. Cum ergo in Methaphyſica determinetur de ſubſtantia ſenſibili (vt patet in. 7. & de ſubſtentijs ſeparatis) vt in. 12. Methaphyſica dicetur intellectus, & ſcientia. Sed magis dicetur ſcientia vt tractat de ſenſibili, & magis dicetur intellectus vt tractat de ſubſtantijs ſeparatis, ſiue de ſubſtantia intelligibili. Et quia Ars hic tradita quaſi ſolum eſt de ſubſtantijs ſeparatis & intelligibilibus, poterit hęc Ars vocari ſapientia & intellectus. Sed multum oportet nomen ſcientiæ extendere, vt hæc Ars ſcientia nuncupetur. His viſis ad expoſitionẽ literę accedamus. & Cap. 8.

✠

PROPOSITIO PRIMA.

OMNIS CAVSA PRIMARIA PLVS eſt influens ſuper cauſatũ ſuum, q̃ cauſa ſecũda vniuerſalis. A Propõ. 1.

AVTHOR huic libro præmittit quandam propoſitionem quæ eſt quaſi Prophæmium reſpectu totius operis. Conſueuerunt enim Authores tangere in Prohæmio id, de quo eſt ſcientia, & inducere audientes ad amorem ſcientiæ: & hæc duo facit Author in hac prima propoſitione. Nam cũ hic liber ſit de primis cauſis: eo ipſo ꝙ incipit hũc librũ à cauſis primarijs dicens. (Omnis cauſa primaria) tangit id de quo eſt hęc ſcientia: ſed ex eo ꝙ ſubdit ꝙ cã primaria (Plus facit ad eſſe cauſatorũ) vel quod idẽ eſt (Magis eſt influens in ſuũ cauſatum q̃ cã ſecũda) inducit auditorẽ ad amorẽ huius ſcientiæ. Nam oẽs hoẽs natura ſcire deſiderant, vt dr̃ primo Methaphyſices. Quanto ergo aliquid magis facit ad ſcire, magis reddit deſiderium auditorum, vt velint ſcire illud. Et quia Primaria cauſa plus influit, & plus facit ad eſſe, & per cõſequens plus facit ad ſcire, ideo liber iſte, qui eſt de cauſis primarijs debet eſſe deſideratus, & amatus. Duo ergo facit Author, quia primo præmittit hanc propoſitionẽ primam, quę ſe habet quaſi prohæmium reſpectu totius operis. Secundò exequitur de Propoſitionibus alijs, quæ ſe habent quaſi exequutio, & tractatus. Secunda pars incipit in ſecunda propoſitione ibi. (Omne eſſe ſuperius.) Circa primum duo facit, quia primo præmittit hanc propõnem primam. 2. annectit ei cõmentum, & expoſitionem eius. ibi. (Cum ergo remouet.) Dicit ergo ꝙ (Omnis cauſa primaria plus eſt influens ſuper cauſatum ſuum q̃ cã ſecunda vlis) ſupple influat ſup cauſatũ illud. In princ. phæmij. B

¶Notandum aũt, ꝙ opꝫ idem eſſe cauſatũ à cã prima, & ſecũda: quia aliter nõ eſſet ibi ordo nec analogia niſi ſuper eandẽ rem influeret hæc cã & illa: ratione cuius vna dr̃ prior, & alia poſterior. Nunq̃. n. eſt prius & poſterius, niſi per cõparationem ad aliquid vnum.

¶Notandum etiam ꝙ cã prima & ſecunda reſpiciunt vnum & idẽ cauſatum. Et Notandũ ꝙ magis eſt faciens ad eſſe illius cauſati & magis influit in illud cauſa prima q̃ cauſa ſecũda, dato etiam ꝙ cauſa ſecunda ſit vniuerſalis.

¶DVBITARET forte aliquis, qa videtur hic Author diſtinguere inter cãm vniuerſalem & cãm primam, volens ꝙ cauſa vniuerſalis poſſit eſſe cauſa ſecũda. Nam cũ illud ſit cauſa vniuerſalis quod influit in omnia, & hæc ſit cauſa primaria: non videtur eſſe diſtinguendum inter hanc & illam. C

¶Dicendum ꝙ ſecundum intentionem huius Authoris (quod etiam ſatis põt trahi ad intentionem Phyloſophi) præter intelligentias eſt dare proprios motores orbiũ, qui poſſunt vocari animę cœlorũ. Secundũ hoc ergo diſtinguemus quatuor cauſas vniuerſales: videlicet primam cãm, intelligentias, animas cœlorum, & naturam. Omnis enim effectus hic naturaliter productus procedit ab his quatuor cauſis. vꝫ, à Natura ab animabus cœlorum mouentibus orbes, ab intelligentijs mouentibus aĩas illas, & a prima cã producente totũ.

¶ Primæ tamen tres cauſæ, vꝫ Deus, intelligentiæ, & animę cœlorũ ſunt cauſæ primariæ reſpectu naturæ, quia natura eſt quaſi Organum & inſtrumentum reſpectu oĩum cauſarum prędictarum, quod ſatis innuit Cõmentator in. 12. Methaphyſicę, cum ait, ꝙ natura non agit niſi rememorata ab huiuſmodi cauſis. Cũ ergo quatuor ſint cauſę vniuerſales, & Author in hoc libro non intendat agere niſi de tribus, quia nõ intendit agere de natura, D Cõ.18.

ſiue de ſubſtantia corporea: Quia omnes aliç tres ſunt cauſæ primariç reſpectu naturæ,
E Natura vero eſt cauſa vniuerſalis ſecunda. Volēs ergo diſtinguere cauſas primas (de quibus hic intendit agere) à natura quę eſt cauſa vniuerſalis ſecunda, de qua nō intendit agere dicit ꝙ (omnis cauſa primaria &c.) Ex quibus patet qđ quærebatur, vȝ, ꝙ nō eſt idem eſſe primarium & vniuerſale, quia natura eſt cauſa vniuerſalis: & tamen eſt cā ſecunda. ❡ Ad Argumentum in oppoſitum dicendū ꝙ cauſa ſecunda nō dicitur hic vniuerſalis, quia influat in omnia ſimpliciter, quia cauſa ſecunda hoc modo vniuerſalis eſſe non poteſt: Sed poteſt eſſe vniuerſalis in genere, vt ꝙ habeat vniuerſalem influentiam in genere exiſtentiū in ſphæra actiuorum & paſſiuorum. ❡ Deinde cum dicit.

PROPOSITIONIS PRIMÆ COMMENTVM.

F CVM ergo remouet cauſa ſecunda vniuerſalis virtutem ſuam a re, cauſa vniuerſalis prima non aufert virtutem ſuam ab ea.

❡ Declarat propoſitionem præmiſſam propter quod ſciendum ꝙ influere proprie pertinet ad cauſas efficientes & productiuas. Eſt ergo intentio propoſitionis propoſitę ꝙ in genere cauſarū efficientium & productiuarum, cauſa primaria plus influit, & plus facit ad eſſe cauſati ꝗ cauſa ſecunda. Poteſt.n.cauſa primaria efficiens, & productiua (quantum ad præſens ſpectat) comparari ad tria, videlicet ad rem productam, ad cauſas in alio genere, vt ad cauſas formales, & materiales: & ad cauſas in eodem genere, vt ad cauſas efficientes ſecundas. Tria ergo facit Author in declarando propōnem tactam. Nam primo oſtendit ꝙ cauſa primaria productiua plus influat comparando huiuſmodi cauſam ad rem productam. Secundo oſtendit hoc idē cōparando huiuſmodi cām ad cauſas in alio genere, vt ad formales, & materiales. Tertio declarat hoc idem cōparando huiuſmodi cām ad cauſas in eodem genere, vt ad cauſas ſecundas efficientes. Secunda pars incipit ibi. (Et nos quidem) tertia ibi. (Et cauſa prima adiuuat) vbi pręſens lectio poterit terminari. Circa primum duo facit ſecundū ꝙ cauſa primaria dupliciter comparatur ad ipſum cauſatum, ſiue ad ipſam rem productam aliter ꝗ cauſa ſecunda. Nam actio cauſę primæ prius attingit cauſatum ꝗ actio cauſę ſecundę, & poſterius recedit ab ipſo. Primo ergo probat quòd cauſa prima plus influat, quia vltimo recedit. Secundo probat hoc idem ex eo ꝙ primo
G aduenit. ibi (quod eſt quia cauſa vniuerſalis.) ❡ Ad intelligentiam autem dictorum, & vt intelligatur modus procedendi huius Authoris duę rationes ſunt notandæ. Prima eſt, quia quod inducitur ad manifeſtandum propoſitionem propoſitam inducitur per modum Correlarij, vt apparet hic in propoſito, quia cum deberet manifeſtare ꝙ cauſa prima plus influit, infert quaſi per modum correlarij. dicens (cum ergo remouet cauſa ſecunda) ꝙ ſi quęratur quare Author hunc modum tenet, ꝙ aliquando per modum correlarij proponit rationem quam aducit ad manifeſtandū propoſitum. Dici poteſt ꝙ aliquādo ratio adducta eſt ex prioribus ſimpliciter: & tunc illa ſic eſt ratio, ꝙ non proprie eſt correlarium. Aliquando vero eſt ex prioribus quo ad nos, ex poſterioribus vero ſimpliciter: & ſic eſt in propoſito. quia eſſe cauſam primam, & magis influere in cauſatum, eſt prius ſimpliciter, quàm vltimo recedere ab ipſo: Probare ergo eſſe cauſam primariam, quia vltimo recedit, eſt incedere quaſi per modum correlarij. Secunda ratio eſt iſta quòd multotiens ratio ſic eſt adducta ad principale propoſitum, quòd tamen eſt fulcimentū rationis pręcedentis: & inde eſt, quòd multotiens adducitur ratio noua, & tamen non adducitur tanquā ratio diſtincta à priori, ſed tanquam continuata cum ipſa, vt innuatur eam
H eſſe fulcimentum eius. ❡ His viſis dicamus ꝙ Author in prima parte intendit talem rationem, quam inducit per modum correlarij, videlicet quòd illud quod vltimo recedit

ab influendo plus influit, ſicut illud per ſe loquendo quod vltimo recedit ab opere plus operatur: Sed cauſa prima vltimo recedit ab influendo, ergo plus influit. De hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij, videlicet quòd cauſa prima vltimo recedit à cauſando & influendo, ideo ait. (Cum ergo remouet cauſa vniuerſalis ſecūda virtutem ſuam a re: cauſa vniuerſalis prima non aufert virtutem ſuam ab ea) .q. d. quòd recedente cauſa ſecunda ab influendo non recedit cauſa prima: & quia prius intelligitur recedere cauſa ſecunda q̄ prima, cauſa prima plus influit, quia vltimo ab influendo recedit.

¶ DVBITARET forte aliquis quomodo verum ſit, quòd recedente cauſa ſecunda ab influendo non recedit cauſa prima. ¶ Dicendum eſt, quòd prius (per ſe loquendo) non dependet a poſteriori. Cum ergo tollitur poſterius (per ſe loquendo) non propter hoc tollitur illud quod eſt prius. Poſſumus enim dicere quòd ſicut in conſtitutione rerum quę ſunt priora in compoſitione, ſunt poſteriora in reſolutione. Sic in influentijs cauſarū, cauſæ quæ primo influunt vltimo ab influendo recedunt. ¶ Deinde cum dicit. I

QVOD EST, quia cauſa vniuerſalis prima agit in cauſatum cauſę ſecundæ, antequam agat in ipſum cauſa vniuerſalis ſecunda quæ ſequitur ipſam. Cum ergo agit cauſa ſecunda in cauſatum, quod ſequitur ipſam, non excluditur ipſius actio a cauſa prima quæ eſt ſupra ipſam. Et quando ſeparatur cauſa ſecunda a cauſato quod ſequitur ipſam, non ſeparatur ab eo cauſa prima quæ eſt ſupra ipſam, quoniam eſt cauſa ei. k

¶ Adducit ſecundam rationem ad hoc idem ſumptam ex eo quòd influentia primę cauſæ primo venit in cauſatum. Propter quod ſciendum, quòd ſemper priora (per ſe loquendo) ſunt cauſa poſteriorum. Quia (vt ſcribitur ſecundo Methaphyſicę) Res in quibus eſt prius & poſterius, neceſſe eſt, vt prius ſit cauſa eius quod eſt poſt: Priora ergo ſunt potiora in agendo quàm poſteriora. Cauſæ ergo primę, quia primo influunt, magis influunt, ideo ait. (Quod eſt) ſupple quòd cauſa prima magis influat, & quòd vltimo ab influendo recedat (quia cauſa vniuerſalis prima agit in cauſatum cauſę ſecundæ antequam agat in ipſum) cauſatum, (cauſa vniuerſalis ſecunda quæ ſequitur ipſam) cauſam primam. (cum ergo agit cauſa ſecunda in cauſatum quod ſequitur ipſam, non excluditur ipſius actio à cauſa prima quæ eſt ſupra ipſam) quaſi dicat, quòd actio cauſę ſecundæ non excludit immo præſupponit actionem cauſæ primæ (&) ſubdit, quòd (quando ſeparatur cauſa ſecunda a cauſato quod ſequitur ipſam non ſeparatur ab eo,) ideſt à cauſato illo. (Cauſa prima quę eſt ſupra ipſam) cauſam ſecundam (quoniam eſt cauſa ei,) quaſi dicat quòd quia cauſa prima, eſt cauſa cauſæ ſecundæ, ideo plus influit quàm illa, & cum illa recedit ab influendo, non recedit iſta. ¶ Notandum autem, quòd cum aſſignatæ ſint duæ cauſæ quare cauſa prima plus influat, quarum vna eſt, ꝙ ideo plus influit, quia vltimo ab influendo recedit. Secunda eſt quòd ideo plus influit, quia in eius influentia prius ad cauſatum pertingit, quæ duæ cauſæ & rationes ſic ſe habent, quòd ſecunda eſt fulcimentum primæ. Nam ideo prima cauſa vltimo ab influendo recedit: quia primo influit. Ideo Author hanc ſecundam rationem quaſi continuat ad primam. Nam poſtquam dixit, quòd prima cauſa non remouet virtutem ſuam a cauſato, antequam remoueat ſecunda, ſubdidit, quòd hoc ideo eſt quia cauſa prima agit antequam ſecunda. Inde, eſt, etiam quòd poſtquam adduxit hanc rationem ſecundā, ideſt quòd cauſa prima influit antequam ſecunda, repetit rationem primam, videlicet ꝙ cauſa prima non remouetur per remotionem cauſæ ſecundæ, vt oſtendat quòd hæc ratio prima infertur, & concluditur per rationem ſecundam.

T. cō. 6.

L

M ¶ Ad intelligendum autem textum, & quomodo hę rationes ſe habent ad inuicem, videlicet hæc ſecunda & illa quam in principio poſuimus.

¶ DVBITARET forte aliquis, quia videtur falſum quod hic Author dicit, vʒ, ꝙ cauſa prima prius attingat cauſatum q̃ cauſa ſecunda, & ꝙ vltimo recedat ab eo. Cõſtat enim ꝙ Sol & homo generant hominem, & Sol & Leo generant Leonem. Niſi. n. cauſæ ſecundæ determinarent cauſas primas in actionibus ſuis, non producerentur in eſſe huiuſmodi generabilia quæ videmus. Non ergo plus influit cauſa prima, nec eius influentia vltimo recedit, ſed videtur hæc omnia ſimul eſſe. ¶ Dicendum ꝙ ſi hæc ſimul ſunt tempore, nõ tamen ſunt ſimul natura ſiuæ cauſalitate & intellectu. Cauſaliter. n. loquẽdo influentia primæ cauſæ prius attingit cauſatum quàm cauſa ſecunda. Sic etiam naturaliter & ſ̃m intellectum hæc influentia pręcedit illam: & ſicut præcedit ſic ſequitur: quia quę ſunt priora in conſtitutione (vt dicebatur) ſunt poſteriora in reſolutione. Videmus. n. ſimile in

Supra. k. cauſis formalibus. Nam licet diſpoſitiones in cõpletæ præcedant formam ſubſtãtialem

N in materia: ſimul tamen eſt materia cõplete diſpoſita, & informata: ſicut etiam in corruptione, licet in cõplete prius amoueantur diſpoſitiones accidentales quę ſunt annexæ, & conſequentes ſubſtantiali formæ, ſimul tamen eſt materia complete expoliata oĩbus talibus diſpoſitionibus, & ſubſtantiali forma. Materia. n. ignis ſimul informatur cõplete qualitatibus ignis, & forma ignis, & ſimul expoliatur complete qualitatibus illis, & forma illa. Sed licet ſint hęc ſimul tẽpore, non tamẽ ſunt ſimul natura, & eſt ordo cõtrarius prout materia informatur, & prout expoliatur. Nam prius informatur forma ſubſtantiali, q̃ informetur cõplete qualitatibus eius: quia licet diſpoſitiones incompletę, vel qualitates incompletæ pręcedant formam ſubſtantialem in materia, cõplete tamen ſequuntur. Nam quãuis caliditas ignis incompleta præcedat formam ignis in materia, cõpleta tamen ſequitur, Ergo in informando forma ſubſtantialis præcedit ſuas qualitates, quia prius informatur materia ſubſtantiali forma quàm qualitatibus quæ cauſantur ex illa, non prius tẽpore

O ſed natura. In expoliatione vero prius expoliatur materia qualitatibus illis, quàm expolietur ſubſtantiali forma. ita ꝙ ſubſtãtialis forma prius aduenit & vltimo recedit. quod totum contingit ꝑꝑ cauſalitatem, quã habet huiuſmodi forma ſuper qualitates illas: Et quia cauſa prima per ſuam influentiã eſt cauſa ipſius ſecundę cauſę, ꝙ influat cauſa ſecũda præſupponit influentiã cauſæ primę. Quãdo enim aliquid præſupponit aliud, oportet ꝙ adueniat poſt illud, & ꝙ tollatur prius quàm illud. Nã ſi aliqua ſimul adueniũt & ſimul tolluntur (prout huiuſmodi ſunt) vnum non p̃ſupponit aliud, ſi ergo vnum preſupponit aliud non ſimul adueniunt, nec ſimul tolluntur. Sed illud quod p̃ſupponitur prius aduenit, & vltimo tollitur. Si ergo ſic eſt, ſicut præſupponitur, ſic eſt huiuſmodi ordo, vt ſi præſupponitur tẽpore, prius aduenit, & vltimo tollitur tẽpore nõ natura tantũ: aliter enim prius aduenit, & vltimo tollitur fundamentũ quàm paries, & aliter forma ſubſtantialis quàm qualitates eius. Nã fundamentum prius efficitur, & vltimo deſtruitur quàm paries tẽpore, ſed forma ſubſtantialis habet hunc ordinẽ ad ſuas qualitates non tẽpore, ſed natura, eo. n. ipſo ꝙ aliqua duo ſic ſe hẽnt ꝙ vnũ eſt cã alterius ſaltim natura cã prius aduenit & vltimo tollitur. & quia cã prima hẽt rõnem cãlitatis in influẽdo reſpectu cauſæ ſecũdę, opʒ ꝙ ſaltim natura cã prima primo influat, & vltimo ab influẽdo recedat. ¶ Deinde cũ dicit.

COMMENTI SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

P ET nos quidem exemplificabimus illud per eſſe, & viuum, & hominem quod eſt, quia oportet vt in primis ſit eſſe, deinde viuum, & poſtea homo. Viuum ergo eſt cauſa hominis propinqua, & eſſe eſt cauſa eius longinqua. Eſſe ergo eſt vehementius cauſa ho-

minis ꝙ viuum, quoniam eſt cauſa viuo, quod eſt cauſa homini. Et ſimiliter quando ponis rationalitatem cauſam homini, oportet ꝙ eſſe ſit vehementius cauſa homini ꝙ rationalitas, quoniam eſſe eſt cauſa eius.

¶ Manifeſtat hoc idẽ vʒ ꝙ cauſa prima plus influat per ſimile in cauſis formalibus, & materialibus. circa quod tria facit, quia primo probat hoc per ſimile in cauſis formalibus. ſecundo in materialibus tertio epilogat circa determinata, ſecũda ibi. (Et illius quod dicimus) tertia ibi (iam ergo manifeſtum eſt.) ¶ Dicit ergo (& nos exemplificabimus illud) videlicet, ꝙ cauſa prima primo influat, & per conſequens ꝙ magis influat (per eſſe, & viuum, & hominẽ, quod eſt quia oportet vt) res illa quæ eſt homo (in primis ſit eſſe, deinde) ſit quidem (viuum, & poſtea) ſit (homo. Viuum ergo eſt cauſa hominis propinqua, & eſſe eſt cauſa eius longinqua. Eſſe ergo eſt vehemẽtius cauſa hominis q̃ viuum, quoniam) eſſe (eſt cauſa) ipſi (viuo quod) viuum (eſt cauſa homini. & ſimiliter quando ponis rationalitatem cauſam homini oportet ꝙ eſſe ſit vehemẽtius cauſa homini q̃ rationalitas, qm̃ eſſe eſt cauſa eius) ideſt rationalitatis. Poteſt ergo ſic formari ratio. Sicut ſe habet in cauſis formalibus, ſic ſe habet in efficientibus, ſiue in productiuis. Sed cauſa formalis longinqua & vniuerſalis eſt vehementius cauſa rei quàm propinqua, ergo cauſa efficiens prima plus influit in ſuum cauſatum, & eſt vehementius cauſa eius quàm cauſa ſecunda. ¶ Notandum autem vim rationis huius in hoc conſiſtere, quia (vt habetur in primo poſteriorum) propter quod unũquodque tale, & illud magis. Cum ergo cauſa det ſuo cauſato, ꝙ ſit, & ꝙ agat, in ordinatis per ſe quicquid facit cauſatum, ꝙ faciat illud habet a ſua cauſa, ergo facit propter ſuam cãm, ergo ſua cauſa vehementius facit illud, cum propter illam faciat cauſatum. Si ergo eſſe eſt prius quàm viuum, & eſt cauſa viui, quia quod eſt prius eſt cauſa eorum quę ſunt poſt: cuiuſcunq; eſt cauſa viuum, vehementius eſt cauſa illius ipſum eſſe, quod eſt cauſa viui. Si ergo ipſius hominis eſt cauſa viuere, multo vehementius erit cauſa eius ipſum eſſe, & quod dictũ eſt de eſſe, & viuere. veritatem habet de eſſe & rationalitate, vt ſi rationalitas eſt cauſa hominis, vehementius erit cã eius ipſum eſſe, quod eſt cã rationalitatis. In cauſis ergo formalibus cã prima quæ dat eſſe, eſt vehementius cã rei, q̃ cauſa ſecũda quæ dat viuere vel q̃ dat tale viuere ad quod ſequitur ratiocinari. Et quia ſimile eſt de efficientibus, & de formis. cauſa prima efficiens vel productiua plus influit in ſuũ cauſatũ, & eſt vehemẽtius cã q̃ cã ſecũda. Q T. cõ. 5.
¶ DVBITARET forte aliquis quomodo ſit ſimile in cauſis efficiẽtibus & formalibus. ¶ Dicendum ꝙ finis imponit neceſſitatem efficienti, efficiens formæ, & forma materiæ. Sic enim agit efficiens quia ſic requirit finis, & talis eſt forma, quia tale fuit efficiens, & talis eſt materia, quia talem eam requirit forma. Omnino ergo ſimile eſt de formis & de efficientibus, & talis eſt forma qualis fuit efficiens. Et licet in eſſendo efficiens ſit cauſa formę, & imponat neceſſitatem formę, in inferendo tamẽ ex forma poſſumus arguere qualis fuerit efficiens, & ex efficiente qualis fuerit finis. Probare ergo per ordinem quem videmus in formis ordinem in efficientibus eſt procedere à poſteriori, & eſt procedere per exemplum, & per ſignum. ideo Author ſignanter loquitur, volens probare ꝙ cauſa efficiens prima plus influat. Et nos exemplificabimus per eſſe. & viuum. i. per exemplum probabimus, & per ſignum per id. s. quod videmus in eſſe, & viuo. i. in cauſis formalibus. Simile eſt ergo de ordine in formis, & in efficientibus, ſed arguere ordinem in efficientibus per ordinem in formis eſt procedere a poſteriori, & eſt arguere per ſignum & exẽplum. ¶ Deinde cũ dicit. R

ET ILLIVS QVOD DICIMVS SIGNVM EST, S
ꝙ quando tu remoues virtutem rationalem ab homine nõ remanet homo: ſed remanet viuum ſpirans ſenſibile. Et quando remoues ab eo viuũ, non remanet viuũ: remanet tamen eſſe, quoniã eſſe non remouetur ab eo, ſed re-

mouetur viuum, quoniā cauſa non remouetur per remotionem ſui cauſati, ſed eſſe eſt cā viui, & viuū eſt cauſatum eius, ergo remanet hominis eſſe. Cū ergo non eſt indiuiduū homo, eſt animal & ſi non eſt aīal, eſt eſſe tamen.

¶Pobat hoc idem per ſimile quod videmus in cauſis materialibus, dicens.(Et illius quod dicimus) vʒ ꝙ cauſa prima vltimo recedat, & ꝙ magis influat.(Signum eſt)quod videmus in cauſis materialibus, vt (ꝙ quando tu remoues virtutem rationalem ab homine,non remanet homo. Sed remanet viuum ſpirans ſenſibile, & quando remoues ab eo viuum, non remanet viuum, remanet tamen eſſe, quoniam eſſe non remouetur ab eo) . i . ab homine ſupple per remotionem viui. (Sed remouetur viuum) ſupple tantū & non eſſe (quoniam cauſa non remouetur per remotionem ſui cauſati) .i. per remotionem ſecūdæ cauſæ.i.viui. (Sed eſſe, eſt cauſa viui : & viuum eſt cauſatum eius) eſt enim cauſa ſecunda cauſatum cauſæ primæ . remoto (ergo) viuo quod eſt cauſa ſecunda (remanet hominis eſſe.)quaſi dicat, ꝙ cum eſſe ſit cauſa viui, non remouetur eſſe per remotionem viui. & ſubdit (cum ergo non eſt indiuiduum homo).i. indiuiduum quod eſt homo (eſt animal & ſi non eſt animal eſt eſſe tamen.) Et tunc ſuppleatur ratio, ꝙ cum in cauſis materialibus priora non remoueantur per poſteriorum remotionem, & magis adhæreant rei, q̄ poſteriora : ſic erit & in efficientibus, vʒ ꝙ cauſa prima nō remouebitur a cauſato per remotionē cauſæ ſecundæ, ſed etiam magis adhęrebit ei q̄ cā ſecunda, & per cōſequens magis influet in ipſum.

T ¶DVBITARET forte aliquis,qūo hęc ratio ſit per ſimile in cauſis materialibus.

¶Dicendum ꝙ ſicut illud quod recipitur, in re dicitur eſſe formale reſpectu eius in quod recipitur, & illud quod remanet de re dicitur eſſe materiale reſpectu eius quod remouetur ab ipſo. Sic etiam in propoſito, ſi eſſe recipitur in aliquo & mediante eſſe recipitur viuere, & mediante viuere rationale, eſſe erit quid formale reſpectu eius in quo recipitur,& viuere erit quid formale reſpectu rationale. Et ſicut reſpectu eius quod recipitur, accipitur modus formalis : Sic reſpectu eius quod remanet accipitur modus materialis,vt ſi amoto rationali remanet viuere, & amoto viuerē remanet eſſe: eſſe in materia receptū eſt quid materiale reſpectu viuere, & viuere eſt quid materiale reſpectn rationalitatis. Ratio ergo pręcedens quia arguebat via receptionis ꝓcedebat modo formali: quia ſemper illud quod recipitur eſt forma. Hęc autem ratio quia procedit modo remotionis procedit quaſi modo materiali, quia ſemper illud quod remanet ſe habet modo materiali. Et licet hæc per quandā adaptionem ſint dicta, ſufficiat tamen hęc adaptatio ad diſtinguendum inter hanc rationem & præcedentem. ¶Deinde cum dicit.

V Iam ergo manifeſtum eſt & planū ꝙ cauſa prima & longinqua eſt plus compræhendens, & vehementius cā rei, q̄ cā propinqua . Et propter hoc operatio eius fit vehemētioris adhærentiæ cū re q̄ operatio cauſæ propinquę. Et hoc non fit niſi ſecundum hoc ꝙ res in primis non patitur , niſi a virtute longinqua : Deinde patitur a virtute quæ eſt ſub prima.

¶Epilogat circa determinata dicens. (Iam ergo manifeſtum eſt & planū ꝙ cauſa primæ & longinqua eſt plus compręhendens, & vehementius cauſa rei, q̄ cauſa propinqua.& propter hoc) ſiue,& propter illud, ꝙ. s. cauſa prima eſt magis cauſa q̄ cauſa ſecunda . (Operatio eius) .i. cauſę primæ (fit vehementioris adhęrentiæ cū re, q̄ operatio cauſę Propinquæ, & hoc non fit) ꝙ cauſa prima vehemētius agat, & ſit magis cauſa (niſi ſ᷑m hoc ꝙ res in primis non patitur, niſi a virtute longinqua) .i. prima (deinde patitur a virtute quę eſt ſub prima) .i. à virtute propinqua, & ſecūda. quaſi dicat ꝙ cauſa prima prius attingit rem, ideo eſt magis cauſa, & vehementius agit.

TERTIA PARS PRINCIPALIS COMMENTI.

ET Cauſa prima adiuuat cãm ſecundã ſuper operationẽ ſuam. X

¶Poſtq̄ Author probauit ꝙ cauſa prima plus influit q̄ cauſa ſecunda comparando cauſam primam ad ipſum cauſatũ, eo ꝙ prius attingit ipſum, & vltimo recedit ab eo, & probauit hoc idem per ſimile in cauſis formalibus, & materialibus. ¶In parte iſta (vt dicebatur) probat hoc idem comparãdo cauſam primam ad cãm ſecundam in cauſis efficientibus. Habet autem (quantum ad præſens ſpectat) quatuor cõparationes cauſa prima ad cãm ſecundam, ex quibus poſſunt elici quatuor rationes ꝙ cauſa prima plus influit. Nam cauſa prima adiuuat actionem cauſæ ſecundæ, & dat ei ꝙ agat. ſecundo illud idẽ quod efficit cauſa ſecunda, efficit cauſa prima, ſed efficit illud modo euidentiori. i. principaliter, cauſa vero ſecunda efficit illud modo imperfectiori, ideſt inſtrumentaliter. Tertio cauſa prima agit fortius & vehementius, q̄ cauſa ſecunda, quarto & vltimo cauſa prima non ſolum dat cauſæ ſecundę ꝙ agat, ſed etiam conſeruat eam in actione ſua. Ex quibus oĩbus patet ꝙ cauſa ſecunda non agit niſi propter actionem cauſæ primæ. Et quia propter quod vnumquodq; tale & illud magis: ſequitur ꝙ cauſa prima plus agat & plus influat q̄ cauſa ſecunda. Duo ergo facit Author in lectione præſenti. Quia primo adducit has quatuor rationes. Secũdo epilogat circa determinata ibi. (Iam igitur manifeſtum eſt.) Circa primum quatuor facit, ſecundum ꝙ has quatuor rationes adducit. Secũda incipit ibi. (Quoniam oẽm operationem.) Tertia ibi. (Et quando cã ſecũda.) Quarta ibi. (Et nõ figitur cauſatum.) In parte prima intendit talem rõnem. ¶Illud quod adiuuat cãm ſecũdam ſuper operationẽ ſuam, & dat ei ꝙ agat, plus agit & plus influit: huiuſmodi eſt cauſa prima: ergo &c. ¶D: hac autem ratione non ponit niſi virtutem medij.d. (& cauſa prima adiuuat cauſam ſecũdam ſuper operationem ſuam) & ſupple dat ei quod agat ergo plus agit & plus influit.

¶DVBITARET forte aliquis quõ cã prima adiuuet operationem cauſę ſecundæ, & det ei ꝙ agat. ¶Dicendum ꝙ hoc poſſumus triplici, via oſtendere. Primo ex eo ꝙ cauſa prima dat cauſę ſecundæ virtutem agendi. Secundo ex eo ꝙ operatio cauſæ primæ eſt fulcimentũ, & fundamentum operationis cauſę ſecundę. Tertio ex eo ꝙ cauſa prima regulat & dirigit operationem cauſæ ſecundæ. ¶Primam viam tangit Proclus in Cõmento quinquageſimę primę propõnis ſuę, vbi vult ꝙ cã ſecunda habet, à prima cã ꝙ ſit. quia hẽt ab ipſa ſubſtantiam ſuam. ergo cõſequens eſt ꝙ habeat ab ea potentiam operandi, ſiue virtutem operatiuam. poteſt ergo ſic argui. hæc tria ſe habent per ordinem, vʒ, ſubſtantia, virtus, & operatio, & ſubſtantia progreditur in opus mediãte virtute. A quo ergo quis habet ſubſtantiam, & virtutem ab eo habet ꝙ operetur. Sed cauſa ſecunda à cauſa prima habet ſubſtantiam & virtutem. ergo ab ea habet ꝙ operetur. Y Primam viam. Proclus.

¶Secunda via ſumitur ex eo ꝙ operatio cauſę primæ eſt fulcimentum & fundamentum operationis cauſę ſecundæ, nã cauſa ſecunda non poteſt attingere rem, niſi prius attingat eam cauſa prima, vt tripliciter per pręcedentia declaratũ eſt. Non ergo operatio cauſę ſecundę recipietur in re, niſi ſubter eam ſubſternatur operatio cauſæ primæ, quaſi fundamentum & fulcimentum eius, ſed hoc faciendo cauſa prima adiuuat cauſam ſecundam & dat ei quòd agat. Sc͞da via. Z

¶Tertia via ſumitur ex eo ꝙ cauſa prima regulat & dirigit operationem cauſæ ſecundę. Immaginabimur enim quòd cauſa ſecunda ſit inſtrumentum & organum cauſæ primæ. Sicut ergo organum habet quòd agat ab Arte, & iuuatur in agendo per virtutem Artis, & regulatur & dirigitur per ipſum qui habet Artem: ſic cauſa ſecunda, quaſi inſtrumentum & organum cauſę primę regulatur & dirigitur per ipſam, & habet quòd agat ab ea, & iuuatur per eam in actione ſua. ¶Deinde cum dicit. Tertia via &

QVONIAM Oēm operationē quam efficit cā ſecunda, efficit & cā prima Verū tamen cā prima efficit eam per modum altiorē & ſublimiorē.

¶ Adducit ſecūdam rationem ſumptā ex eo ꝙ cauſa prima agit eminentius. i. principalius. ¶ Cōtinuetur ergo ſic. Bene dico ꝙ cauſa prima plus influit q̄ cauſa ſecūda, & ꝙ iuuat eam in operatione ſua. (Quoniam omnem operationem quā efficit cauſa ſecunda, efficit & cauſa prima. Verū tamen cauſa prima efficit eam) operationem (per modum altiorem & ſublimiorem:) quia efficit eam principaliter. cā vero ſecunda efficit eā inſtrumentaliter. Quo circa ſuppleatur ratio, ꝙ id quod agit aliquid eminenter, & principaliter, magis facit ad eſſe illius, & magis influit in ipſum. huiuſmodi eſt cauſa prima: ergo &c. ¶ Notandum aūt ꝙ licet hæc ſit ratio noua à præcedenti, tamen quia eſt fulcimentum præcedentis; ideo Author inducit eam quaſi continuam cum illa. Nam ꝙ cā prima addiuuet cauſam ſecundam in operationē ſuā fulcitur, & roboratur ex hoc: quia cā prima facit id quod facit cauſa ſecunda, ſed facit illud eminenter. i. principaliter, & ſic conſtat ꝙ per virtutem agentis principalis iuuatur in actione ſua agens inſtrumentale. Eſt ergo hęc ratio fulcimentum primę.

AA ¶ DVBITARET forte áliquis vtrum oē illud qđ efficit cā ſecūda efficiat cā prima. ¶ Dicendum ꝙ iſtud omne, vel poteſt referri ad rem productā, vel ad modum producēdi. Si referatur ad rem productā, & per cauſam ſecundam intelligatur hæc natura, per cām vero primā intelligatur ipſe Deus, vel intelligentię a quibus mouetur aīa orbis ad mouendū orbem vel per cām primam intelligatur ipſa anima orbis mouens orbē, quęlibet enim iſtarum eſt cauſa primaria reſpectu naturę, & natura in actione ſua depēdet ab oībus his cauſis. Cum ergo ſic ſit imaginabimur ꝙ nullam rem agit cauſa ſecunda ſiue natura, quam nō agat ipſe Deus, intelligentiæ, & motores orbium: ſicut nullam concluſionem concludunt principia propria, quam non concludant principia vniuerſalia: & ſicut nullam rem producunt agentia hic inferius, quā non producat virtus ſolis.

BB Virtus ergo ſolis recepta in oliua particulatur & contrahitur ad productionem oliuę, ita ꝙ mediante oliua & mediante ſemine oliuæ producit oliuam: ſicut mediante Leone, & mediante ſemine Leonis producit leonē. Et ſicut vniuerſalia in particularibus contrahuntur & particulantur, & ſunt idem cum particularibus: ita ꝙ eſſe in viuentibus eſt idem ꝙ viuere, ſic influentia cauſæ vniuerſalis recepta in cā ſecunda determinatur & particulatur per eam, vt non aliud & aliud efficiant, ſed ſit idem operatum per hanc & per illam. Et ſi vellemus idem cauſatum referre in ſuas cauſas, diceremus, ꝙ illud idem, vt vľr ſumptum, efficitur à prima cauſa, & vt particulariter acceptum efficitur a cā particulari. Et vniuerſale in particulari eſt idem ꝙ particulare, quia (vt dicebatur) eſſe in viuentibus eſt idem ꝙ viuere, non obſtante ꝙ eſſe eſt vniuerſalius q̄ viuere. Quare idem erit productum a cā prima, & ſecūda, ſiue, a cauſa vniuerſali, & particulari.

CC Sed ſi hoc dictum oīo non referatur ad rem productam, & non ſit quæſtio. Vtrum res producta a cauſa ſecunda, ſit producta a cauſa prima, ſed quæſtio ſit de modo agendi, vtrum eo modo quo agit cauſa ſecunda agat cauſa prima dici poteſt ꝙ quantum eſt ex modis agendi qui ſe tenent ex parte rei actæ, omni modo quo agit cauſa ſecūda agit & cauſa prima. Vt puta ſi res acta ſit viua, & ſit ens, & conſiderata vt ens conſideretur magis vniuerſaliter q̄ vt viua, & ſub ratione magis vniuerſali procedat a cā vniuerſali, ſub particulari a particulari. Et quia quicquid eſt cā cauſæ, eſt cauſa cauſati: cū prima cauſa ſit cā ſecundæ cauſæ erit cauſa oīum illorum quę procedunt a cauſa ſecunda, ergo vt procedit effectus a cauſa ſecūda, procedit etiam a cā prima, quia cauſa ſecunda ꝙ agat hoc habet a prima: ſed vt procedit a cauſa prima non procedit a ſecunda, quia cā prima ꝙ agat non habet a ſecunda, vt poſito ꝙ effectus ſecundū ꝙ habet eſſe procedat a cā prima, ſm ꝙ viuit procedat a cauſa ſecūda, oportet ꝙ etiam ſm ꝙ viuit procedat a cā prima, quia hoc non poſſet ei dare cauſa ſecunda niſi in virtute primę. Ille ergo idem effectus, & illo eodem modo, quo procedit a cauſa ſecunda, procedit a cauſa prima, ſed procedit a prima modo euidentiori, quia procedit ab ea

principaliter,

priucipaliter, a ſecunda vero inſtrumentaliter: & quia quod eſt principalius eſt potius, ideo cauſa prima magis influit, & plus agit.

¶ Vlterius autem quia ſupponebatur in hac quæſtione ꝙ de modis agendi qui ſe tenent ex DD parte rei actæ, omni modo quo agit cauſa ſecunda, agit & cauſa prima. Ideo forte dubitaret aliquis vtrum ſint aliqui modi agendi, præter tales modos. Et vtrum (vl'r loquẽdo) aliquo modo agat cauſa ſecunda, quo non agat prima. ¶ Dicendũ ꝙ modi agendi, ſic poſſunt diſtingui, quia aliqui ſe tenent ex parte rei actę, aliqui ex parte agentium; ex parte quidem rei actæ dicuntur ſe tenere illi modi quos poſſumus ſaluare in re ſiue ab vna cauſa, ſiue a pluribus ſit producta, vt puta ſi leo iſte particularis qui producitur a prima cauſa mediante orbe cæleſti, & mediante ſemine Leonis. Si a ſola prima cauſa produceretur adhuc diceremus ꝙ leo productus eſſet & ens & viuus. Dicere ergo in leone varietatẽ, vt conſideratur ſub eſſe vniuerſali, & particulari, licet talis diuerſitas competenter poſſit referri in cauſam vniuerſalem & particularem, iſta tamen varietas in ipſa re producta fundatur cui competit has perfectiones habere. Alia eſt diuerſitas modorum agendi quæ ſe tenet ex parte agentiũ, quorum eſt producere principaliter & inſtrumental'r. Nam ſi ab vna cauſa tantum produceretur aliquid, nunquã hanc varietatem in productione illa ſaluare poſſemus. ¶ Cum ergo quæri- EE
tur vtrum aliquo modo producatur effectus a cauſa ſecunda, quo non producatur a cauſa prima, vel econuerſo ſi quęrimus de modis producendi qui ſe tenent ex parte agentium, cuiuſmodi eſt producere principal'r vel inſtrumental'r: modus producendi cauſæ primæ (ſm ꝙ huiuſmodi) nunquã cõmunicatur cauſę ſecundæ, nec econuerſo. Nam cã prima ſecũdum ꝙ huiuſmodi: ſemper producit principal'r, & non inſtrumental'r: & cauſa ſecunda (vt ſecũda eſt) ſemper producit inſtrumental'r & non principal'r. Sed ſi loquamur de modis producendi qui ſe tenent ex parte rei productæ, & qui nominant modos productionis exiſtentes in re producta, vt puta quia rei productæ competit eſſe, & viuere, & cęteræ tales perfectiones: quæ vnam & eandem rem dicere poſſunt, ſed ſub alio, & alio modo, ſumptam, vt ſi vnũ & idem ſub modo magis vniuerſali diceretur eſſe, ſub modo minus vniuerſali diceretur viuere. Sed hoc adaptetur ad cãm magis vniuerſalem, & minus vniuerſalẽ, & dicatur ꝙ leo FF
ſub eſſe vniuerſali productus eſt a cã magis vniuerſali, ſub eſſe ſpeciali a cã ſpeciali. Vt puta quia virtute eiuſdem ſolis producitur Oliua, & leo, ſic ꝙ virtus ſolis recepta in ſemine oliuę, contrahitur vt producat oliuam, recepta vero in ſemine leonis contrahitur vt producat leonem. Ita ꝙ oliua & leo ſunt producta ab vna cauſa vniuerſali & a diuerſis cauſis particularibus, quem modum ſequendo dicemus, ꝙ vt conueniunt in rõne vniuerſali, ſunt producta a cauſa vl'i, vt vero differunt in rõne particulari, producuntur ab alijs cauſis particularibus, de talibus modis loquendo, eo modo quo procedit effectus a cã vniuerſali & prima, nõ procedit a cã ſecunda: quia ſecũda cã non dat cauſæ primæ ꝙ agat: nec actio cauſę primæ eſt attribuenda cauſę ſecundę tanq̃ eius effectus. Sed econuerſo veritatẽ habebit: quia eo modo quo procedit effectus a cã ſecunda, procedit etiã a cã prima: cum cauſa prima det cauſę ſecundæ ꝙ agat, & omnis actio cauſę ſecundæ poſſit dici effectus cauſæ primę, eminentiori tamen modo. Vt ſi effectus cauſæ primę eſt dare eſſe, cum iſta actio recepta in viuentibus contrahatur ad tale eſſe, quod eſt viuere, effectus iſte, vt eſt viuere procedit etiam a cauſa ſecũda, & vt eſt viuere etiã procedit a cã prima, quia ſic determinare, & ſic contrahere actionem cauſę vniuerſalis nõ poſſet cauſa ſecũda niſi in virtute cauſę primæ. Effectus ergo (etiã vt eſt productus ſub eſſe ſpeciali) eſt a cauſa ſecunda, & prima: ſed a cauſa ſecunda eſt immediate, a prima vero mediate. ¶ Deinde cum dicit.

ET QVANDO Cauſa ſecũda remouetur a cauſato ſuo, nõ remo- GG
uetur ab eo cauſa prima. quoniam cauſa prima vehementioris & maioris eſt adhærentiæ cum re q̃ cauſa propinqua.

¶Adducit tertiam rationem, ꝙ cauſa prima magis influat ex eo ꝙ vehementius & fortius agit. Vnde ait ꝙ (& quando cauſa ſecũda remouetur a cauſato ſuo nõ remouetur ab eo cauſa prima, quoniam cauſa prima vehementioris & maioris eſt adhærentiæ cum re) .i. vehementius & fortius agit in re. (q̃ cauſa propinqua) tunc ergo ſuppleatur ratio, ꝙ id quod vehementius & fortius agit magis influit. cauſa prima eſt huiuſmodi ergo &c.

¶DVBITARET forte aliquis qũo cauſa prima vehementius & fortius agit in re, & quomodo eſt maioris adhęrentiæ cum re q̃ cauſa ſecunda. ¶Dicendũm ꝙ illud quod ſe magis profundat in re, & magis attingit ad intima rei, fortius agit in re, q̃ cauſa quæ ſe nõ ita profundat. Sed cauſa prima magis ſe profundat in re q̃ cauſa ſecunda: cum cauſę ſecũdæ actio pręſupponat actionem cauſæ primæ. Sicut viuere præſupponit eſſe. Igitur ex quo actio cauſę ſecundę non attingit rem niſi pręſuppoſita actione cauſæ primæ, oportet actionem cauſę primæ magis attingere rem, & magis ſe profundare in ea, q̃ faciat cauſa ſecunda. Nam & ſi idem ſit operatũ ab vtraq; cauſa, attamen illud idem, vt eſt a cauſa prima intelligitur ſe magis profundare q̃ vt eſt a cauſa ſecunda. Sicut ſi idem actum eſt viuere & eſſe, quia amoto viuere remanet eſſe, ſm noſtrum modũ intelligendi intelligitur iſta perfectio, vt eſt eſſe, ꝙ ſit prior & magis intima rei q̃ vt eſt viuere. ¶Deinde cũ dicit.

HH ET NON FIGITVR cauſatum cauſæ ſecundæ niſi per virtutem cauſæ primæ quod eſt, quia qñ cauſa ſecunda efficit rem influit cauſa prima (quæ eſt ſupra illam) de virtute ſua ſupra rem illam, quare adhæret ei adhærentia vehementi, & ſeruat eam.

¶Adducit quartam rõnem, ꝙ cauſa prima magis influat, ex eo ꝙ non ſolum dat cauſæ ſecundæ ꝙ agat, ſed etiam conſeruat actionem eius, vnde ait. (Et non figitur cauſatũ cauſæ ſecundę) .i. non conſeruatur in eſſe cauſalitas eius: & actio ipſius. (Niſi propter virtutem cauſæ primæ. quod eſt, quia quando cauſa ſecunda efficit rem. influit cauſa prima quę eſt ſupra illam) .ſ. cãm ſecundam (de virtute ſua ſupra rem illam, quare) cauſa prima (adhęret ei) .i. adhęret cauſæ ſecundę (adhærentia vehementi, & ſeruat eam) .i. cauſam ſecundam ſupple in actione ſua.

II ¶Dubitaret forte aliquis quomodo cauſa prima conſeruat cãm ſecundam in actione ſua.

T.cõ. 37. ¶Dicendum ꝙ ſm Phyloſophum in ſecundo Phyſicorum. Dña eſt inter cãs in actu, & cãs in potentia quia cauſę in actu ſimul ſunt, & nõ ſunt cũ his quorũ ſunt cauſæ. nõ ſic aũt eſt de cauſis in potentia, vt ędificator eſt cã fieri domus in actu, qa q̃diu in actu ædificat, actu fit domus: & qñ non eſt in actu ędificandi, nõ actu fit domus. Etiã ipſius domus non eſt cã vt eſt in actu, ſed eſt magis vt eſt in potentia quia nõ eſt cã domus, niſi in q̃tum eſt cã fieri domus, dum aũt domus eſt in fieri, nõ eſt in actu, ſed in potentia. Et ideo nõ fit domus niſi actu ędificator ędificet domum, põt tamen remanere domus poſtq̃ iam eſt cõſtituta in eſſe ipſo ędificare corrupto. Cã aũt prima comparatur ad actionẽ cauſæ ſecũdę, ſicut cõparatur ędificator ad fieri domus. Nã ſicut non fit domus niſi actu ędificator ædificet: ſic cauſa ſecunda non põt eſſe in actu ſuo, niſi cã prima reguleт & dirigat ipſam. Actio ergo cauſę ſecundę comparatur ad cãm primam tanquã ad cãm in actu, non tanquã ad cãm in potẽtia. Et quia cauſa in actu ſimul eſt cum ipſo cauſato, & cõſeruat ipſum in eſſe. actio cauſę primę ſimul erit cũ actione cauſę ſecundę & conſeruabit ipſam in eſſe. ¶Deinde cũ dicit.

kk Iam igitur manifeſtum eſt & planum ꝙ cauſa longinqua vehemẽtius eſt cauſa rei q̃ cã propinqua, quæ ſequitur eam, & ꝙ ipſa influit virtutem ſuã ſuper rem ſuam, & ſeruat illam, & nõ ſeparatur ab ea ſeparatione ſuæ cauſæ propinquæ, immo remanet in ea, & adhæret ei adhærentia vehementi ſecundum ꝙ oſtendimus & expoſuimus.

❡ Epilogat circa determinata dicens. (Iam igitur manifeſtum eſt & planum ꝙ cauſa longinqua vehementius eſt cã rei ꝗ̃ cauſa propinqua, quę ſequitur eam, & ꝙ ipſa influit virtutem ſuã ſuper rem ſuam, & ſeruat illã) .ſ. rem (& non ſeparatur ab ea ſeparatione ſuę cauſæ propinquæ) .q. d. quòd cũ ſeparatur cauſa ſecunda, & propinqua a re ſiue ab effectu non propter hoc ſeparatur cã longinqua. (Immo remanet in ea) .i. in re & in effectu (& adhæret ei adhærentia vehementi, ſecũdum ꝙ oſtendimus & expoſuimus.)

❡ Dubitaret forte aliquis vtrum verũ ſit hoc quod eſt tot rõnibus declaratum. v3 ꝙ cauſa prima plus influat ad eſſe rei quàm cauſa ſecunda, & videtur ꝙ non: quia ſi res procedit a cã prima ſub eſſe magis vniuerſali a cauſa vero ſecũda ſub eſſe magis ſpeciali (quum ſpecialia, vel res ſub eſſe ſpeciali maiorẽ actualitatẽ importent ꝗ̃ ſub eſſe vli) cã ſecunda magis faciet ad eſſe rei ꝗ̃ cauſa prima: quia faciet ad eſſe rei ꝑut cõſideratur magis in actu.

❡ Dicendũ ꝙ hæc ratio procedit ex falſa imaginatione imaginatur enim ꝙ res ſub eſſe ſpeciali non procedat a cã prima. Nã ꝗuis aliquo modo verificetur ꝙ res ſub eſſe vli procedat a cã prima ſub eſſe vero ſpeciali a cã ſecunda, tñ quia ſecunda cã non hẽt ꝙ agat niſi a cã prima iũctur in actione, ideo res prout procedit ſub eſſe ſpãli a cã ſecũda inſtrumentalr̃, procedit etiã ſub eſſe illo a cã prima principalr̃, a qua cã ſecunda hẽt ꝙ ſic agat. Ergo & generalr̃ & ſpecialr̃ procedit a cã prima. Illud.n. qđ efficit cã ſecunda, efficit & cã prima, ſed eminẽtiori mõ: qa hoc efficit principalr̃. Et qa principalr̃ agere eſt magis influere, & magis facere ad eſſe: imo, qa oĩs actio cauſę ſcdæ eſt effectus cauſę prĩe: qa nõ hẽt cã ſecũda ꝙ agat niſi a cã prima: cã prĩa plus influit & magis facit ad eſſe ꝗ̃ cã ſecunda.

PROPOSITIO SECVNDA.

OMNE eſſe ſuperius, aut eſt ſuperius æternitate, & ante ipſam, aut eſt cum æternitate, aut eſt poſt æternitatẽ & ſupra tempus. A

❡ Premiſſa prima Propõe, quę ſe hẽt quaſi ꝓhæmiũ reſpectu ſequẽtis operis, in hac Propõe ſecunda incipit exequi de principali intento. Principale aũt intentum huius Authoris in hoc libro eſt agere de primarijs cauſis. Cã aũt primaria intelligitur eſſe cã quę hẽt eſſe ſuperius. Nã ſemper primũ in eo ꝙ huiuſmodi hẽt eſſe eminẽtius & ſuperius. huiuſmodi aũt cauſę primariæ, qbus cõpetit eſſe ſuperius, ſunt in triplici gradu, ſiue in triplici ordine. Sũt. n. huiuſmodi cauſæ, Deus, intelligentię, & aĩę cœlorũ: ꝗ oĩa hñt eſſe ſuperius, ſed nõ eodẽ modo. Nã Deus hẽt eſſe ſuperius, qa eſt ſupra æternitatẽ. Intelligentię hñt eſſe ſuperius, quia parificantur æternitati. Aĩæ vero cœlorũ hñt eſſe ſuperius, quia ſunt ſupra tẽpus, & participãt æternitatẽ. Volẽs ergo Author determinare de oĩ tali eſſe ſuperiori, ſiue de oĩbus talibus cauſis primarijs. duo facit: qa primo p̃mittit quandã Propõnem, in qua diſtinguitur huiuſmodi triplex eſſe ſuperius, vel (qđ idẽ eſt) in qua diſtinguũtur hæc tria genera primarũ cãrum. Scđo exequitur de vnoquoq3 tali eſſe ſuperiori, vel (qđ idẽ eſt) exequit̃ de vna quaq3 tali cã primaria, ſcđa pars incipit ibi. (Oĩs aĩa nobilis) in principio tertiæ Propõnis. Circa primũ tria facit, qa primo p̃mittit huiuſmodi Propõne3. Scđo Propõnẽ illã exponit. Et tertio ꝓbat eam. Scđa pars incipit ibi. (Eſſe vero qđ eſt ante) tertia ibi. (& ſignificatio ꝙ cã prima.) Cõtinuet̃ aũt ſic hęc Propõ ad p̃cedẽtia. In Propõe p̃cedẽti facta eſt mẽtio de cauſis primarijs: & nos intẽdimus de talibus cauſis determinare, cum tales cauſę hẽant eſſe ſuperius ad differentiam ſecũdarum cauſarũ: quę ſecundum ꝙ huiuſmodi habent eſſe inferius. Cum ergo eſſe ſuperius & eſſe primarũ cauſarum ſit multiplex, quia eſt in triplici gradu: ideo ne laboremus in æquiuoco diſtinguemus huiuſmodi triplex eſſe ſuperius, & dicemus ꝙ (omne eſſe ſuperius, aut eſt ſuperius æternitate, & ante ipſam, aut eſt cum æternitate, aut eſt poſt æternitatem, & ſupra tẽpus.)

❡ Dubitaret forte aliqs, vñ hęc propõ veritatẽ habeat. v3, ꝙ eſſe ſupius nõ ſit niſi in hoc triplici gradu. ſ. ꝙ aut eſt añ æternitatẽ, aut eſt cũ ęternitate, aut poſt æternitatẽ, & ſup̃ tp̃s. B

Propõne pria.C.D ¶ Dicendum ꝙ (vt patuit) quatuor poſuimus eſſe cauſas rerum, ſequendo mentẽ huius Authoris, & ſequendo mentem Phyloſophorũ cõmuniter, vꝫ DEVM, Intelligentias, animas cœlorum,& naturã. Quæ diſtinctio ſuper hoc fundari põt, quia ſm Phyloſophum T.cõ. 65. ſecundo Phyſicorum, duę ſunt cauſę entium, intellectus & natura, extendendo ergo intellectum prout animę cœlorum dicuntur intellectuales, cauſæ intellectuales vlẽs ſunt in triplici gradu: Nam Deus & intelligentiæ & animæ cœlorum ſunt huius modi cauſę. Animę aũt noſtrę & ſi poſſint aliquo modo dici intellectuales, non ſunt tamen cauſæ vniuerſales. Et dico aliquo modo, quia magis ſunt rõnales ꝙ intellectuales, quia plura cognoſcũt cum diſcurſu, ꝙ ſimplici intuitu. Suppoſito tamẽ ꝙ preter intelligentias ſit dare proprios motores orbium, quæ animæ cœlorũ dicuntur. Quod vtrum ſic ſit. Vt vtrum præter intelligentias oporteat dare cœlorum animas inferius quæremus. Nunc aũt hoc ſupponẽtes, í ppõe.3. D.&.C. tanquã ab hoc Authore dictũ, dicamus quatuor eſſe cauſas vniuerſales (vt prædictũ eſt) vꝫ Deum, intelligentias, animas cœlorum, & naturam, ſed natura ſic eſt cauſa vniuerſalis, ꝙ non habet eſſe ſuperius, quia nec eſt ſupra æternitatem, nec ſupra tempus. Deus aũt C intelligentiæ,& animę cœlorum vel orbium dicuntur habere eſſe ſuperius, non ꝙ oĩa talia ſint ſupra ęternitatem, ſed quia oĩa hęc ſunt ſupra tẽpus, aliter tamen & aliter. Deus namꝗ ſic eſt ſupra tempus ꝙ etiã ſupra æternitatem eſt, Intelligentię vero ſic ſunt ſupra tẽpus, ꝙ non ſunt ſupra ęternitatem, ſed ita ꝙ parificantur æternitati. Sed animæ cœlorũ ſic ſunt ſupra tp̃s ꝙ neqꝫ ſunt ſupra ęternitatẽ, neqꝫ parificantur æternitati, ſed ſic ꝙ ſunt poſt æternitatem, & participant ipſam.

D ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis quomodo ex parte menſurarũ poſſumus hoc triplex eſſe ſuperius aſſignare. In precedenti aũt quæſtione ex parte rerum mẽſuratarũ aſſignauimus hoc triplex eſſe ſuperius. Nunc aũt hoc idem aſſignemus ex parte mẽſurarũ. Propter quod ſciendum, ꝙ duæ ſunt ſolę menſurę entium, æternitas. ſ. & tempus. Nam menſura in entibus ex parte actus accipitur. Vnde quia inter colores, Album eſt color formalior, T. c. 7. & plus habet de actualitate & de luce, ideo dicitur in. 10. Methaphyſicæ, ꝙ ſi entia eſſent colores, album eſſet menſura eorum, ſic etiam quia inter litteras, littera vocalis eſt formalior, & plus habet de actualitate. Ideo dicitur in codẽ libro ꝙ ſi entia eſſent litteræ, men- T. c. 7. E ſura entium eſſet littera vocalis. Suppoſito ergo ꝙ menſura ex actualitate ſumatur: Cum reperiamus duo genera actuũ, quorum vnus eſt perfectus vt eſſe. Alius vero imperfectus, vt motus. Vnus quantũ eſt de ſe, ſemper eſt ſucceſſiuus, nec põt eſſe ſine ſucceſſione vt motus. Alius vero quantũ eſt de ſe non eſt ſucceſſiuus, ſed permanens, vt eſſe. Et ſecũdũ hos duos actus oportet eſſe duas menſuras entium, quarum vna menſurat eſſe, vt æternitas: alia vero motum, vt tempus. Hoc eſt ergo quod ait Proclus. 54. Propõne ſui libri. 5 ꝙ Proclus. omnis æternitas menſura eſt ętcrnorũ,& omne tempus menſura eſt tẽporalium,& ſolũ hæ duæ menſurę ſunt in entibus vitę & motus. q. d. ꝙ non ſunt niſi duæ menſurę entiũ, æternitas & tempus. Ad has tamen duas menſuras poſſunt entia quadruplr̃ cõparari: quia vel F ſunt ſupra æternitatem, & ſupra tempus,& ſic eſt Deus, vel cũ ęternitate, & ſupra tẽpus, & ſic ſunt intelligentiæ, vel poſt ęternitatem & ſupra tempus, & ſic ſunt animę cœlorum, vel nec ſupra ęternitatem, nec ſupra tempus, & ſic ſunt naturę corporales. Naturæ ergo corporales non habent eſſe ſuperius, quia nec ſupra æternitatẽ, nec ſupra tẽpus ſunt. Tripliciter ergo erit eſſe ſuperius, vꝫ eſſe dei, quod eſt ſupra ęternitatem, eſſe intelligentiarũ, quod eſt cum ęternitate,& eſſe aĩarum orbium, quod eſt ſupra tempus. Ergo non ſolũ ex parte ipſarum rerũ quæ comparantur ad ęternitatẽ & tẽpus, eſt dare triplex eſſe ſuperius (quomodo procedebat queſtio prima) ſed etiam ex parte ipſarum menſurarum, vt quia non ſunt niſi duæ menſuræ entium ſ. æternitas, & tempus, poſſumus declarare ꝙ eſt triplex eſſe ſuperius, vt declaratum eſt in hac queſtione ſecunda.

G ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, quia videtur ꝙ naturæ corporales ſint ſupra tempus,& per conſequens videtur ꝙ quadruplex eſſe ſuperius ſit. Quia hac Hypotheſi ſtãte, quatuor habent eſſe ſupra tempus, vꝫ Deus, Intelligentię aĩę cœlorum & naturę corporales. Quòd,

autem

autem naturæ corporales ſint ſupra tempus, ſic poteſt probari. Dictum eſt. n. ꝙ tempus menſurat motum. æternitas aũt menſurat eſſe: cũ ergo oĩbus naturis corporalibus competat eſſe: oĩa menſurabuntur æternitate. Oĩa ergo ſupra tempus erunt. Præterea cũ eſſe dicat actum perfectũ, tempus aũt ſit menſura motus, & ſic menſura actus imperfecti, inconueniens videtur dicere, ꝙ eſſe aliquorũ menſuretur tẽpore, ſed non eſt dare niſi duas menſuras (vt dictum eſt) ęternitatem & tempus. Eſſe ergo corporalium menſurabitur æternitate, & naturæ corporales erunt ſupra tempus. Pręterea ad hoc idem videtur facere dictũ Procli (quod eſt ſuperius allegatum. 54. Propoſitione eius vbi dictum eſt) ꝙ æternitas & tempus ſunt menſurę in entibus vitę, & motus. Ergo ſm ipſum æternitas menſurat vitam & tempus menſurat motum. Cũ ergo hic multa corporalia viuant, vt plantę & alia, oĩa talia menſurabuntur ęternitate & erunt ſupra tempus. ¶ Dicendum ꝙ motus menſuratur tempore, & omne eſſe ſm ſe quando eſt enter & qñ eſt exiſtenter mẽſuratur æternitate, loquendo de ęternitate, vt Author hic loquitur. Tunc ergo eſſe eſt ſm ſe, qñ eſt enter, & quando eſt exiſtenter, ſed quando eſſe non eſt quid ſtabile, ſed habet eſſe mutabiliter, iam non eſt enter, iam nõ eſt ſm ſe. Et ideo licet per accidens ſit ꝙ eſſe menſuretur tempore, tamen eſſe quod eſt mobiliter, quod eſſe eſt iſtorũ corporalium, & eorũ quæ ſunt hic inferius. Tale inq̃ eſſe, quia eſt eſſe mobiliter, ęternitate menſurari non põt. Diſtinguemus ergo duplex eſſe, videlicet eſſe ſuperius, quod eſt Dei, intelligentiarum, & aĩarum orbiũ. Et tale eſſe eſt eſſe enter. Aliud vero eſſe eſt eſſe hic inferius, & tale eſt eſſe mobiliter. Naturæ ergo corporales non habent eſſe ſuperius quia non hñt eſſe enter, ſed eſſe mobiliter. Non erit ergo quadruplex eſſe ſuperius, ſed triplex tantum. Eſt aũt hic diligenter notandum, ꝙ id quod iſte Author appellat eſſe ſuperius, Proclus appellat eſſe enter. Et ſicut iſte Author diſtinguit triplex eſſe ſuperius: ita Proclus diſtinguit triplex eſſe enter. Vnde in. 87. Propoſitione ſui libri ait, ꝙ omne eſſe enter, aut eſt ante ęternitatem, aut eſt in ęternitate, aut eſt participans ęternitatem. quę propoſitio continet quaſi eadem verba cũ propõne iſta, quã habemus præmanibus, niſi ꝙ ibi accipitur eſſe enter, & hic accipitur eſſe ſuperius. Verũtamen aliter exponit hanc propõnem Proclus: & aliter Author iſte, quia Author iſte non ſimplr Platonicorum opinionẽ ſequitur: quã omnimode ſequitur Proclus, ſed de expoſitione Procli non ſit nobis ad pręſens curę, ſufficiat aũt nunc ſcire. ꝙ triplex eſt eſſe ſuperius, prout eſt in præcedentibus declaratũ. Argumenta aũt probantia, ꝙ eſt quadruplex eſſe ſuperius, quia eſſe iſtorum corporaliũ eſt eſſe ſuperius, quia menſuratur æternitate, de facili ſoluuntur. Nã cum primo arguitur, æternitas menſurat eſſe, verũ eſt de eſſe enter, eſſe aũt iſtorum corporalium non eſt eſſe enter, ſed mobiliter: Quod vero ſecundo arguebatur, quia inconueniens eſt, ꝙ eſſe menſuretur tempore, cũ eſſe dicat actũ perfectum, & tempus ſit menſura actus imperfecti. Dicendũ ꝙ eſſe ſm ſe non menſuratur tempore, ſed bene eſſe receptum in mobilibus, & eſſe mobiliter trahitur ad naturam motus: ideo per accidens tale eſſe ratione mobilium in quibus recipitur, tempore vel nunc temporis menſuratur. Quod vero tertio arguebatur, ꝙ ęternitas eſt menſura vitę, dici debet ꝙ æternitas menſurat viuere, ſicut menſurat eſſe, non aũt menſurat eſſe, quod eſt eſſe mobilium, ſic etiã non menſurat viuere quod eſt iſtorũ corporaliũ, quia tale viuere, vel talis vita non eſt vitaliter, nec enter, ſed eſt corruptibiliter, & mobiliter. Quid autem dicendum ſit de corporibus cœleſtibus, Vtrum menſurentur æternitate, vel tempore, vel vtrum ſint ſupra tempus, in. 31. Propoſitione dicetur. ¶ Deinde cum dicit.

Margin notes, in page order: Proclus · H · Proclus. · Proclus. ab iſto Authore eſt diuerſus. · I · In ppõe 31. A. B.

COMMENTI PRIMA PARS PRINCIPALIS.

ESſe vero quod eſt ante æternitatem eſt prima cauſa, quoniam eſt cã ei: ſed eſſe quod eſt cum æternitate eſt intelligentia, quoniam eſt eſſe ſecundũ habitudinem vnã, vnde neq; patitur, neq; k

deſtruitur : eſſe vero quod eſt poſt æternitatē & ſuprà tēpus eſt anima quæ eſt in horizonte æternitatis inferius, & ſupra tempus.

℄Propoſita propoſitione exponit eam, & adaptat illud eſſe ſuperius, ad tria genera cauſarum primarum, videlicet ad primam cauſam, ad intelligentias, & ad animas cœlorum, ideo ait ꝙ (eſſe vero quod eſt ante ęternitatem,eſt prima cauſa quoniam eſt cauſa ei,) dicit prima cauſa eſt ante æternitatem, quia eſt cauſa ęternitatis (ſed eſſe quod eſt cum ęternitate eſt intelligentia : quoniam) intelligentia (eſt eſſe ſꝫm habitudinem vnam, vnde neque patitur, neqꝫ deſtruitur).q.d. ꝙ quia intelligentia ſemper eſt ſꝫm habitudinem vnam, & non ſuſcipit variationem, ideo ipſa eſt cum ęternitate,ideſt parificatur ęternitati, & ſubdit ꝙ (eſſe vero quod eſt poſt ęternitatem & ſupra tempus eſt anima) cœli (quę eſt in horizonte æternitatis inferius & ſupra tempus.) ℄Notandum autem ꝙ ſicut tempus eſt menſura ſucceſſiua, ſic æternitas eſt menſura permanens : & quia intelligentia quantum ad naturam ſuam ſemper eſt, ſecundū habitudinem vnam, ideo dicitur eſſe, cum æternitate, & dicitur parificari ęternitati.

L ℄ Notandum etiam quòd horizon eſt quidam circulus in cœlo, qui eſt terminator noſtri viſus. Nam in quacunque parte terrę ſumus, niſi habeamus obſtacula apparet nobis medietas cœli, & medietas abſconditur. Iſte ergo circulus qui diuidit inter medietatem circuli nobis apparentem, quę reſpectu noſtri dicitur hemisphærium ſuperius, & medietatem nobis occultam quæ reſpectu noſtri dicitur hemisphærium inferius, ille (inquàm) circulus dicitur horizon. Sicut ergo in cœlo eſt dare hemisphærium ſuperius & inferius. Sic & in menſuris, æternitas eſt menſura ſuperior, tempus vero eſt menſura inferior. Sicut ergo circulus iſte qui terminat viſum noſtrum, & qui eſt inter hemisphærium ſuperius & inferius dicitur eſſe in horizonte hemisphęrij ſuperioris, quia terminat illud hemisphærium, & vltra illum circulum ſe non extendit hemisphęrium illud : Sic animæ cœlorum (vt animæ ſunt) habent eſſe inter ęternitatem & tempus : quia ſunt poſt æternitatem & ſupra tempus : & ideo dicuntur eſſe in horizonte æternitatis, quia ibi terminatur æternitas, vt poſt animas incipiat tempus. Sicut poſt horizontem qui eſt terminator hemisphærij ſuperioris incipit hemisphęrium inferius. Qualiter autem anima cœli dicatur horizon & terminator ęternitatis : & qualiter vltra tales animas non ſe extendat æternitas, in ſequentibus clarius oſtendetur. Oportet enim talia verba exponi : vt veritatem habeant.

M ℄ Notandum etiam quòd anima cœli dicitur eſſe in horizonte ęternitatis inferius, vel quia eſt poſt æternitatem, vel quia inferiori modo participat æternitatem quàm intelligentia. Huiusmodi enim anima non attingit æternitatem vſque ad ſuperius, ita quòd parificetur ei, ſicut intelligentia : ſed attingit æternitatem ad inferius, quia eſt inter ęternitatem & tempus.

N ℄DVBITARET forte aliquis quomodo Deus ſit cauſa æternitatis. Dicendum quòd ęternitas menſurat eſſe enter, quia eſt menſura ſtans, ſicut tempus menſurat eſſe mobiliter : quia eſt menſura fluens, & quia intelligentiæ habent eſſe enter, quia carent materia per quam res poteſt eſſe, & non eſſe (vt dicitur in ſeptimo Methaphyſicę) ideo

T.c.22. &.53. intelligentiæ menſurantur ęternitate (loquēdo de ęternitate, vt de ea hic Author loquitur) cū ergo primum (cuius eſt eſſe diuinum) ſit cauſa eius quod eſt eſſe enter (cuiusmodi eſt eſſe intelligentiarum) ſicut illud eſſe eſt ante iſtud eſſe enter, & eſt cauſa eius : Sic Deus eſt ante æternitatem, & eſt cauſa æternitatis, quæ eſt menſura talis eſſe quod dicitur eſſe enter. Vtrum autem talis loquutio ſit propria, vel ſit rationalis (vt dicatur) Deus eſt cauſa æternitatis, & ante ipſam, in ſequenti particula (vbi Authir probabit hanc propoſitionem) declarabitur. ℄Deinde cū dicit.

COMMENTI SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

ET ſignificatio ꝙ cauſa prima ſit ante æternitatem, eſt quia eſſe eſt acquiſitum ipſi. Et dico ꝙ omnis æternitas eſt eſſe, ſed non omne eſſe eſt æternitas, ergo eſſe eſt plus cōmune ꝗ̄ æternitas, & cauſa prima eſt ſupra æternitatem quoniam æternitas eſt cauſatum ipſius. O

❡ Propoſita Propōne & poſitis mēbris diuiſionis, in parte iſta ſigillatim ꝓbat quodlibet illoꝝ mēbrorū. Circa qđ tria facit, q̃a prīo ꝓbat mēbrū primū, vȝ ꝙ cā prima ſit cā ęternitatis, & ꝙ ſit ante ipſam. Scđo probat ſm, vȝ ꝙ intelligentia parificeť ęternitati. Tertio ꝓbat tertiū, vȝ ꝙ aīa cœli ſit annexa æternitati, & ſit poſt æternitatē, & ſupra tēpus. Scđa ibi (& intelligentia parificatur ęternitati,) Tertia ibi (& anima eſt annexa cum æternitatæ) Dicit ergo (& ſignificatio) .i. expoſitio ſiue declaratio, vel probatio (ꝙ cā prima ſit ante ęternitatem eſt quia eſſe eſt acquiſitum ipſi) ęternitati, ſiue in ipſa æternitate ſupple a prima cauſa. q. d. ꝙ quia ęternitas habet eſſe acquiſitum a prima cauſa, ideo cauſa prima eſt ante ęternitatem, & eſt cauſa eius: & exponit ſe dicens (& dico ꝙ omnis æternitas eſt eſſe, ſed non omne eſſe eſt æternitas: ergo eſſe eſt plus commune ꝗ̄ ęternitas) & per conſequens æternitas participat eſſe (&) quia ſic eſt (cauſa prima eſt ſupra æternitatem, quoniā ęternitas eſt cauſatum ipſius.) ❡ Notandum aūt vim rationis huius in hoc conſiſtere, quia P quicquid eſt infra eſſe participat eſſe: Sed æternitas eſt infra eſſe, quia eſſe eſt cōmunius ꝗ̄ æternitas, ergo æternitas participat eſſe: Sed quicqd participat eſſe eſt cauſatū a primo ente qđ eſt ipſum eſſe, ergo æternitas eſt cauſata a prima cā, & prima cā eſt ante ipſam. ❡ DVBITARET forte aliquis, qūo veritatem habeat hoc dictū Authoris: & vtrum Q ſit rationabiliter dictum, ꝙ Deus ſit ante æternitatem, & ꝙ ſit cauſa eius. Dicendum ꝙ ſi perfectiones haberent eſſe abſtractum, ſic acceptę, & vt recipiūtur in materia omnino haberent modum oppoſitū. Nam quanto ſunt aliqua ſuperiora & vniuerſaliora tāto recepta in materia ſunt magis in potentia, & magis imperfecta, & inde eſt ꝙ quælibet ſpecies abūdat in aliqua perfectione vltra ſuū genus, & addit aliquā differentiam ſuper ipſum. Inde eſt etiā ꝙ oīa genera ſunt in potentia reſpectu ſpecierum. Et habent rōnem materię ſi ponantur in diffinitione earum. Spēs vero actualiter continet in ſe quicquid perfectionis eſt in ipſis generibus: Sed ſi huiuſmodi perfectiones haberent eſſe abſtractum, vt ſi eſſet dare aīal ſeparatū, & hominem ſeparatum & eſſet dare eſſe ſeparatum, & viuere ſeparatū, R quod eſſet aliud realiter a tali eſſe (quā doctrinam viſus eſt Plato ponere) illud animal eſſet homo excellenter, & iſte homo ſeparatus eſſet animal particulare, haberet enim illud animal ſeparatum excellenter quicquid eſſet de ratione hoīs, ſed homo non haberet quicquid eſſet de rōne animalis, ſed participaret aīal. Sic etiam illud eſſe ſeparatum hēret in ſe, quidquid eſſet de rōne entis. Et quia oē viuere eſt aliquid eſſe, excellenter in ſe haberet illud eſſe quicquid eſſet de rōne vitę, ita ꝙ illud eſſe eo ipſo ꝙ eſſet oē eſſe, eſſet oē viuere. Sed illud viuere ſeparatū non eſſet omne eſſe, ſed particulariter eſſe: quia licet in oī eſſe claudatur oē viuere, tamen in oī viuere non clauditur omne eſſe. ❡ His viſis, dicamus, ꝙ licet non ſit ordo Deorum ſm ordinem abſtractorum (vt poſuit Plato) iuuamur tamen S per hęc dicta Platonis ad intelligendū aliquas veritates. Propter qđ ſciendum ꝙ eſt dare vnum verū Deū qui eſt ipſum eſſe purū non determinatū ad aliquod p̄dicamentū, non cōtractū ad aliquod genus entiū. Et quia illud eſſe eſt ſic nō limitatū, ſed eſt quoddā Pelagus interminatū, in illo eſſe cōtinetur oē eſſe, & per cōſequēs in illo eſſe cōtinētur oēs pfectiones. Sed nō cōtinētur ibi pfectiones iſtę participatiuę & cōtractæ, ſed excelliter & infinite, T

Platonis doctrina

Et ſi bene volumus imaginari qũo omnes perfectiones ſunt in Deo, intelligamus qũo omnes colores ſunt in luce. Lux enim dicit lucem in ſua claritate, ſed color dicit lucem contractam, & obumbratã, & opacatam : & quia in luce clara compræhendũtur oẽs gradus lucis obumbratę & opacatæ, in luce continetur oĩs color, non contracte ſed ſuper excellenter. Et ſi vellemus colores ad lucem transferre, diceremus ꝙ lux nõ eſt alba, ſed ſuper alba, non color, ſed ſuper color. Et nota hic ꝙ inter cęteros alios colores album magis poteſt transferri ad lucem, quia magis participat de luce, & minus dicit priuationẽ lucis. Alij autem colores pp aſſimilationem quã habent cum nigro (cuius nomen vr̃ eſſe impoſitum
V a priuatione lucis) non ſic proprie poſſunt transferri ad lucem, vt album. Ergo vel color generaliter ſumptus vel album transferetur ad lucem, non ſ̃m ſe, ſed ſuper excellenter. Sicut ergo albũ, & vniuerſaliter color dicunt lucem cõtractã : pp quod lux non eſt color, ſed ſuper color, lux nõ eſt alba ſed ſuper alba, ſic oĩs perfectio infra eſſe vr̃ dicere quoddam contractũ eſſe, ideo Deus eſt ipſum eſſe purũ non cõtractum, & eſt oẽs perfectiones non tales, ſed ſuper tales, & quia ęternum iuſtum, ſapiens, viuens ſunt infra eſſe, hęc & cętera talia ſunt transferenda ad Deũ in quadã excellentia, vt dicatur Deus eſſe ipſum infinitum, & quia ſic eſt, cum iuſtũ, ſapiens & viuens, & æternum dicat quoddam eſſe, & non dicat omne eſſe, Deus non eſt iuſtus, ſed eſt ſuper iuſtus, non eſt viuens, ſed eſt ſuper viuens, non æternus, ſed ſuper æternus. Deus igitur eſt cã omnium iſtorũ, vt dicunt quoddam eſſe, & eſt oĩa iſta excellenter, vt compręhenduntur in ipſo eſſe. Æternitas igitur vt dicit quoddam eſſe, & vt dicit eſſe particularium, & vt non dicit oẽ eſſe, non eſt menſura Dei, ſed intelligentiarum, & ſic accipit ęternitatem Author iſte, qui ex eo ꝙ omne ens non eſt æternum, ſiue eo ꝙ ęternitas non dicit omne eſſe, vult ꝙ Deus ſit cã æternitatis, & ſit ſupra æternitatem, & per conſequens vult ꝙ Deus non ſit æternus ſed ſuper ęternus. Quã aũt rationabilitatem habeant hęc dicta & qũo concludat ratio Authoris, credimus per ea quę diximus ſufficienter oſtenſum eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

X Et intelligentia parificatur æternitati, quia extenditur cum ea, & non alteratur neque deſtruitur.

¶ Declarat & probat ſ̃m membrum, vꝫ ꝙ intelligentia parificatur ęternitati dicens. (Et intelligentia parificatur ęternitati, quia extenditur cũ ea, & non alteratur) ſupple in ſubſtantia (neqꝫ deſtruitur) ſupple in operatione. ¶ Notandum aũt quodã textus habere. (Et intelligentia apponitur vel parificatur æternitati) & eſt loquutio quaſi ſenſibilis. Nã ſi cum vlna debet menſurari pãnus, vlna apponitur toti illi pãno cui adęquatur, ideo ſi pãnus excedat vlnam totiens applicatur pãno & totiens apponitur ei quotiens cõtinetur in panno. Appóſitio ergo in menſuris idem eſt ꝙ applicatio & adęquatio menſurę ad menſurata. Et quia ęternitas (vt hic de æternitate loquimur) adæquatur intelligentiæ, ideo dicitur intelligentia apponi, & parificari æternitati. ¶ Notandum etiam ꝙ dicitur intelligen-
Y tia dupplr̃ extendi cum æternitate, quæ etiam eſt loquutio ſenſibilis, Nam ſi pannus non attingeret totam vlnam extenderetur circa illam ſi vero ſe protendit plusꝙ̃ vlna, extenditur vltra vlnam ſed tunc pãnus extenditur cũ vlna qñ nihil eſt pãni, quod non applicetur vlnę, & nihil eſt vlnę cui non apponatur pãnus. ita ꝙ pãnus æquatur vlnę, & vlna pãno. Sic ſ̃m intentionem huius Authoris, cum in intelligentia ſint duo. ſ. ſubſtantia & operatio, dicitur intelligentia extendi cum æternitate, & quia quantum ad ſubſtantiam & quantum ad operationẽ menſuratur æternitate, & ita totam intelligentiam menſurat ęternitas. Sed aĩa cœli licet attingat æternitatem quãtum ad ſubſtantiã, quia ſubſtantia eius menſuratur ęternitate. Tamen quantum ad operationẽ non attingit eam. Sic ergo ſe habet anima cœli ad æternitatem ſicut ſi pãnus applicaretur vlnæ, ita ꝙ medietas pãni attingeret vlnam, & alia medietas eſſet infra vlnã, vel medietas vlnæ attingeret pãnum, & alia medietas eſſet vltra pannum.

pannum. Tunc ergo pannus non ſe extenderet cum vlna, ſed vlna ſe extenderet vltra pannum, & pannus ſe extenderet infra vlnam. Sic anima cœli quia diuiſa eſt in duo, in ſubſtantiam. ſ. & operationem, & quantum ab ſubſtantiam attingit æternitatem, quantum vero ad operationem deficit ab æternitate, & eſt infra ipſam: ergo æternitas eſt ſupra aĩam quãtum ad operationem, & attingit eam quantum ad ſubſtantiam. Bene ergo dictum eſt, ꝙ intelligentia parificatur æternitati, & extenditur cum ea non autem anima.

¶ Dubitaret forte aliquis, quia videtur falſum eſſe, ꝙ intelligentia parificetur æternitati, & ꝙ menſuretur æternitate quantum ad ſubſtantiam, & quantum ad operationem. Nam (vt dicetur in decima propoſitione huius libri) omnis intelligentia eſt plena formis, cõſtat aũt ꝙ impoſsibile eſt intellectum plene informari pluribus formis actu. Intelligentia ergo nõ informatur actu omnibus formis, quas apud ſe habet, ergo eſt ſucceſsio in intelligere eius. Ita ꝙ modo informatur actu vna forma, & intelligit vnum, modo informatur alia forma, & intelligit aliud, Sed omnis ſucceſsio repugnat ęternitati ergo &c. Dicendum ꝙ intelligere intelligentiam dupliciter poteſt conſiderari, vel vt intelligit ſe, vel vt intelligit alia à ſe, ſe autem intelligit per ſuam ſubſtantiam, ſed alia intelligit per formas, ſiue per ſpẽs, quibus eſt plena. Rurſus ſe intelligit ſemper, quia ſemper eſt in actu ſubſtantia ſua ad intelligendum ſeipſam, ſed alia à ſe non ſemper intelligit. Licet ergo intelligere ſit propria operatio intelligentiæ, tñ intelligere ſe (quod competit ei per ſuam ſubſtantiam) eſt magis propria operatio eius, quàm intelligere aliud à ſe, quod competit ei per ſpecies aliorum. Accipiẽdo ergo ſubſtantiam intelligentiæ, & eius operationem propriã, qua ſeipſam intelligit, quia nunquàm à ſubſtãtia alteratur, & nunquã à tali operatione deſtituitur, ambo hæc ſunt ſempiterna intelligentiæ. Et ambo hæc aliquo modo menſurantur æternitate, loquendo de æternitate participata (vt hic loquitur Author, ideo ſignanter Author ad probandum, ꝙ intelligentia parificatur æternitati, ait ꝙ non alteratur, ſupple quantum ad ſubſtantiam, neq; deſtituitur, ſupple in ſua operatione. ¶ Deinde cum dicit. Z In propoſitiõe decima a. &

ET anima eſt annexa cum æternitate inferius, quoniam ſuſceptibilior eſt impreſsionis q̃ intelligentia, & eſt ſupra tempus, qm̃ eſt cauſa tpis. ?

¶ Probat tertium membrum dicens, ꝙ (& anima eſt annexa cum æternitate inferius, qm̃ ſuſceptibiliorem impreſsionis quàm intelligentia) Eſt ergo anima infra æternitatem (& eſt ſupra tempus quoniam eſt cauſa temporis.) ¶ Notandum autem ꝙ anima cœli, magis recedit à primo quàm intelligentia, & eſt ſuſceptibilior impreſsionis quàm ipſa, quia ſuſcipit impreſsionem cauſæ primæ, & etiam intelligentiarum, ſed intelligentia (vt intelligentia eſt, non ſuſcipit impreſsiones animæ, ſed cauſæ primæ tantum) Ergo anima cœli propter ſuum diſtare à primo non attingit æternitatem quantum ad ſuum ſuperius, ſed participat æternitatem, & attingit eam, quantum ad ſuum inferius. i. anima participat æternitatẽ cum modo inferiori, eſt ergo anima infra æternitatem: ſed eſt ſupra tempus, quia eſt cauſa temporis cum ſit cauſa cœleſtis motus in quo fundatur tempus. &

PROPOSITIO TERTIA.

OMnis anima nobilis tres habet operationes. Nam ex operibus eius eſt operatio animalis, & operatio intelligibilis, & operatio diuina. A

¶ Poſtquàm author diſtinxit tria genera primarum cauſarum, vel diſtinxit triplex eſſe ſuperius, quod adaptauit ad tria genera primarum cauſarum, videlicet ad Deum, intelligentias, & animas. In parte iſta exequitur de omnibus his primarijs cauſis. Ad cuius euiden-

dentiam ſciendum, ꝙ circa has primarias cauſas quantum ad præſens ſpectat quatuor ſunt conſideranda, primo connexio. Sunt enim omnes hæ cauſæ ad inuicem connexæ, ſecũdo conſideranda eſt inter eas diſtinctio, quia licet prima cauſa ſit indiuiſa ſic, ꝙ non eſt dare plures cauſas primas, tamen inter ipſam, & intelligentias, & animas cœlorum eſt ordo, & diſtinctio. Tertio conſiderandum eſt quid ſit vnaqueq; iſtarum cauſarum primarum ſcđm ſe. Quarto autem & vltimo videndum eſt quam comparationem habeant adinuicem, Auctor ergo volens declarare de primis cauſis, quatuor facit: quia primo determinat de earũ connexione, ſecundo de earum diſtinctione. Tertio determinat de vnaquaq; ſecũdum ſe. Et quarto de earum comparatione adinuicem. Secunda ibi (prima rerum creatarum eſt eſſe) in principio quartæ propoſitionis. Tertia ibi (cauſa prima ſuperior eſt) in principio propoſitionis ſextæ. Quarta ibi. (Omnes virtutes quibus non eſt finis) in principio propo

B ſitionis decimę ſextę. Ad euidentiam primę partis, ſciendum, ꝙ ex hoc vniuerſum eſt connexum, quia ſuperiora reſeruantur in inferioribus participatiue, inferiora vero in ſuperioribus excellenter, Et quia ſuperiora ſunt in inferioribus, & inferiora ſunt in ſuperioribus, omnia ſunt in omnibus, & ſic eſt totum vniuerſum connexum, Et quod veritatem habet in toto vniuerſo multo magis veritatem habet in primarijs cauſis, ꝙ autem perfectiones inferiorum cauſarum reſeruentur in ſuperioribus cauſis excellenter: hoc non habet dubium: quia planum eſt ſuperiora perfectiora eſſe inferioribus: ſed quomodo ſuperiora ſint in inferioribus participatiue de hoc poſſet aliquis dubitare. Ideo Auctor ſupponens connexiones primarum cauſarum, prout perfectiones inferiorum reſeruantur in ſuperioribus excellenter, agit de connexione talium cauſarum, prout ſuperiora reſeruantur in inferioribus participatiue. Infima autem inter primarias cauſas (de quibus agitur) ſunt animę cœlorũ: non enim hic intenditur, niſi de rebus inmaterialibus, videlicet de Deo, de intelligentijs, &

C de animabus orbium. Iſta ergo ſic connectuntur, & ſic omnia ſuprema reſeruantur in infimis, quia in ipſis animabus (quę hic tenent gradum infimum, reſeruatur operatio diuina & operatio intelligentiæ. Erit ergo in huiuſmodi animabus triplex operatio, vna quę competit eis ſecundum ſe, & hæc eſt operatio animalis. i. competens eis in eo, ꝙ ſunt animæ, Alia eſt operatio intelligibilis, quæ competit eis, vt connectuntur intelligentijs. Tertia eſt operatio diuina, quæ competit eis propter connexionem quam habent ad cauſam primã. Ecce ergo quanta eſt connexio in his primarijs cauſis. Et quia etiam in ipſis infimis omnia connectuntur, & omnia reſeruantur, quia omnes huiuſmodi operationes in ipſis animabus reſeruantur. Author ergo in hac propoſitione volendo determinare de connexione harum cauſarum tria facit, quia primo præmittit hanc propoſitionem, ꝙ in animabus hę tres operationes reſeruantur, & connectuntur. Secundo huiuſmodi propoſitionem exponit. Et tertio eam probat. Secunda ibi (operatio autem diuina) Tertia ibi. (Quod eſt quia prima cauſa.) Dicit ergo primo (omnis anima nobilis). i. cœleſtis (tres habet operationes). connectit in ſe operationes trium primarum cauſarum, & ſubiungit, quę ſint illæ tres operationes dicens. (Nam ex operibus eius eſt operatio animalis) quę competit illis animabus, vt animę ſunt. (Et operatio intelligibilis) quæ competit illis ex connexione ad intelligentias (& operatio diuina) quę competit eis ex connexione ad Deum.

¶ Notandum autem ꝙ cum ſint tres cauſę primarię ſ. animæ cœlorum, intelligentiæ, & Deus, triplex erit operatio primarum cauſarum. ſ. animalis, intellectualis, & diuina. Et quia omnes iſtę tres operationes etiam in ipſis animabus reſeruantur. patet magnam connexionem

D eſſe inter has primarias cauſas.

T.c.39. ¶ Dubitaret forte aliquis quid appellet hic Auctor animas nobiles. Dicendum quòd animas nobiles appellat hic animas diuinas, Nam (vt dicitur in duodecimo metaphyſicę) Deus eſt vnus æternus in fine æternitatis. Si ergo eſt nobilis in fine nobilitatis, quicquid eſt diuinum ſecundum. ꝙ huiuſmodi eſt nobile. Et quia (vt nunc patebit) animæ cœleſtes debent dici animæ diuinæ, congrue animæ illæ vocatæ ſunt nobiles. Vt autem intelligamus quare illę animę diuinæ dicuntur. Sciendum quòd differentia eſt inter intellectus

noſtros, & ipſas intelligentias. Nam noſtris intellectibus (vt communiter ponitur) ſic communicatum eſt, quòd ſint intelligibiles, quòd non eſt eis communicatum, quòd ſint diuini. Quia non habent vniuerſalem influentiam, & vniuerſalem prouidentiam rerum. Sed ipſis intelligentijs, & maxime his quę habent cauſare motum orbium, & E per conſequens habent vniuerſaliter influere in omnia hęc inferiora, communicatum eſt non ſolum, vt ſint intelligibiles, ſed etiam vt ſint diuinę, propter vniuerſale regimen quod communicatum eſt eis. Ergo intelligentię ſunt diuinę propter connexionem quam habent ad diuina, & quia communicatum eſt eis vniuerſale regimen. Cum ergo ſecundum mentem huius Auctoris inter intelligentias, & cœlos ſint mediæ cœlorum animę. Ita quòd intelligentiæ mouent cœlos mediantibus animabus, ipſæ animæ diuinæ dici debent, propter connexionem quam habent ad intelligentias illas, quæ ſunt diuinę, debent dici etiam ipſa corpora cœleſtia (propter connexionem quam habent ad ſuas animas, quæ ſunt diuinæ) diuina. Corpora ergo cœleſtia ſunt diuina propter animas: animę propter intelligentias: & intelligentię propter Deum: Hoc eſt ergo quod Proclus dicit in ſexta propoſitione ſui Libri, Omne corpus eſt diuinum Proclus. propter animam: omnis autem anima propter diuinum intellectum, Omnis autem intellectus eſt diuinus ſecundum participationem diuinæ mentis. Sequendo enim intentionem iſtorum, cum tam corporibus cœleſtibus, quàm animabus cœlorum q̃ etiam intelligentijs conueniat habere quandam vniuerſalem influentiam, omnia talia diuina dici poſſunt. Et quia omne diuinum nobile, nobilia appellari debent.

¶Vlterius forte dubitaret aliquis quid potuerit mouere Authorem iſtum, & alios phyloſophos, vt darent illis cœlis animas alias ab intelligentijs. Dicendum quòd F ſecundum eos, duæ ſuppoſitiones ſunt ſupponendę, quas declarabimus ſupponendo Suppoſitiões duę phyloſophorum dicta. Vna eſt quòd cœlum quodlibet habet aliquem motorem appropriatum, qui dicitur eius anima. Altera ſuppoſitio eſt, ꝙ immediati motores cœlorum phyloſophorum. non poſſunt eſſe intelligentię. His duobus ſuppoſitis coguntur dare ipſis cœlis aĩas pręter intelligentias. Prima aũt ſuppoſitio videlicet quodlibet cœlorũ Motorem appropriatum habere, qui dicitur eius anima, ex dictis phyloſophorum declaratur dupliciter. Primo Pría ſuppoſitio prout cœlum comparatur ad hæc inferiora. Secundo prout comparatur ad Motorem primum. Prima via ſic patet. Nam in his inferioribus inuenimus aliqua, quæ dupl'r declaratur. non mouentur ex ſe, ſed à generante, vt Elementa, & omnia mota inanimata. Alia vero mouentur ex ſe, & ſunt diuiſiua in talia duo quorum vnum eſt per ſe mouens, Pría via. & aliud eſt per ſe motum, vt animata. Et hęc ſunt nobiliora alijs. Et ſi aliqua mouen- G tur ex ſe, dignum eſt, vt prima mobilia (euiuſmodi ſunt corpora cœleſtia) moueantur ex ſe, Erunt autem animata, & habebunt Motores aliquos appropriatos, qui dicentur eorum animę. Et hanc viam tangit phyloſophus in. 8. phyſicorum, & libro cœli, & mundi probatur hoc idem. Secunda via ſic patet. Nam vt corpus cœleſte comparatur ad Deum, Deus mouere ipſum dicitur, vt amatum, & deſideratum, Imaginamur enim quòd T.cõ.77. Deus moueat immobiliter, quod potiſſime conuenit amato, & deſiderato, ſicut pomum 2. cæ. T. in ſe immobiliter manens mouet deſiderantem, & amantem, immo ſi pomum ipſum moueretur non ſic traheret deſiderantes, & amantes, vt mouerentur ad ipſum, ſicut trahit im Scda via. mobiliter ſtans. Si ergo Deus mouet cœlum, vt deſideratus, & amatus, cœlum mouebitur H vt deſiderans, & amans. Habet ergo cœlum animam, quę deſiderans, & amans aſſimilari T.cõ.36. primę cauſæ mouet cœlum. Et iſta videtur eſſe ſententia phyloſophi in. 12. metaphyſ. in I illo cap. Mouet autem ſicut deſideratum, & intellectum. Vbi comentator ait ex hoc Scda ſup manifeſtum eſſe cœlum habere animam, & habere de virtutibus animę deſideratiuã, & intellectiuam. Viſo ꝙ cœlum habet animam. i. habet Motorem appropriatũ, qui dicitur eius Duplex anima, Reſtat oſtendere q̃o immediatus motor cœli (ſequẽdo phyloſophorum dicta non via. ſit intelligẽtia: qd duplici ẽt via declarari poteſt. Quarũ vna ſumitur ex immobilitate ipſius Pría via. primi) alia vero ex materialitate orbis. Prima via ſic patet. Imaginãtur phyloſophi, ꝙ ꝑpria

operatio motoris appropriati ſit mouere: aliter.n. motor ille non mereretur dici anima cœli, vel ſi hoc non diceremus ſequeretur ꝙ motor cœli aliquando deſiſteret a mouendo, quia a non propria operatione contingit aliquando deficere. Propter ergo continuũ motũ cœli poſuerũt phyloſophi ꝑpriam operationẽ motoris appropriati eſſe eius mouere. Cũ ergo Deus ſit oĩo immobilis non vr̃ conuenienter poſſe ſtare ꝙ intelligentię quæ ĩmediate ſe habent ad Deũ oĩo immobilem, habeant ipſum cœlũ mouere tanꝙ propria operatione, ſed pręter has intelligentias ſuperiores, oportet dare alias inferiores quarũ propria operatio

scda via ſit mouere cœlum & huiuſmodi cœloꝝ animas vocari oportet. Secunda via ad hoc idem

K ſumitur ex materialitate orbis. Nam corpora q̃tuncunq; ſuprema ſunt valde materialia reſpectu ſubſtantiaꝝ ſeparatarum, quæ non habent materiam partem ſui, ꝙ ergo intelligentiæ (quæ immediate ſe habent ad Deũ qui eſt oĩo immaterialis & actus purus) attingant corpora quæ habet materiã partem ſui, vel quę ſunt materialia videbatur indecens. Et quia in tanto negocio ſicut eſt cœloꝝ diſpoſitio (per quã totus hic orbis gubernatur) minima inordinatio eſt valde inconueniens. Ideo præter intelligentias poſuerunt quaſdam alias ſubſtantias ſpirituales quas vocabant cœlorum animas.

L ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis vtrũ hæc phyloſophoꝝ opinio poſſit aliquo modo cum fide concordare, vel poſſit reduci ad fidem. Dicendũ ꝙ quantũ ad rem non eſt quaſi differentia inter theologos & phyloſophos de animatione cœloꝝ. Nam neq; phyloſophi voluerunt ꝙ ex aĩa cœli & cœlo fieret vnum ƀm eſſe: Sed pro tanto motores cœlorum dicuntur cœlos animare & viuificare inquãtum influunt eis motum, qui motus eſt quoddam opus vitę. Nam & aquę fluentes dicuntur aquæ viuę, manentes vero immobiles dicuntur mortuæ. Hoc etiam theologi concederent, dixerunt enim ꝙ motores cœloꝝ influerent cœlis motus. Modus tamen loquendi valde eſt varius. Non enim vtimur hoc genere loquutionis, vt dicamus cœlos animatos. Damaſcenus enim in ſua cõpilatione theologica libro ſecundo capite ſexto, plane negat cœlos animatos eſſe dicens. Nullus autem animatos cœlos vel luminaria exiſtimet, inanimati enim ſunt.

M ¶ Vlterius autem dato ꝙ cœli poſſint dici hoc modo animati & viuere quia habent motores appropriatos influentes eis motum, qui eſt quidã opus vitæ. Dubitaret forte aliquis vtrum poſſit ad modum fidei trahi, ꝙ ponantur aĩæ cœlorum præter intelligentias. Dicendũ ꝙ lex diuinitatis eſt reducere infima in ſuprema per media. Sic enim Deus colligauit vniuerſum ꝙ ſemper infima ſuprẹmorum coniunxit ſuprẹmis infimorũ. Vnde Dionyſius ſeptimo de diuinis nominibus loquens de ordinatione vniuerſi ait, ꝙ diuina virtus omnia concordans eſt oĩs ordinis cauſa, & ſemper fines primorum coniungens principijs ſecũdorum, vnam oĩs armoniam pulchræ operans. Ex hoc ergo Deus pulchrę operatur vnam vniuerſalem armoniam ſiue conſonantiam oĩs vniuerſi, quia quodam ordine omnia coniungit. Indignum ergo eſſet ſi ſupræmę intelligentiæ connecterentur cum corpori-

N bus tanquam proprij motores eorum: Dicemus ergo etiam ſecundum ſanctorum ſententiam, quòd corpora vel creatura corporea diuiditur in corpora ſuprẹma (cuiusmodi, ſunt cœli) & in corpora infima. cuiusmodi ſunt corpora exiſtentia in ſphęra actiuorum & paſſiuorum. Sic & ipſæ intelligentiæ diſtinguuntur, quia quædam ſunt ſuperiores, quędam vero inferiores, inconueniens enim eſſet quòd intelligentiæ ſuperiores, quę ſunt proximiores primo & magis attingunt ipſum immediate, connecterentur corporibus tanquam eorum motores. Ideo præter angelos ſuperiores eſt dare angelos inferiores, quibus cõ-

O miſſa eſt adminiſtratio corporum. Si ergo hos angelos inferiores adminiſtrantes corporibus cœleſtibus volunt vocare animas. Angelos vero ſuperiores excellentiores illis volunt vocare intelligentias, trahitur hoc phyloſophicũ dictum aliqualiter ad id quod fides ponit, plene tamen nunquam phyloſophorum ſententia trahetur ad ſententiam fidei, quia ipſi tot poſuerunt intelligentias, & tot animas quot ſunt orbes. Nos autem tenemus ꝙ milia miliũ miniſtrant Deo, & decies milleſies centena milium aſſiſtunt ei. Incõueniens.n.eſſet ꝙ corpora eſſent in tam magno numero, & nobiliſſima pars vniuerſi eſſet

in tam

in tam modico numero: Vnde Dionyſius.14 angelicę hierarchię ait, ꝙ multę bonæ ſunt militię ſupercœleſtium intellectuum ſuperantes infimam,& coartatam materialium multitudinem. Videtur.n. oĩno velle Dionyſius, ꝙ plures ſint ſpẽs Angelorum ꝗ corporalium rerum. Rurſus deuiat hæc poſitio à fide,quia intelligentias non ponit, niſi propter motus orbium. Volunt enim ꝙ quia intelligentias ꝑp ſui excellentiam non decet ꝙ habeant actionem in corporibus,ideo inter intelligentias,& cœlos ponunt aĩas dicentes:ꝙ intelligentiæ mouent cęlos mediantibus aĩabus:ꝙ etiam non ſapit modum fidei. Quia non ꝑp mouere corpora tm̃,ſed propter contẽplari ipſum Deum intelligẽtias ponimus. Aliqd ergo loquebantur phyloſophi circa veritatem,ſed eam plene non intellexerunt,& in multis à veritate deuiauerunt. ℭDeinde cum dicit. Dionyſi⁹.

COMMENTVM PROPOSITIONIS TERTIÆ.

P.

Operatio autem diuina eſt,quoniam ipſa præparat naturam per virtutem,quæ eſt in ea à cauſa prima.

ℭExponit propõnem ꝓpoſitam,circa qđ tria facit,quia primo exponit qũo aĩę habent operationem diuinam. Secundo qũo intelligibilem, Tertio qũo animalem. Scđa ibi. (Eius autem eſt operatio intelligibilis.) Tertia ibi (operatio aũt animalis). ℭDicit ergo.(Operatio aũt diuina eſt) ſupple competens ipſi animę nobili(qm̃ ipſa) anima nobilis (præparat naturam per virtutem,quæ eſt in ea,à cauſa prima.) ℭNotandum aũt ꝙ pręparare proprie eſt agentium inferiorum. Videmus.n. cæmentarios inferiores pręparare materiam architectorum in arte illa. Vt ergo Auctor det intelligere animas cœlorum hr̃e operationem diuinam,prout participatur ab eis,dicit eas præparare naturam.

ℭDubitaret forte aliquis qũo aĩa cœli dicatur hr̃e operationẽ diuinã, prout naturã præparat. ℭDicendum ꝙ oẽs nomine Dei intelligunt vniuerſalẽ aliquam influentiã ſuꝑ rebus,& vniuerſalem prouidentiam rerum. Vnde Platonici ideas illas ſeparatas,ꝑp vniuerſalem influentiam & cauſalitatem quam habebant ſuper hęc inferiora,vocabant Deos ponentes ordinem Deorum ſecundũ ordinem abſtractorum. Intelligemus ergo Deum eſſe ipſum eſſe vniuerſale,cãm rerum,& ſcđm modum ſui oĩa conſeruare in eſſe: & tertio oĩa dirigere in ſuos fines,prout requirit eorum natura,& eorum eſſe, Intelligemus aũt hęc tria ſe habere ꝑ ordinem:ꝙ primo res producitur,& accipit eſſe,ſecundo in illo eſſe cõſeruatur,& tertio ſecundum illud eſſe in ſuum finem dirigitur:& quia hęc tria ſunt vniuerſaliter in rebus ſcđm modum exigentię naturæ ſuę,deo,qui eſt vniuerſalis cauſa rerum,& per quẽ intelligimus quandam vniuerſalem cãm,hæc ſunt attribuenda,& alia agentia in quantũ hæc participãt dicuntur diuinam operationem hr̃e. Et quia Author hic appellat præparare naturam, res naturales per motum cœli in eſſe producere,eas ſcđm exigentiam naturę ſuæ in eſſe conſeruare,& ipſas in ſuis actionibus dirigere,& adiuuare,cum hæc ſint principaliter attribuenda deo,& in tm̃ alia agentia hęc participant,in quantum participant operationem diuinam, & in quantum participant aliquid de vniuerſalitate influentiæ,quę principaliter attribuenda eſt deo,bene dictum eſt,ꝙ animæ cœlorum habent operationem diuinam in quantum pręparant naturam propter virtutem quam hñt à prima cauſa. Nam licet totum quod habẽt habeant à primo,tñ magis relucet in eis operatio diuina in participando vniuerſalitatẽ cauſalitatis,quàm in alijs:& magis quantum ad hoc dicuntur operationem diuinam habere. ℭDeinde cum dicit. Q. R.

Eius autem operatio eſt intelligibilis, quoniam ipſa ſcit res per virtutem intelligentiæ,quæ eſt in ipſa. S.

¶Oſtendit quomodo hęc anima nobilis habet operationem intelligibilem dicens ꝙ(eius autem.).i.ipſius animę nobilis(eſt operatio intelligibilis: qm̄ ipſa ſcit res per virtutem intelligentiæ,quæ eſt in ipſa.) ¶Dubitaret forte aliquis qūo anima cœli ſciat res per virtutem intelligentiæ exiſtentis in ea. Dicendum ꝙ per animas cœlorum intelligimus inferiores ſubſtantias ſeparatas,quibus commiſſa eſt adminiſtratio corporum. Nunc autem eſt ita ꝙ quanto ſubſtantia ſeparata eſt ſuperior,tanto plus participat de intellectuali lumi
T ne. Vnde(etiam ſcd̄m ſanctorum ſnīas) angeli ſuperiores tanq̄ magis illuminati illuminant,& perficiunt inferiores,ita ꝙ per talem illuminationem ſuperiorum fiunt res notę inferioribus. Ergo etiam ſcd̄m modum fidei dicere poſſumus,ꝙ animæ.i.ſubſtantiæ ſpūales inferiores habent operationem intelligibilem: & ſciunt res per virtutē intelligibilem.i.per virtutem ſuperiorum ſpirituum à quibus illuminantur,& perficiuntur. Auctor tamen iſte plus videtur ſentire,Nam videtur velle,ꝙ ſpēs ipſe intelligibiles deriuentur in animas cœlorum ab intelligentijs. Dicemus.n.ſecundum mentem authoris ſpecies intelligibiles, vt ſunt in intelligentijs eſſe in magna actualitate:& dicemus ipſas animas cœlorum eſſe in potentia ad ſuſcipiendum ſimilitudines illarum ſpecierum non in tanta actualitate,nec in
V tanta puritate in quanta ſunt in intelligentijs. quia vnumquodque agens agit ſecundum exigentiam ſuę formæ,vnde in tantum participamus operationem intelligibilem in quantum habemus ſpecies intelligibiles apud nos. Animę ergo cœlorum(ſecundū huius Auctoris ſententiam)habentes ſpēs intelligibiles deriuatas in eas ab intelligentijs.dicūtur habere operationem intelligibilem per virtutem intelligentiarum,per quas ſciunt res, & per quas ſuſcipiunt intelligibiles ſpecies,ſententia tamen ſanctorum,& Theologorum nō omnino eſt huic opinioni conformis. Cōcedimus enim ꝙ multa poſſunt ſciri à ſubſtātijs ſeparatis inferioribus per virtutem ſuperiorum intelligentiarum, non quia illæ iſtis influant nouas ſpecies,ſed quia eas illuminant & perficiunt,quod declarare pręſens ſpeculatio non patitur.In queſtionibus tamen noſtris cum nos diſputabimus de cognitione angelorum de hac materia diffuſius dicemus. ¶Deinde cum dicit.

X OPERATIO autem animalis eius eſt,quoniam ipſa mouet corpus primum,& cætera corpora quoniam ipſa eſt cauſa motus corporum,& eſt cauſa operationis naturæ, non autem efficit anima has operationes, niſi quoniam ipſa eſt exemplum virtutis ſuperioris.

¶Oſtendit quomodo in anima cœli ſit operatio animalis dicens,ꝙ (eius autem).ſ. animæ cœli(eſt operatio animalis)cuius ratio eſt(quoniam ipſa mouet corpus primum).i. cœlū.(&)mouet etiam(cętera corpora)naturalia(quoniam ipſa eſt cauſa motus corporum).i.eſt cauſa quare mouentur corpora cœleſtia,& alia corpora (& eſt cauſa operationis naturæ) & ſubdit ꝙ(non autem efficit anima has operationes,niſi quoniam ipſa eſt exemplum virtutis ſuperioris)quaſi dicat,ꝙ anima non efficit has operatios principaliter & ex ſe: ſed magis efficit eas inſtrumentaliter prout eſt quoddam organum,& prout eſt quoddam extractum,& cauſatum à virtutibus ſuperioribus.

¶Notandum autem quòd anima habet corpus viuificare,& quia(vt dictum eſt)viuificatio corporis cœleſtis eſt motus ei influxus ab anima ſua, qui motus eſt quoddam opus vitę, quia diſtinguimus animatum ab inanimato,motu,& ſenſu,vt dicitur in primo libro de anima,Et ideo(ſi mouere ſupercœleſte corpus eſt ipſum viuificare & animare, benedictum eſt,quòd animæ cœleſti competit operatio animæ ſecundum quòd huiuſmodi: vel competit ei operatio animationis,prout mouet corpus primum per cuius motum mouet naturam totam.

Supra.L. T.cō.19. &.2. de aīa.T.cō. 14.&.16.

¶Deinde cum dicit.

SECVNDA PARS PRINCIPALIS COMMENTI.

QVOD eſt, qui prima cauſa creauit animam cœleſtē mediante intelligentia, & propter illud facta eſt anima efficiens operationem diuinam Y

℄ In parte iſta probat, quę dixit, Nam poſtquàm propoſitionē propoſuit, & dedit eam intelligere, hic vult eam probare. Circa quod duo facit: Nam primo facit quod dictum eſt, ſecundo epilogat circa determinata ibi (manifeſtum igitur eſt nunc) Circa primum tria facit, quia primo probat quomodo ipſa anima cœli habet operationem diuinam, ſecundo quomodo habet operationem intelligibilem, & tertio quomodo animalem ſecunda ibi. (Poſtquàm ergo cauſauit) Tertia ibi. (Et quia ſuſcipit) Cōtinuetur ergo ſic. Benedictum eſt, quòd anima efficit has omnes tres operationes, prout eſt quid extractum à ſuper oībus virtutibus. Nam prout eſt ſic extractum habet operationem diuinam intelligibilem, & animalem. (Quod eſt). ſ. quòd anima hoc modo habeat operationem diuinam, & operationes alias, (quia prima cauſa creauit animam cœleſtem mediante intelligentia. Et propter illud facta eſt anima efficiens operationem diuinam.)

Alia lſa hēt, quia prima cā creauit eſſe aīæ mediātē intelligē tia.

℄ Notandum autem ꝙ non eſt de intentione huius Authoris, ꝙ ſubſtantia animæ ſit creata à prima cauſa mediante intelligentia, quia ſemper primū in omni genere cauſa eſt oīum aliorum, quæ ſunt poſt. Et quia intelligimus nomine primi aliquid quod eſt ipſum eſſe, & omnia alia per ipſum accipiunt eſſe, Ipſe ergo Deus (quoniam eſt primum ens, & quia eſt ipſum eſſe, cauſa eſt omnium entium. Videamus ergo in quibus operationibus cooperātur alia agentia deo, Z Dicemus enim ꝙ quicquid producitur, non per motum, ſed ex eo ꝙ à deo accipit eſſe, impoſſibile eſt, ꝙ ad eſſe eius faciat aliqua ſecundarum cauſarum. Quicquid ergo non producitur ex materia pręiacente, quantum ad ſuum eſſe, quantum ad ſuā ſubſtantiam producitur à ſolo Deo, Sed quantum ad alias perfectiones, & quātum ad alias bonitates poſſunt cooperari intelligentię, tanquam inferiores cauſæ. Anima ergo Cœli dicit quandam ſubſtantiam intellectualem habentem intelligibilem operationem. De & huius ergo Authoris intentione eſt, ꝙ prima cauſa creauit animam cœli mediante intelligentia, ita ꝙ quantum ad ſubſtantiam Deus per ſe ſolum creauit animam, ſed quantum ad operationem intelligibilem ipſius animę fecit, ꝙ eam haberet ab intelligentia. Quod ſatis cōcordat cum verbis ſequentibus: vbi dicitur ꝙ poſtquàm prima cauſa creauit animam poſuit eam ſicut ſtramentum intelligentię. i. ſtrauit eam & ſuppoſuit eam operationi intelligentiæ. Ergo prius intelligitur Deum creaſſe ſubſtantiam animæ, & poſtea ſuppoſuiſſe eā operationi intelligentię, vt haberet operationem intelligibilem per ipſam. Hoc ergo modo ſecundum huius Authoris ſententiam: Deus creauit anima mediante intelligentia, quia ſuper animam à Deo creatam intelligentia habet cauſalitatem, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad operationem.

℄ Dubitaret forte aliquis quomodo anima habet operationem diuinam, quia creata eſt à Deo mediāte intelligentia. Dicendum ꝙ operationem diuinam hēt & aīa, & intelligentia immo magis intelligentia q̄ anima, in quantū proximior eſt primo enti: ideo non ſufficit declarare ꝙ aīa habeat operationem diuinam quocūq; modo, ſed oportet oſtēdere, ꝙ habeat eam ſcd̄m modum infimum videlicet inferiori modo q̄ intelligentia. Et ideo ad hoc probandū dixit aīam eſſe productā à Deo mediante intelligentia, vt quia producta eſt ſic à Deo participat operationem illam inferiori modo q̄ intelligētia. ℄ Deinde cum dicit.

Poſtq̄ ergo cauſauit animam poſuit eam, ſicut ſtramentum intelligentiæ quo efficit operationem intelligibilem.

¶ Probat ſecundum videlicet, ꝙ anima habeat operationem intelligibilem, in quantum eſt exemplum ſuperioris virtutis, dicens, ꝙ (poſtquàm ergo) cauſa prima (cauſauit animam poſuit eam ſicut ſtramentum) aliqui textus habent inſtrm̄, ſed melior littera eſt, quę dicit ſtramentum, poſuit ergo eam ſicut ſtramentum (intelligentiæ) ſtrauit eam operationi intelligentiæ. (quo) ſupple ſic ſtrata operationi intelligentię: anima eſt intellectus, & (efficit operationem intelligibilem.) ¶ Deinde cum dicit.

Alia littera habet cauſauit eſſe aīæ.

Et quia ſuſcipit impreſsionem intelligentiæ facta eſt, operationis inferioris q̄ intelligentia. Et qa ipſa non imprimit vires, niſi per motū, quia id quod eſt ſub ea non recipit operationem eius, niſi ipſa moueat ipſum, propter hāc ergo cauſam fit, ꝙ anima mouet corpus. De proprietate enim animæ eſt, vt viuificet quando influit ſuper ea, & directe producit ea ad opationem rectā.

¶ Probat tertium videlicet, ꝙ animæ competat operatio animalis, quia eſt exemplum ſuperioris virtutis dicens (& quia) anima (ſuſcipit impreſsionem intelligentiæ facta eſt operationis inferioris quàm intelligentia) & agit inferiori modo: quia agit per motum & mouendo corpora. Ideo ſubdit ꝙ (&) ſupple ꝙ anima ſic agat euenit (quia ipſa non imprimit vires niſi per motum) .ſ. (quia id quod eſt ſub ea non recipit operationem eius, niſi ipſa) anima (moueat ipſum) corpus. (Propter hanc ergo cauſam) videlicet quia anima non agit, niſi mouendo (fit quòd anima mouet corpus) & ſubdit ꝙ (de proprietate enim animæ, eſt vt viuificet) .i. vt moueat corpora (quando influit ſuper ea) .i. ſuper corpora virtutem ſuam (& directe producit ea,) .ſ. corpora (ad operationem rectam). ¶ Notandum has omnes tres rationes, videlicet ꝙ anima habeat operationem diuinam, intelligibilem, & animalem ex hoc oriri videntur, eo ꝙ anima eſt exemplum ſuperioris virtutis. Nam ſupra aīam cum ſit intelligentia, & Deus (ſecundum mentem Authoris) in tantum eſt aīa exemplata, vel extracta à ſuperiori virtute, in quantum eſt producta à deo, mediante intelligentia, quod qōo intelligendum ſit expoſuimus, modus tñ ille loquendi non eſt recipiendus, quantūcunq; Author hic nō intelligat ſicut verba ſonant ¶ Dicemus ergo ꝙ quia aīa eſt ſic exemplum ſuperioris virtutis, & eſt ſic producta, ex hoc habet operationem diuinam, eo .ſ. modo quo competit ſibi: videlicet non magis inferiori quàm intelligentia, vt probat rō prima. Rurſus quia anima eſt ſic exemplata, & ſic producta, & eſt ſic ſtrata, & ſuppoſita operationi intelligentiæ, ex hoc habet operationem intelligibilem, vt probat ratio ſcd̄a. Tertio quia anima eſt ſic producta, & ſic ſuppoſita, intelligentiæ agit valde inferiori modo quàm ipſa, & ideo nō agit, niſi per motum, ſcd̄m mentem huius Authoris, & ex hoc habet operationem animalem, quę eſt mouere, vt probauit hæc rō tertia. Ergo & prima ratio probans aīam habere operationem diuinam, & ſcd̄a ratio probans ipſam habere operationem intelligibilem, & hæc ratio tertia probans ipſam habere operationem aīalem, ex hoc ſumunt fulcimentum, ꝙ ideo aīa habet oīa illa, quia eſt exemplum ſuperioris virtutis .ſ. Dei, & intelligentię, & quia eſt virtus, quæ influentiam recipit à Deo, quantum ad ſubſtantiam ab intelligentijs vero quantum ad operationem, Ergo bene dictum eſt qd̄ ſuperius dicebatur: videlicet quòd anima nō efficit has operationes, niſi in quantum eſt exemplar ſuperioris virtutis, quod dictum oēs rationes ſequentes declarant. ¶ Deinde cum dicit.

Alia lr̄a hēt hoc plus, impreſsiōe ſuę in id quod eſt ſub ipſa.

Supra.x.

AA. MANIFESTVM igitur eſt nunc ꝙ anima Tres habet operationes: quia habet tres virtutes: virtutem .ſ. diuinam, & virtutem intelligentiæ, & virtutem eſſentiæ eius, ſecundum quod narrauimus, & oſtendimus.

¶Epilogat circa determinata dicens. (manifeſtū igitur eſt nunc ꝙ anima tres habet operationes,quia habet tres virtutes virtutem.ſ.diuinam,& virtutem intelligentiæ)ſiue virtutē intelligibilem.(& virtutem eſſentię eius).i.virtutem aīalem(ſecundū ꝙ narrauimus & oſtendimus.) ¶Notandum autem ꝙ anima cœleſtis habet virtutem diuinam,& virtutem intelligentiæ participatiue in quantum participat operationem diuinam influendo vniuerſaľr in totam naturam,& in quantum intelligendo participat operationem intelligētię, ſed hoc eſt ei magis proprium(ſecundum hunc Auctorem,habere operationem animalem,quę eſt viuificare corpus cœleſte influendo ſibi motum,& quia hæc operatio eſt propria animę cœleſti,dicit ꝙ eſt ſecundum eſſentiam eius,id eſt eſt per ſe,& eſſentialis i.propria. BB.

¶Dubitaret forte aliquis vtrum mouere corpora ſit operatio eſſentialis animæ,& videtur ꝙ non,quia ſi intelligitur,ꝙ ſit eius operatio eſſentialis,quia immediate egreditur ab eſſentia eius,talem intellectum habere non pōt,quia oīs operatio egreditur ab eſſentia mediante virtute. Si autem intelligatur eſſentialis.i propria & inſeparabilis. Sic ſecundum fidem noſtram ēt eſt falſa,quia aliquando ceſſabit motus cœli. ¶Dicendum ꝙ intentio phyloſophorum fuit cœlum nunquā deficere à motu,& ſi aliquis phyloſophorum generauit mundum(vt Plato)qui licet non generaſſet eum ex nihilo. Nam hoc exterruit oēs phyloſophantes,vt ex nihilo aliquid fieret(vt dicitur primo de generatione, tñ generauit mundum,vt dr̄ primo cœli & mundi,quia non poſuit ab æterno mundū ſic eſſe,ſicut non eſſet factus Nullus etiam phyloſophantium antiquorum poſuit mundum finire: nec ꝙ aliquando ceſſaret motus cœli:& hoc eſt de ratione animę,vt ſemper adhęreat corpori. quā diu datur corpus eius,cum illa corpora ſint perpetua, vt perpetuarent cœlorum motum dixerunt motores illos eſſe animas. Nos aūt ne in hunc laqueum incidamus multotiens abhorremus hūc modum loquendi,vt motores cœlorum vocemus eorum animas . Et ſi aliquando hoc modo loquendi vtimur exponimus qualiter intelligenda ſit animatio illa. prętermittentes ergo modum qui eſt de proprietate motus dabimus expoſitionem aliam , quæ non erit contra Authoris mentem. Dicemus quidem proprium eſſe animarum cœlorum mouere cœlos, & hoc competere eis ſecundum eſſentiam ſuam quia pro tanto ſubſtantiæ illæ mouent cœlos, quia in ordine cœleſtium ſpirituum ſunt infimę,& quia ſunt infimæ in genere ſpirituū propter ordinem vniuerſi quem Deus ſtatuit infima.ſ.ſpirituum vniri ſupremis corporibus, & mouere ſuper cœleſtia corpora.quia ergo proprium eſt illarum ſubſtantiarū habere ſic eſſe infimum,& nullis alijs hoc ſic competit,& ēt quia ſcd̄m eſſentiam,& naturam cōpetit eis, ꝙ ſint hoc modo infimæ,ideo dicitur hoc eis competere per eſſentiam ſuam , & non quia hæc operatio egrediatur immediate ab eſſentia nec quia ſit eis propria,& inſeparabilis. ſed (vt dicebatur)quia habēt eſſentiam ſic infimam,ideo cōpetit eis hoc officium.ſ.adminiſtrare corpora.

Intentio phyloſophorū.
T. cō. ij.
T.cō.109
CC.

PROPOSITIO QVARTA.

PRIMA Rerum creatarum eſt eſſe,& non eſt ante ipſum creatum aliud. A.

¶Poſtquàm Author determinauit de connexione primarum cauſarū,in parte iſta determinat de earum diſtinctione: Circa quod duo facit,quia primo determinat de diſtinctione intelligentiarum: ſecundo de diſtinctione animarum. ibi, (Intelligentiæ ſuperiores)in propoſitione quinta. Ad euidentiam aūt primæ partis ſciendum:ꝙ omnis multitudo participat aliqualiter vno,vt dicit Proclus in prima propoſitione ſui libri. Ex vnitate ergo progreſſa eſt multitudo. Si ergo volumus determinare de multitudine, oportet nos videre in quo illa multitudo vnitur,& quomodo aliquid vnum ſit plurificatum , & facta ſit multitudo. Et quia in eſſe vniuntur omnia entia, & ex eſſe plurificato in entibus facta eſt Proclus.

multitudo entium. Ideo Author volens determinare de multitudine entium, & ſpecialiter de multitudine entium primorũ cuiuſmodi ſunt intelligentię quæ tenent primum gradum in genere entium cauſatorum, incipit ab eſſe: & proponit propoſitionem ꝙ eſſe ſit primũ inter cauſata, tamen non videtur eſſe, ſua intentio principalis hic determinare de eſſe, ſed ex eſſe quod in ſe eſt quid vnum vult deſcendere ad declarandum quomodo plurificatum eſt in intelligentijs, & facta eſt diuerſitas intelligentiarum. Tria ergo facit. quia primo pro ponit hanc propoſitionem de eſſe. Secundo probat eam. Tertio ex his quæ dixerat deſcen dit ad declarandum quomodo ſit facta diuerſitas in entibus, & ſpecialiter in entibus primis, cuiuſmodi ſunt intelligentiæ. Secunda ibi. (Quod eſt quia eſt.) Tertia ibi (& eſſe creatum) In parte prima dicit ꝙ (prima rerum creatarum eſt eſſe: & non eſt ante ipſum creatum aliud.)

B ¶ Dubitaret forte aliquis quomodo eſſe ſit prima rerum creatarum. Dicendum ꝙ ſicut omne generabile habet duos terminos .ſ. materiam & formam, ſic omne creabile & omne creatum habet duos terminos potentiã .ſ. & actum, eſſentiam .ſ. & eſſe. Nã omne quod eſt ab alio eſt in potentia ad eſſe, & ſi eſt in potentia ad eſſe, non eſt ipſum eſſe, ſed intelligitur participare eſſe. Omne autem participans & participatum in eſſentia quidem quæ participat eſſe, & in eſſe quod participatur ab eſſentia diſtinguũtur. Sed licet ſint hi duo termini: eſſentia, ſcilicet, & eſſe, in quolibet creabili, principalius tamen ratio cuiuslibet productionis ſumitur ex actu quam ex potentia: quia in tãtum aliquid producitur & cauſatur inquantum accipit eſſe. Ergo eſſe, vel poteſt mihi dicere ipſum ens quod habet eſſe, vel ipſum eſſe quod participatur in entibus: ſi dicat ipſum ens, tunc prima rerum creatarum eſt eſſe, quia quicquid creatur, vel quicquid producitur prius producitur in eo quòd

C ens, quàm in eo ꝙ vnum, vel in eo ꝙ aliud quodcunq; tale: quia omnia alia ſe habent per additionem ad eſſe. Sed ſi eſſe (vt verba ſonant) dicat mihi ipſum eſſe, quod participatur in entibus: Tunc prima rerum creatarum eſt eſſe, quia ex eſſe ſumitur prima & principalis ratio creationis: ita quòd res creatæ per eſſentiam ſuam ſunt in genere, ſed per eſſe quod habent ſunt effectus agentis primi, & ſunt createę ab agente primo a quo habent eſſe. Immaginabimur ergo quòd primum ſit per ſe ens & per ſe verum, & omnia alia intantum ſunt producta & creata ab ipſo, inquantum participant illud eſſe. Vnde Cõmentator ſuper ſecundo Methaphyſicę ait ꝙ omnia entia non acquirunt eſſe & veritatem niſi a cauſa prima. Vnde idem ibidem ſubdit, quòd vnum tantum eſt ens per ſe & verum per ſe, & omnia alia ſunt entia, & vera per eſſe, & veritatem eius. Hoc ergo modo prima rerum creatarum eſt eſſe, ſicut prima rerum viſarum eſt lux, quia lux eſt prima & principalis ratio quare aliquid videatur. Lux enim reſperſa in rebus facit ea eſſe viſibilia. Sic ex eſſe ſumitur prima & principalis ratio quare aliquid creetur, quia intantum aliquid eſt creatum & productum inquantum participat eſſe.

Cõ. 4.

¶ Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propõnis Quartæ.

D Quod eſt, quia eſt ſupra ſenſum, & ſupra animam & ſupra intelligentiam.

¶ Probat quod dixerat, Circa quod tria facit ſm ꝙ tripliciter probat intentum. Secunda ratio incipit ibi (& non eſt eſſe (Tertia ibi. (Et non eſt factum) cõtinuetur ergo ſic: Benedictũ eſt ꝙ prima rerum creatarũ eſt eſſe (quod eſt quia) eſſe (eſt ſupra ſenſum, & ſupra aĩam, & ſupra intelligentiam) formetur aũt hæc ratio ſic. Quicquid eſt ſupra ſenſum ſupra animam, & ſupra intelligentiam, eſt ſupra omnia creata, & eſt prima rerum creatarum, eſſe eſt huiuſmodi: ergo. &c.

❡DVBITARET forte aliquis q̃uo eſſe eſt ſupra oĩa illa, & per cõſequens ſupra omnia creata. Dicendũ ꝙ oĩa entia creata vel ſunt corporalia vel ſunt coniuncta corporibus, vel ſunt a corporibus abſoluta, corporalia poſſunt dici ſenſibilia, cõiuncta corporibus poſſunt dici aĩæ quia oĩs anima eſt coniuncta corpori, vel quia dat ei eſſe, vt aĩæ noſtræ, vel quia dat ei motum, vt aĩa cœleſtis. Abſoluta vero a corporibus ſunt intelligentiæ. Si ergo eſſe eſt ſupra ſenſum .i. ſupra corporalia & ſenſibilia, & ſupra animas & ſupra intelligẽtias, eſt ſupra oĩa creata, & eſt prima rerum creatarũ Quòd aũt eſſe ſit ſupra oĩa iſta, & prius iſtis patet, qa quodlibet iſtorũ addit ſupra ens & ſupra eſſe. Prius.n. intelligit̃ intelligentia ꝙ ſit ens, q̃ ꝙ ſit intelligentia, ſic etiam anima, & corpus prius intelliguntur eſſe entia q̃ eſſe entia talia. Ens ergo & eſſe eſt ſupra oĩa iſta, & eſt primũ inter creata. ❡ Deinde cũ dicit.

Et nõ eſt eſſe poſt cauſam primã latius nec prius cauſatum ipſo: Propter illud ergo factũ eſt ſup̱ius oĩbus rebus cauſatis & eſt vehemẽtius vnitum. E H

❡Adducit ſecundam rõnem dicens (& non eſt eſſe) .i. non eſt ipſo eſſe, (poſt cãm primam latius nec prius cauſatum ipſo: pp illud ergo) eſſe quod, eſt, ita latum, & ita primũ inter entia (factũ eſt) ſupple ipſum eſſe (ſuperius oĩbus rebus cauſatis, &) factum (eſt vehementius vnitum) .i. vehementius ſimplex oĩbus cauſatis. Poſſet autem ſic formari hæc rõ. Quicquid eſt latius oĩbus rebus cauſatis eſt prima reꝝ creatarũ. Eſſe eſt hmõi, ergo &c.
❡Dubitaret forte aliquis vnde ſequitur hęc conſequentia vʒ ꝙ eſſe ſit prima rerũ creatarum, quia eſt latius oĩbus alijs rebus creatis. Dicendũ ꝙ hoc aliter ſequitur ſm opinionẽ Platonicorum, & aliť ſm veritatem, Platonici.n. voluerunt ꝙ eſſet ordo Deorum ſm ordinem abſtractorũ, vt ſi eſſet homo ſeparatus, & aĩal ſeparatum, aĩal illud ſeparatum eſſet ſupra hoĩem, & haberet quicquid eſt de rõne hoĩs ſuper excellenter. Sed homo ſeparatus nõ comprehenderet totum aĩal ſeparatũ. Quanto ergo ſunt magis cõmunia in entibus, tãto illa abſtracta ſublimiora & priora exiſtunt. Et quia ſm Platonicos bonũ eſt cõmunius ente, ideo ſecũdum eos ſupmus Deus eſt ipſa bonitas abſtracta. Secũdum hoc itaq; Deus debet dici bonus & non debet dici ens, ſed ſuper ens, eo ꝙ ens ſit infra bonum. Nam non dr̃ ens niſi de eo quod eſt actu, ſicut non dr̃ ſanum, niſi quod hẽt ſanitatem in actu, ſed bonũ dicitur non ſolum de eo quod eſt, ſed etiam de eo quod põt eſſe. Nam bonũ eſt nõ ſolum eſſe ſanũ, ſed etiam poſſe ſanari: & bonum eſt non ſolũ habere eſſe, ſed etiam poſſe habere eſſe, & ideo (vt cõmuniter ponitur ſequendo Platonicoꝝ doctrinam) ſi materia prima eſſet ſeparata ab oĩ actu non eſſet, ens: quia non haberet actu eſſe, eſſet tñ bonum quia poſſet habere eſſe. Si ergo bonitas & eſſe eſſet ſeparata (vt ponebat Plato) bonitas eſſet ſuprema ſimplr̃, ſed eſſe non eſſet ſupremum ſimplr̃, nec eſſet cauſa oĩum, immo eſſet quid cauſatũ, quia licet illud eſſe eſſet ẽſſentialr̃, eſſet tñ bonum particulare & reciperet influentiam ab illo bono ſeparato. Et quia bonũ eſt latius ente: iõ eſſe prima rerũ ſimplr̃ dici non debet, ſed prima reꝝ creatarum. Ergo ſm Platonicos ex latione ipſius entis ſupra oẽ creatũ, argui põt ꝙ eſſe ſit prima reꝝ creatarũ. Auctor tñ iſte, & ſequentes veritatem non ponũt illas Ideas abſtractas Ponimus tñ ꝙ Deus ſit ipſum eſſe purum in quo reſeruatur oĩs ratio eſſendi, & oĩs perfectio. Eſſe vero creatũ, & participatum eſt quid latiſſimũ: quia ſe extendit, ad oĩa entia, & pp hanc latitudinem quã videmus in ipſo oẽs aliæ perfectiones ſe habent per additionem ad eſſe, ſed quicquid addit ſuper aliud pręſupponit illud, & eſt poſterius eo in rebus creatis. Et quia nihil eſt latius & vniuerſalius ente, nihil eſt prius eo, & conſequenter prima rerum creatarum eſt eſſe. ❡Deinde cum dicit.

Platõico rũ propõ de Ideis F

I

Auctor.

Et non eſt factum ita: niſi pp propinquitatem ſuam enti primo & vni vero, in quo non eſt multitudo aliquorum bonorum. G

¶ Adducit tertiam rõnem dicens ꝙ (&) eſſe (non eſt factum ita) ſupple ſupremũ & primum (niſi pp propinquitatem ſua enti primo, & vni vero) .i. pp propinquitatem quã habet ad ens verum ſiue ad eſſe purum, & ad illud verum vnũ (in quo non eſt multitudo aliquorum bonorũ) formetur ergo ſic ratio. Quicquid inter res creatas eſt propinquius enti primo & vero: illud eſt prima rerum creatarum; eſſe eſt huiusmodi, ergo &c.

¶ DVBITARET forte aliquis, q̃o eſſe ſit propinquius enti primo & vero. Dicendũ ꝙ eſſe eſt proprius effectus ipſius Dei, & oĩs res, vt eſt ens, & vt habet eſſe procedit ab ipſo Deo. pp quod Deus facit quamlibet rem immediate totam, quia quicquid eſt in re reducitur ad ens, vel ad eſſe, non tamen Deus facit quamlibet rem immediate totam & totaliter, quia ſi faceret quamlibet rem immediate totam, & immediate totaliter tunc ſecũdaria agentia non concurrerent ad alicuius effectus productiõnẽ: Sed vt non eſſent ſuper vacua opera ſapientiæ ſuæ, & vt ſecundæ cauſæ non eſſent ocioſæ & ſuperuacuæ cõmunicauit eis virtutem agendi. Ita ꝙ in qualibet re producta mediantibus alijs cauſis operatur Deus, & operantur aliæ cauſę: Sed cũ Deus ſit vniuerſalis cauſa ſm illum modũ effectus productus a Deo mediantibus alijs cauſis dicetur a Deo procedere in quo cõmunicant oẽs cauſę, & quia oĩum cauſarum eſt dare eſſe, Deus qui operatur in oĩbus cauſis dicetur potiſſime cã rerum, vt habent eſſe, & vt participant eſſe. Eſſe ergo illud repertũ in rebus ſm ꝙ entia dicuntur potiſſime effectus Dei, eſt ab ipſo Deo. Et ideo eſſe dicitur eſſe propinquius Deo, & dr̃ eſſe prima rerum creataꝝ. Imaginabimur itaq; ꝙ Deus (vt operatur mediantibus ſecundis cauſis) ſe hẽt vniformiter ad res, non tñ fit idem ſemper pp varietatem ſecundaꝝ cauſarum, & quia cauſata non differunt in accipiendo eſſe, ſed in accipiendo hoc eſſe. Vñ effectus producti mediãtibus alijs cauſis, potiſſime dicũtur eſſe a Deo, vt ſunt entia & vt hñt eſſe. Secundũ hoc ergo dr̃ propinquius Deo, & (vt dicebatur) eſt prima rerum creatarũ. De hac autem materia in quęſtionibus noſtris de primo principio, & de eſſe & eſſentia diffuſius diximus. ¶ Deinde cum dicit.

COMMENTI SECVNDA PARS PRINCIPALIS.

I E T eſſe creatum q̃uis ſit vnum, tamen plurificatur, quia ipſum recipit multitudinem, & ipſum quidẽ non eſt factũ multa niſi quia ipſum q̃uis ſit ſimplex, & non ſit ſimplicius eo in rebus creatis, tamen eſt compoſitum ex finito, & infinito.

¶ Pręmiſſa propõne de eſſe, & ea probata. In parte iſta (vt dicebatur) deſcendit ex his quæ dixerat ad oſtẽdendũ diuerſitatem in entibus & ſpecialr̃ in entibus primis cuiusmodi ſunt intelligentię primę. Circa quod duo facit quia primo oſtendit q̃o intelligentiæ ſunt plurificatæ, ſecundo aſſignat plures differentias inter eas, ibi. (Quod eſt quia) continuetur ergo ſic. eſſe creatum licet ſit ita vnitũ & ſimplex (vt dictũ eſt) plurificatur tamen in entibus, & plurificatur in intelligentijs pp varietatem recipientiũ, ideo ait ꝙ (& eſſe creatum quãuis ſit vnum) ſupple de ſe (tñ plurificatur quia ipſum recipit multitudinem) ſupple pp illa in quibus recipitur. Et addit (& ipſum quidem) ſupple eſſe creatũ (non eſt factum multa niſi quia ipſum quãuis ſit ſimplex, & non ſit ſimplicius eo in rebus creatis, tamen) huiusmodi: eſſe (eſt compoſitũ) .i. recipitur in rebus compoſitis (ex finito & infinito) formetur aũt ſic ratio. Quicquid recipitur in rebus cõpoſitis trahitur ad modũ compoſitorum, & q̃tuncunq; de ſe ſit vnũ põt plurificari pp ea in quibus recipitur. Eſſe eſt huiusmodi ergo. &c. ¶ Notandum aũt modum loquendi eſſe, ꝙ qñ aliquid eſt compoſitũ ex aliquibus dicimus ꝙ eſſe illius eſt cõpoſitum ex illis, vt dicimus ꝙ homo hẽt eſſe cõpoſitum ex aĩa & corpore. Hoc ergo modo loquitur Auctor cũ dicit, ꝙ eſſe intelligentiarum

Margin notes: H (beside "vacua opera ſapientiæ ſuæ"); Supra. A. (beside "quæ dixerat ad oſtẽdendũ"); Supra. E. (beside "plurificatæ, ſecundo aſſignat")

eſt compoſitum ex finito & infinito, quia intelligentię ſunt ſic compoſitę. ❡Notandum
etiam ꝙ multitudo entium procedit ab vno primo ente, ſicut multitudo numerorum pro- k
cedit ab vnitate. Sicut ergo nunq̃ fieret proceſſus ab vnitate ad numeros valde diſtantes
& valde compoſitos niſi eſſet poſſibilis proceſſus ab vnitate ad numeros medios, qui ſunt
minus compoſiti: ſic niſi eſſet poſſibilis plurificatio intelligentijs, non eſſet poſſibilis pro-
ceſſus ad multitudinem animarum, & ad multitudinem corpoꝝ, quę ſunt magis compo-
ſita, & quę ſunt remotiora a primo. Nõ tamen ſic eſt hoc intelligendũ ꝙ in talibus actua-
lis proceſſus de neceſſitate præſupponat proceſſum actualem, vt ꝙ Deus non potuiſſet fa
cere aĩas vel corpora niſi prius actu feciſſet intelligentias: ac ſi Deus indigeret intelligen-
tijs ad productionem corporum. Sed proceſſus poſſibilis diſtantiũ a primo arguit proceſ-
ſum poſſibilem propinquoꝝ primo, quia niſi eſſet proceſſus poſſibilis propinquorũ pri-
mo nunq̃ eſſet poſſibilis proceſſus remotoꝝ. Et quia hic intendimus qualr̃ poſſunt multi-
plicari entia, oportet ꝙ tota multiplicatio entium arguatur ex multiplicatione intelligen-
tiarũ, quæ ſunt propinquæ primo. Ideo Auctor loquendo de multiplicatione intelligẽtia-
rum vr̃ loqui de multiplicatione totius entis Immo vnam multiplicationem vr̃ reducere in
aliam. Nam cũ prius dixiſſet ꝙ ipſum eſſe non eſt factũ multum niſi pp compõnem finiti
& infiniti. Quod (vt patebit) ſolũ pertinet ad multiplicationem intelligentiarũ. Si enim
eſſe non multiplicatur niſi per multiplicationem finiti & infiniti, cum talis multiplicatio ſit
ſolum in intelligentijs vel in ſubſtantijs ſpũalibus. Ergo videtur eſſe de intentione Aucto
ris ꝙ multiplicatio totius entis ſit ex multiplicatione intelligentiarũ, ſiue ex multiplica-
tione ſubſtantiarum ſpiritualium. ❡ Notandum etiã ꝙ multi Phyloſophorũ in loquendo L
de proceſſu, & multiplicatione entium a primo dupplr̃ defecerunt. Primo quia crediderũt
ꝙ Deus non poſſet facere remota eſſe, neq; poſſet facere corpora, quę ſunt valde cõpoſita
niſi prius feciſſet ꝓpinqua ſibi, vel niſi prius feciſſet intelligentias quæ ſunt ſubſtantiæ ſim
plices. Secundo errauerunt credentes ꝙ mediantibus ſubſtantijs ſibi propinquis produ-
xiſſet ſubſtantias remotiores & compõres. Et quia Author ſm̃ ſuperficiem lr̃æ, & ſecũdum
ſuum modũ loquendi videtur has ſententias concludere, ideo loquitur de multiplicatione
intelligentiarum, ac ſi loqueretur de multiplicatione totius entis: qualiter tamen verita-
tem habeat, ꝙ ex multiplicatione intelligentiarum poſſumus arguere multplicationẽ to-
tius entis, expoſuimus & diximus: ꝙ licet in talibus actualis proceſſus non de neceſſitate
arguat actualem, poſſibilis tamen arguit poſſibilem.

❡DVBITARET forte aliquis quõ non multiplicatur eſſe, niſi per compõnem finiti M
cum infinito. Dicendũ ꝙ intelligentiæ ſunt cõpoſitæ ex finito & infinito .i. ſunt cõpoſitæ
ex forma & eſſe, ſiue ex natura & eſſe. Natura.n.in eis eſt infinita, eſſe vero finitũ. Nã tunc
aliquid dr̃ infinitum tale, qñ habet eſſe cõpletum quod pertinet ad rõnem talis, vt albedo
in materia non eſt, infinita albedo: quia nõ habet omne cõplementũ, & omnem perfectio-
nem albedinis: quia omne qđ recipitur in aliquo recipitur ſm̃ modum rei recipientis. Tã N
ta ergo perfectio albedinis eſt in materia, quãtam perfectionem ſm̃ ſuam capacitatem, &
ſecundũ ſuam diſpoſitionem potuit materia recipere. Et quia ſemp actus recipitur in po-
tentia, & nunq̃ potentia ſm̃ ſe æquatur actui ſecũdum ſe accepto: ideo naturalr̃ loquendo
impoſſibile eſt ꝙ actus receptus in materia recipiatur ſm̃ omne ſuũ complementũ. Et im
poſſibile eſt, ꝙ tantæ perfectionis ſit forma in materia, quãtę eſſet ſi eſſet ſeparata. Albedo
ergo in materia non eſt infinita albedo, quia nõ habet oẽm perfectionem albedinis: Sed ſi
eſſet albedo ſeparata (quia illa non cõtraheretur neq; particularetur per materiã recipien
tem) haberet oẽm perfectionem albedinis. Eſſet ergo infinita albedo. Sed non eſſet infini-
tum ens: quia licet haberet oẽm perfectionem albedinis: non tñ haberet oẽm perfectio-
nem entis. Immo eo ipſo ꝙ eſſet albedo eſſet determinata ad determinatã ſpeciem coloris,
& non reciperet eſſe in ſua totalitate, ſed tantũ reciperet de eſſe quantũ requireret talis co
loris ſpecies. Illa itaq; albedo (ſm̃ hũc modum loquendi) eſſet infinita forma, ſed haberet
finitum eſſe, & per conſequens, eſſet compoſita ex finito & infinito: Sed licet albedo non

ſit talis, intelligentiæ tamen ſunt tales quia ſunt formæ per ſe exiſtentes non receptæ in materia. In eis ergo eſt forma infinita, ſiue natura infinita: quia natura in eis habet omne complementū, quod pertinet ad perfectionem ſuæ ſpeciei. Eſſe tamen earum eſt finitum: quia non recipitur in eis totū eſſe, ſed tantum de eſſe recipiunt, quantum poteſt capere illius ſpeciei natura, ex quo apparet ꝙ eſſe infinitā formam, non eſt eſſe infinitum ſimpliciter. Sunt ergo intelligentiæ hoc modo compoſitę ex finito & infinito: quia ſunt compoſitę ex natura & eſſe.

O ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis qūo ex tali cōpoſitione ſequatur multiplicatio intelligentiarum, & per conſequens multiplicatio totius entis. Dicendum ꝙ, quia eſſe intelligentijs eſt finitum, limitatū & particulatum. Et quia nulla intelligentia habet in ſe totū eſſe. Ex hoc ipſum eſſe quantū eſt de ſe eſt ſimplex & vnum, ſm tamen particulares modos, non aūt ſecundum totalem modum recipitur in intelligentijs. Ideo plurificatur in ipſis, quia (ſm hunc modum) vt puta ſecūdum modum perfectiorem recipitur in hac intelligentia ſuperiori, ſm modum minus perfectum in inferiori: Et adhuc ſecundum modum minus perfectum in magis inferiori. Et ſic gradatim procedendo ab vno ente primo multiplicatur eſſe in intelligentijs, & ſic facta eſt multitudo intelligentiarum Et ſi eſt poſſibilis multitudo intelligentiarū & ſi eſſe in eis poteſt multiplicari, quæ ſunt ita ſimplices & ita perfectæ, multo magis multiplicari poterit huiuſmodi eſſe in alijs entibus magis compoſitis & minus perfectis quia magis participatur & magis contractę recipitur in ipſis. Ergo pp multiplicationem ipſius eſſe quā videmus in intelligentijs,& propter cōpoſitionem exiſtentem in eis ex finito & infinito, arguimus multiplicationem totius entis.

P ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, quia videtur ex hoc peti quod eſt in principio. Nam ſi eſſe plurificatur, quia recipitur in alia & alia natura intelligentiarū: cum intelligentiæ non ſint plures, niſi quia habent aliud & aliud eſſe, ergo non plurificatur eſſe,niſi quia plurificatur eſſe. Arguimus ergo idem per idem. Dicendū ꝙ res per naturam ſuā & per eſſentiam determinatur ad certū genus & ad certā ſpeciem: neqꝫ ſunt duæ ſpecies æque perfectę in genere. Immo ſemper vna habet rōnem priuationis reſpectu alterius,& eſt imperfectior ea, & ideo formæ ſunt ſicut numeri, Nam ſicut nō ſunt duo numeri formaliter differentes ęque diſtantes ab vnitate, vel habentes ęquales vnitates: Sic non ſunt duæ formę determinatæ ad certum genus, & ad certam ſpeciem, & ad talem modum perfectio-

Q nis quę de ſui natura non determinentur vt recipiant eſſe alio & alio modo: Et quia alius modus perfectionis eſt in vna ſpecie & alius in alia, ideo ex forma & eſſe facta eſt prima multiplicitas entium, ex forma quidem requirente talem modū perfectionis, & ex eſſe recepto in forma ſecundū illum modū. Prima ergo cauſa habens apud ſe Ideas & formas omniū entium, quia in eo ſunt actu omnes formæ quæ ſunt in potentia in materia prima

Cō. 18. in fine. (vt dicit Cōmentator in duodecimo Methaphyſicæ: Immo quia in ipſo ſunt Ideæ omnium formarū) tam materialium ꝙ immaterialium, communicat illis formis eſſe ſecūdum

R exigentia ſuæ naturæ vel ſpeciei, quia hęc forma, vel ſuppoſitum huius formæ ſecūdum alium modū perficitur per eſſe, ꝙ alia forma vel ꝙ aliud ſuppoſitum: Ideo factum eſt hoc ens aliud ab illo, & multiplicatū eſt eſſe in entibus. Ex compoſitione igitur eſſe & naturæ (quę compoſitio in intelligentijs eſt ex finito & infinito) facta eſt multiplicatio entiū, vtrum autem præter multiplicationem ex eſſe & natura ſecūdum ſe ſit multiplicatio ex forma & materia, vel ſit multiplicatio ex eſſe & forma, non ſecundū ſe, ſed ex eſſe & forma vt recipitur in materia. Et vtrum prima multiplicatio faciat ſolam diuerſitatem ſpeciei, ſecunda vero diſtinctionem faciat numeralem: quid de his tenendum ſit, præſens ſpeculatio non admittit: quia hoc eſſet vlterius procedere quam requirat ſuſceptum opus. ¶ Ad formam autem arguendi dicendum, quòd non multiplicarentur intelligentiæ, niſi in eis multiplicaretur eſſe, Principalis tamen ratio multiplicationis earum eſt ex natura, & non ex eſſe.

COMMENTI Tertia Pars Principalis.

QVod eſt, quia cauſa quæ ex eo ſequitur cām primā eſt intelligentia quæ eſt cõpleta in vltima potentia & reliquis bonitatibus.

¶ Poſtquā Author oſtendit qūo poſſunt plurificari Intelligentię, in parte iſta aſſignat differentias inter eas. ¶ Ad cuius euidentiam ſciendū ꝙ intelligentiæ non plurificantur niſi prout eſſe ſecūdum aliū & alium perfectiorem modū recipitur in ipſis. Oportet ergo intelligentias aliquas eſſe ſuperiores vt illæ quæ perfectiori modo recipiunt eſſe: illæ vero quę modo minus perfecto ſint inferiores. Hoc ergo modo Author aſſignat diſtinctionem & differentiam inter intelligentias, quia oſtendit qūo intelligentiæ ſuperiores differūt ab inferioribus. Eſt autem huiuſmodi diſtinctio & differentia quantū ad perfectionem & bonitatem, & quantum ad ſpecies intelligibiles quæ ſunt in eis, & quantū ad influendi modum. Quātum ad perfectionem quidē & bonitatem, quia intelligentiæ ſuperiores ſunt cōpletiores perfectione & bonitate q̃ inferiores: quātum vero ad ſpecies intelligibiles differunt hæ & illę, quia ſpecies intelligibiles in intelligentijs ſuperioribus ſunt efficaciores & vehementiores q̃ in inferioribus. Rurſus quantum ad influendi modum differunt hæ ab illis, quia intelligentiæ ſuperiores influunt in inferiores bonitates quas recipiunt a cauſa prima, non autem econuerſo. Tria ergo facit Author, quia primo dicit qūo intelligentiæ ſuperiores differunt ab inferioribus quantum ad perfectionē & bonitatem: Secundo quomodo differunt quātum ad ſpecies intelligibiles Tertio qūo differunt quantum ad influendi modum Secunda ibi (& formæ intelligibiles) Tertia ibi. (Et intelligentiæ primæ influunt) Continuetur, autem ſic: dictum eſt ꝙ eſſe in intelligentijs plurificatur propter cōpoſitionem repertā in eis ex finito & infinito (quod eſt) .i. pp quod eſt (quia cauſa quæ ex eo ſequitur cauſam primam) .i. quę immediatius ſe habet ad cauſam primam (eſt intelligentia quę eſt completa in vltima potentia & reliquis bonitatibus,) quaſi dicat ꝙ intelligentia quæ ſequitur immediatius cauſam primā eſt completa in vltima potentia, ideſt habet completius vniuerſalitatē potentię & virtutum, & aliarum bonitatum q̃ intelligentię alię inferiores. ¶ Notandum autem modum loquendi huius Authoris eſſe: ꝙ quando poſt pręcedentia ſubdit. Quod eſt quia &c. Aliquando hoc ſubdit tanquam explanatiuum & probatiuū ſuperioris: aliquādo vero tanquam concluſum & illatum a ſuperioribus, ideo (vt dicebatur) ſic debet hæc pars continuari ad pręcedentia, vt dicatur. dictū eſt illas intelligentias, quæ ſunt propinquiores cauſæ primę, & plus recipiunt de eſſe, & eſſe perfectiores, & eſſe magis multiplicatas in potentia & virtute, & reliquis bonitatibus, quàm intelligentias alias. ¶ Notandum etiam ꝙ quęlibet intelligentia habet rōnem cauſæ, illa ergo quæ ſic eſt cauſa, ꝙ habet eſſe ex eo quòd propinquius ſequitur cauſam primam, eſt intelligentia completior in potentia & bonitate.

Alia lřa hēt, qđ ē qa eē, qđ ex eo .i. īmediate ſeqı̄ cām primam.

¶ Dubitaret forte aliquis quia nō videtur ꝙ vna intelligentia poſſit magis eſſe vltimata in potentia aut in bonitate q̃ alia. Nam cum quælibet illarū ſit compoſita ex infinito & finito .i. ex natura & eſſe: natura vnius intelligentiæ non erit altior aut perfectior q̃ alia, quia quęlibet habet naturam infininitam, & infinitum non eſt maius infinito. Rurſus nulla natura habet perfectius eſſe quàm alia, quia cum quælibet habeat eſſe ſecundum illum gradum perfectionis, quem requirit natura ſua, ex quo vna natura in eis non eſt perfectior alia, quia quælibet eſt infinita, neque eſſe vnius erit perfectius eſſe alterius.

¶ Dicendum quòd (vt dicebatur) eſſe infinitā formam non eſt eſſe infinitū ſimpliciter, ſed eſt habere illam formā ſm omnem modū perfectionis eius. Vnde ſi colores eſſent ſeparati, quælibet eorū eſſet infinitus ſm ſuam ſpeciem, vt albedo ſeparata eſſet albedo infinita quia haberet omne cōplemētū albedinis, & rubedo ſeparata eſſet infinita rubedo, quia

Supra.N.

haberet omne complementum ſm illam ſpeciem. Cum tali aũt modo infinitatis bene ſtat
X maior & minor gradus perfectionis, quia albedo ſeparata perfectior eſt q̄ rubedo. Nã habere omne complementũ albedinis eſt quid perfectius q̄ habere omne complementũ rubedinis. Et ſicut videmus ꝙ coloris ſpecies gradatim ſe excedunt. Itaq; ſi colores eſſent ſeparati, vnus eſſet perfectior alio: Sic ſm intentionem phyloſophoꝝ intelligentię gradatim ſe excedunt, ſic ꝙ vna eſt perfectior alia. Ad hanc intentionem etiã videtur oĩo ire
Dionyſi' mens Dionyſij, tertio de Angelica hierarchia. Quęlibet ergo intelligentia eſt infinita forma: quia quęlibet habet omne complementũ ſm rõnem ſuæ ſpeciei. Verũ tamen quia illę formę ſunt ordinatæ ſm altiorem & inferiorem gradũ, erit natura vnius intelligentiæ perfectior alia, non obſtante tali infinitate, & quia natura vnius eſt perfectior q̄ natura alterius, erit & eſſe vnius perfectius q̄ eſſe alterius: & intelligentiæ habentes perfectiorem naturã & perfectius eſſe ſunt propinquiores primo, & magis ſunt completæ & vltimatæ in potentia, & bonitatibus reliquis.

Y ❡ Vlterius forte dubitaret aliquis, Vnde veniat ille modus loquendi, & quõ ſit rõnabile, ꝙ intelligentię dicantur infinitę formę, & finita entia, vel ꝙ dicãtur habere infinitã naturam & finitum eſſe. Dicendum ꝙ rei creatę põt competere duplex finitas, ſiue duplex limitatio. Vna ex parte formę, & ſi ſit illa res materialis põt ei cõpetere alia limitatio, & alia contractio ex parte materiæ. Ex forma quidem habet res creata ꝙ ſit finitum ens, ſed ſi ſit materialis habet etiã ex materia ꝙ habeat finitam formã vt (ſicut dicebatur) ſi colores eſſent abſtracti, albedo ex ſua ſpecie haberet ꝙ eſſet finitum ens, ſed ex eo ꝙ recipitur in materia habet albedo ꝙ ſit finita forma. Sed quãtuncunq; albedo eſſet abſtracta, eo ipſo tamen ꝙ albedo eſt, & eo ipſo ꝙ eſt talis forma, habet ꝙ ſit indeterminato prędicamento. & ꝙ ſit indeterminato genere entis. Quicquid aũt determinatur ad certum genus entis: eo ꝙ clauditur in illo genere entis, & vltra ipſum non extenditur, eſt determinatũ, & limitatum ens: & quia res per formã & quantitatem ſiue materiã ſuam collocantur in genere, benedictũ eſt, ꝙ res cauſata per ſuam formã habet ꝙ ſit determinatum ens. Vt albedo ex ſe ipſa limitari non põt: Immo ſm ſe albedo habet omnem modũ albedinis, & compe
Z tit ei oĩs perfectio ſiue ratio albi. Si aũt ſic non eſt, hoc erit ratione materiæ in qua recipitur: quæ non põt recipere albedinem in ſuo pelago neq; in ſua plenitudine: Sicut ergo eſſe non limitatur de ſe ad aliquem modũ eſſendi, neq; ad aliquod genus entis: Sed ſi cõtrahitur & limitatur hoc eſt ratione materiæ in qua recipitur ipſum eſſe. Eſſe aũt receptum & participatum eſt determinatum ad certum modũ entis. Sic albedo ſi eſſet ſeparata eſſet infinita albedo, & quęlibet forma ſeparata (ſm hunc ordinem quem videmus) de ſe non determinatur ad ſpecialem modũ illius formę: Sed ſi determinatur & contrahitur hoc eſt ratione materiæ in qua recipitur. Sic ergo Deus quia non eſt eſſe receptũ in alio, ideo eſt infinitum eſſe: Sic & intelligentiæ quia ſunt formę per ſe exiſtentes, ſunt quodãmodo infinitę formæ: q̃a tñ determinantur ad certũ genus entis, ſunt finita entia, & hñt finitũ eſſe.

❡ Vlterius forte dubitaret aliquis, quia videtur ꝙ intelligentiæ etiam ſint finitæ formæ,
& quia ſicut determinantur ad certũ genus entis: ita determinantur ad certã ſpeciem: Sed ſpẽs idem eſt ꝙ forma. Quæ ergo ſunt in determinata ſpecie, ſunt limitatę formæ. Dicendum ꝙ Deus non dr̃ infinitum eſſe; quia ſe extendat vltra eſſe, ita ꝙ cõpetat ei nõ eſſe: ſed ideo dr̃ infinitum eſſe: quia non cõtrahitur ad aliquod genus entis, ſed cõpetit ei omne eſſe, & oĩs perfectio: Sic albedo ſi eſſet ſeparata non diceretur infinita albedo, eo ꝙ ſe extenderet extra albedinem, & extra formam ſuã: Sed diceretur infinitũ tale, quia cõpeteret ei oĩs ratio talis. Sic ergo loquendo de infinitate, bene ſtat infinitas. cũ determinata ſpecie, vel cum determinato genere. Non obſtante ergo ꝙ intelligentiæ ſint indeterminato genere, & in determinata ſpecie, ſunt infinitæ formæ, vt hic de infinito loquimur.

❡ Deinde cum dicit.

Et formæ intelligibiles in ipſo ſunt latiores & vehementiores.

Oſtendit

Oſtendit q̃o intelligentiæ ſuperiores diſtinguuntur ab inferioribus quãtum ad formas intelligibiles. Circa quod tria facit, quia primo dicit quales formas intelligibiles hãt intelligentiæ ſuperiores, ſecundo oſtendit quales ſunt iſtæ intelligentię inferiores quantum ad bonitatem, & quantum ad formas intelligibiles, Tertio, Quædã quę dixerat de ſubſtantijs intellectualibus declarat per ſimile quod videmus in his ſenſibilibus, ſecunda ibi (& quod eſt ex eo) tertia ibi, (Et eſſe quidem creatum.) Dicit ergo (& formę intelligibiles in eo) ſupple eſſe ſuperiori, ſiue in ipſis intelligentijs ſuperioribus (ſunt latiores, & vehemẽtiores) ſupple q̃ ſint in intelligentijs inferioribus.

Dubitaret forte aliquis q̃o ſpẽs intelligibiles in intelligentia ſuperiori ſint vniuerſaliores q̃ in intelligentia inferiori. Dicendum ꝙ intelligentiæ ſuperiores perſpicaciores ſunt q̃ inferiores, quia plus habent de actualitate, & minus de potentialitate, ſicut videmus ꝙ homo perſpicax, & ſubtilis plus intelligit in vno verbo q̃ groſſus vnus in multis verbis, & ꝙ ſunt verba in voce, ſunt ſpẽs, & conceptus in intellectu, ita ꝙ homo ſubtilis plura intelliget in vno principio, & in vno conceptu, q̃ groſſus in multis, Intelligentię ergo perſpicaciores, & ſuperiores non indigent tot ſpeciebus quot indigent inferiores: & quia non pauciora, immo plura cognoſcunt intelligentiæ ſuperiores q̃ inferiores, oportet illas ſpẽs eſſe vniuerſaliores, & latiores, & plurium repreſentatiuas, & oportet eas eſſe vehemẽtiores, quia vehementiorem. i. maiorem, & clariorem cognitionem faciunt. Vnde Dionyſius hoc idem ſentiens in. 15. cap. Angelicæ hierarchiæ loquens metaphorice, & ſimilitudinarie dicit, ꝙ angeli habent dentes. i. habent virtutem diuiſiuam, nam angeli ſuperiores, quæ intelligunt vno conceptu oſtendunt inferioribus in multis conceptibus. Iſta ergo virtus per quam poſſunt diuiſim oſtendere tales conceptus, vocatur Deus angelicus. AA Dionyſi.

Vlterius autem dato ꝙ ſpẽs intelligibiles ſuperiorum intelligentiarum ſint vniuerſaliores: dubitaret forte aliquis q̃o ſint vehementiores, vel vehementius vniuerſales. Dicendũ ꝙ ſpecies iſtæ ſunt vehementiores. i. efficaciores: vnus. n. homo ſubtilis non ſolum plura intelligit in vno verbo, q̃ vnus groſſus in multis: ſed ẽt illa plura intelligit clarius, & lucidius: ita ſpẽs ſuperiorum intelligentiarum non ſolum ſunt vniuerſaliores, quia ſunt plurium repreſentatiuæ, ſed ẽt ſunt vehementiores. i. efficaciores in repreſentando, quia iſtæ intelligentię per ſpẽs vniuerſales vehementius. i. efficacius, & perſpicacius cognoſcunt q̃ inferiores per minus vniuerſales. Sunt ergo illæ ſpẽs vehementius vniuerſales. i. efficacius, & perſpicacius ſe hãt in repręſentando plura quàm inferiores in repræſentando pauciora. BB

Deinde cum dicit.

ET quod eſt ex eo quod eſt inferius, eſt intelligentia. Veruntamen intelligentia eſt ſub illo incomplemento, & virtute, & bonitatibus: Et in ea nõ ſunt formæ intelligibiles, ita dilatatæ ſicut eſt latitudo earũ in intelligẽtia illa. Cc

Alia lrã habet (& quod eſt ex eo. i. imediate iferius.)

Oſtendit quales ſunt intelligentię inferiores dicens (& quod eſt ex eo). i. ex ordine intelligentiarum (quod eſt inferius eſt intelligentia) ſupple inferior (verũtamen intelligentia) inferior (eſt ſub illo). i. ſub ordine intelligentiarũ ſuperiorũ (in complemento, & virtute, & bonitatibus) in oĩbus. n. his eſt intelligentia inferior ſub ordine ſuperiorum, quia non hẽt tm̃ de complemento, nec de virtutibus neq; de bonitatibus quantũ ſuperiores, & ſubdit (& in ea). i. intelligentia inferiori (non ſunt formę intelligibiles ita dilatatę). i. ita vniuerſales (ſicut eſt latitudo). i. vniuerſalitas) earum). i. ſpecierum intelligibilium (in intelligentia illa). ſ. ſuperiori. Deinde cũm dicit.

ET eſſe quidem creatum primum eſt in intelligentia totum, verũtñ intelligentia in ipſo eſt diuerſa ſecundũ modum quem diximus, & quia diuerſificatur intelligentia, fit illic forma intelligibilis diuerſa.

¶Quędam quæ dixerat de diſtinctione circa ſubſtantias intellectuales declarat per diſtinctionem quam videmus circa ſubſtantias ſenſibiles. Circa quod duo facit, quia primo repetit qũo ſubſtantię intellectuales hñt eſſe diſtinctum. Secundo oſtendit ſimile eſſe quodã modo de diſtinctione quã videmus in ſubſtantijs ſenſibilibus ibi (& ſicut ex forma) Dicit ergo (& eſſe quidem creatum primum eſt in intelligentia totum. Veruntamen intelligentia in ipſo) eſſe (eſt diuerſa ſm modum quem diximus. Et quia) in ipſo eſſe (diuerſificatur intelligentia fit illic forma intelligibilis diuerſa.) ¶Notandum autem ꝙ licet ipſum eſſe de ſe ſit ſimplex, tñ quia diuerſificatur, diuiditur, & partitur in ipſa intelligentia. Et quia hæc intelligentia recipit eſſe ſm hunc modum, & alia ſm alium modum, ideo diuerſificantur intelligentię, & ſunt diuerſæ formæ, & ſunt diuerſæ ſubſtantiæ intelligibiles.

DD ¶Notandum etiam ꝙ intelligentiæ ſunt diuerſæ formæ, & diuerſę naturæ intellectuales adinuicem: & etiam hñt in ſe diuerſas formas intelligibiles. i. diuerſas ſpecies intelligibiles. Hoc ergo quod dictum eſt de diſtinctione intelligentiarum veritatem hẽt, & de diuerſitate ſubſtantiarum ipſarum, & ẽt de diuerſitate ſpecierũ intelligibilium earum. Si ergo volumus hoc referre ad diuerſitatem ſubſtantiarum exponatur (vt expoſitum eſt) videlicet ꝙ quis eſſe de ſe ſit vnum, tñ quia diuerſo modo recipitur in intelligentijs, ideo ſunt diuerſæ formæ. i. diuerſæ naturę, ſiue diuerſæ ſubſtantię intellectuales, vel diuerſę intelligentiæ, & ſecundum hoc erit illud dictum repetitio antecedentis, quia hoc etiam ſuperius tangebatur. Sed ſi volumus hoc referre ad diſtinctionem intelligibilium ſpecierum, tunc erit ſenſus. Quia eſſe diuerſificatur in intelligentia. i. quia ſunt diuerſæ intelligentię, ideo ſunt in eis diuerſæ formæ. i. diuerſæ ſpecies intelligibiles.

EE ¶Dubitaret forte aliquis qũo eſſe creatum primum eſt in intelligentia totum. Dicendũ ꝙ intelligentiæ, & aĩę, & corpora recipiunt eſſe ab ipſo primo, quod eſt ipſum eſſe: Et licet in oĩbus recipiatur eſſe creatum à primo ente: Veruntamen hmõi eſſe creatum primum. i. prius intelligitur recipi in intelligentia tanq̃ in propinquiori ipſi primo, & poſtea in alijs tanquam in remotioribus ab eo. Eſt etiam aduertendum, ꝙ hmõi eſſe creatum influxum à primo, quantum eſt de ſe totum ſe offert cuilibet enti. Nulla tñ res creata recipit totũ eſſe creatum, ſed quęlibet recipit de illo eſſe ſm modum capacitatis naturę ſuæ. Ergo huiuſmodi eſſe creatum in intelligentia recipitur prius q̃ in alijs. Et etiã hmõi eſſe quantum eſt de ſe recipitur in intelligentia totum, attamen intelligentia non poteſt totum illud eſſe capere, ſed diuerſificatur in eo, & capit ex eo partem ſecundum capacitatẽ ſuę naturæ.

¶Vlterius autem quãuis intelligentia non poſſit recipere totum eſſe increatũ, quia Deus qui eſt huiuſmodi eſſe eſt vbiq; totus: & nulla res ipſum Deum capit.

FF ¶Dubitaret forte aliquis quare eſſe totum creatum intelligentia non põt recipere. Dicẽdum ꝙ in eſſe creato inuenimus varios modos eſſendi, propter quos ipſa creata determinantur ad diuerſa prædicamenta, & ad diuerſa genera entis. Et quia quodlibet creatum determinatur ad aliquod genus entis, cuilibet creato competit ſpecialis modus eſſendi, & nulli creato põt cõicari oĩs modus eſſendi, etiam loquendo de modis eſſendi per quos ea ipſa creata determinantur ad diuerſa prædicamenta, & ad diuerſa gñа entis, quæ videmus in creaturis. Deus ergo quantum eſt ex ſe, offert ſe totum cuilibet rei, ita ꝙ paratus eſt cõicare cuilibet totum eſſe, & oẽm modum eſſendi. Sed nihil põt totum eſſe creatũ recipere, quia nihil creatum vnum, & idem põt in ſe cõprehendere oẽm modum eſſendi, quẽ videmus in creaturis. Propter qđ producta à primo diuerſificanť in tali eſſe. Et quęlibet res ꝓducta à primo accipit ſpẽalẽ modũ eẽndi ab eo ꝓut requirit natura ſua. ¶Deinde cũ dicit.

GG ET ſicut ex forma vna propterea ꝙ diuerſificatur in mundo inferiori, proueniunt infinita indiuidua multitudine: ſic ex eſſe creato primo, propterea ꝙ diuerſificatur apparent formæ intelligibiles infinitę.

¶Quod dixerat manifeſtat per ſimile in ſubſtantijs ſenſibilibus. Circa quod duo facit

quia primo dat ſimilitudinem inter ſubſtantias intellectuales. Secundo ne credatur per oẽm modum eſſe ſimile, dat differentiam inter eas ibi (veruntamen quanuis.)

¶Ad euidentiam primę partis ſciendum ꝙ (vt dicebatur) lr̃a pręcedens poterat referri, vel ad diſtinctionem ſubſtantiarum, & naturarum intelligentiarum, vel ad diſtinctionẽ ſpecierum intelligibilium. Ideo hoc ſimile poterit ad vtrunq; adaptari. Continuetur ergo ſic. Benedictum eſt ꝙ quanuis ſit vnum eſſe de ſe, tñ quia diuerſificatur in intelligentijs factę ſunt diuerſę formæ i. diuerſę naturę intellectuales, vel benedictum eſt ꝙ quãuis ſpẽs intelligibilis per quam intelligatur lapis, vel quęcunq; alia res; quantum eſt de ſe ſit vna, tñ quia intelligentiæ diuerſificãtur in eſſe, & ſunt diuerſæ intelligentię, ideo diuerſificãtur in eis formæ. i. diuerſæ ſpẽs intelligibiles. Ad quod concludendum adducit ſimile dicens, ꝙ (& ſicut ex forma vna) ſupple ſenſibili (propterea ꝙ diuerſificatur in mundo inferiori) & in hac materia generabilium, & corruptibilium (proueniunt infinita indiuidua, multitudine, ſic ex eſſe creato primo). i. à primo, vel (ex eſſe creato primo). i. ex eſſe intelligentiaꝝ in quibus primo creatur eſſe (propterea ꝙ diuerſificatur) tale eſſe (apparent formæ intelligibiles). i. ſpẽs intelligibiles (infinitæ). i. innumerabiles à nobis. ¶Notandum aũt ꝙ forma, & ſpecialr̃ forma ſpecifica de ſe eſt vna, tñ quia materia non recipit hmõi formam ſecundum oẽm ſuum modum eſſendi; ideo in diuerſis partibus materiæ poſſunt recipi diuerſæ formæ & fieri indiuidua multa, & quodãmodo infinita: ſic quia eſſe non ſm oẽm modum eſſendi recipitur in natura intelligentię ideo diuerſificatur in eis, & fiunt diuerſę formę. i. diuerſæ ſubſtantię ſimiles. Hoc idem ſimile poteſt adaptari ad intelligibiles ſpecies. Supra. dd HH

¶Notandum etiam ꝙ ſm quoſdam per dicta huius Authoris poteſt ſolui ratio Cõmentatoris ponentis vnitatem intellectus. Voluit. n. Commentator ꝙ vnius, & eiuſdem rei non plurificaretur ſpẽs, niſi propter materiam. Cum ergo plures hoĩes intelligunt lapidem, vel leonem, aut hoc eſt per vnam, & eandem ſpẽm intelligibilem, aut per aliam, & aliam Si per eandem ergo in pluribus hoĩbus eſt vnus intellectus, cum ſit in eis, vna ſpẽs intelligibilis: ſi per aliam, & aliam ergo ſpẽs intelligibilis eſt materialis, & intellectus eſt virtus materialis, quod eſt contra phyloſophum ſecundo, & tertio de aĩa, At patet per Authorem iſtum, ꝙ pñt plurificari ſpẽs intelligibiles propter diuerſitatem recipientium, dato ꝙ illa recipientia non ſint materialia, vt in diuerſis ſubſtantijs ſunt diuerſę ſpecies intelligibiles, ꝗuis ſubſtantiæ immateriales exiſtant. T. cõ. 21. T. cõ. 4 ſ. & 6.

¶Dubitaret forte aliquis qũo ex diuerſitate ipſius eſſe quam videmus in intelligentijs ſint infinitæ formę. Dicendum ꝙ ſi per formas intelligibiles volumus intelligere ſpẽs intelligibiles exiſtentes in mentibus intelligentiarum, hæ ſunt formæ infinitę. i. innumerabiles apud nos: quia non ſolum in oĩbus intelligentijs: ſed &t in vna intelligẽtia quot ſint ſpecies intelligibiles ſcire non poſſumus. Sed ſi per formas intelligibiles intelligere volumus ipſas intellectuales naturas, & ſubſtantias, ſiue ipſas intelligentias, Tũc videtur dubium eſſe qũo talia ſunt infinita, Nam licet ſm veritatem intelligentię ipſę ſint nobis infinitæ. i. innumerabiles, quia earũ numerum ſcire non poſſumus: tñ ſecundum opinionem phyloſophorum videntur eſſe numerabiles à nobis, cum ipſi eas tot poſuerint, quot ſunt cœli. Propter qđ ſciendum ꝙ dato, ꝙ vera eſſet quantum ad hoc phyloſophorum opinio, adhuc intelligẽtiæ eſſent à nobis innumerabiles, quia nõ perfectę cõprehenſum eſt quot ſunt ſphęræ cœleſtes, & quot ſunt motus Planetarũ, ſed ſufficit mathematicis ſaluare apparentiã: & forte illa apparentia poſſet aliter ſaluari ꝗ ipſi ſaluent. Vñ alpharabius in libro de ſphæra motus, viſus eſt aliter ſaluare apparentiã cœleſtiũ motuũ quàm mathematici ſaluẽt. Et phyloſophus in 12. metaphyſ. Vbi inquirit numerum ſphęrarum non fuit auſus ſm opinionem propriam aſſere certũ, & determinatũ numerũ ſupercœleſtium motuũ: ſed aſſignauit opinionẽ Odoſij & Calippi. Et prout poſuerunt ipſi numerũ motuum aſſignat ipſe numerũ ſphęrarum, & intelligentiarum, cuius argumenta dato ꝙ verum cõcluderent, & dato ꝙ vera eſſet opinio phoꝝ, vȝ ꝙ tot ſunt intelligentię quot ſunt cœleſtes ſphęrę, adhuc dicemus, ꝙ intelligentię ſunt nobis infinitę. i. innumerabiles, vt eſt per habita manifeſtum. ¶Deinde cum dicit. II KK T. cõ. 45. 46. & 47. LL

Veruntamen q̃uis diuerſificentur nõn ſeiũgũtur ab inuicem ſicut eſt ſeiunctio indiuiduorũ,qđ eſt q̃a ipſæ minuũtur abſq; corruptiõe, & ſeparant abſq; ſeiunctiõe: qm̃ ſunt vnũ hñs multitudinẽ,& multitudo in vnitate.

¶Dat ſimilitudinem inter multiplicationem formarum intelligibilium,& ſenſibilium,quia non ita particulantur,neq; ſunt ita hic,& nunc formę intelligibiles ſicut ſenſibiles. Ideo ait (veruntã quãuis diuerſificentur) ſupple intelligibiles formę(non ſeiunguntur abinuicem, ſicut eſt ſeiunctio indiuiduorum. Quod eſt quia ipſæ) ſupple intelligibiles formę (minuũtur abſq; corruptione,& ſeparantur abſq; ſeiunctione: quoniam ſunt vnum habens multitudinem,&) ſunt (multitudo in vnitate.)

¶Dubitaret forte aliquis qũo formę intelligibiles non ſeiunguntur ſicut indiuidua, & qũo minuuntur abſq; corruptione,& ſeparantur abſq; ſeiunctione,& qño ſunt vnũ in multitudine,& multitudo in vnitate. Dicendum q̃ per formas intelligibiles poſſumus intelligere ſpẽs ipſas intelligibiles: ſpẽs aũt intelligibiles non ſeiunguntur , ſiue non diuiduntur ſicut indiuidua,vel ſicut formæ ſenſibiles indiuiduarę, quia quęlibet ſpecies intelligibilis eſt vniuerſalis,quantum ad repreſentationem , Et ideo eſt vnum hñs multitudinem, quia vnaquęq; talis ſpẽs eſt repreſentatiua vniuerſalis,in quo comprehenditur multitudo:ſic & quælibet talis ſpecies eſt multitudo in vnitate:quoniam in vna ſpecie vniuerſalis multitudo quędam repreſentatur. Rurſus tales ſpecies intelligibiles minuuntur abſq; corruptione,quia lȝ in intelligentijs inferioribus ſint imminutæ,quia non ſunt ita vehementes , neq; ita vniuerſales ſicut in ſuperioribus,attamen talis diminutio competit ipſis ſpeciebus intelligibilibus abſq; corruptione. Rurſus hmõi formæ ſeparantur.i. ſeparatim,& diuiſim hñt eſſe in hac intelligentia,& in illa ſine ſeiunctione.i. ſine partitione : ſiue ſine partibilitate: quia omnes tales ſpecies intelligibiles ſunt quantum ad repreſentationẽ vniuerſales. Nulla enim eſt intelligentia,quæ intelligat per ſpẽs particulares,& indiuiduales:ſed quęlibet intelligit per ſpecies vniuerſales,lȝ vna intelligat per vniuerſaliores q̃ alia,ſed formę ſenſibiles non ſic: tales.n. vt ſunt in materia,& vt ſunt ſenſibiles non ſunt vnum habens multitudinem neq; multitudo in vnitate,quia ſic acceptę ſunt penitus particulares:tales etiam non minuuntur abſq; corruptione,nec ſeparantur abſq; ſeiunctione. Tunc.n. dñr tales formę minui qñ non conſtant ex tota materia ſua,vel tunc dñr tales formæ ſeiungi qñ in diuerſis partibus materię recipiuntur diuerſę tales formæ:ſed oẽ quod non conſtat ex tota materia ſua(ſm̃ phyloſophorum ſnĩam) eſt generabile,& corruptibile. Ergo tales formæ quando minuuntur.i.qñ non conſtant ex tota materia ſua,non fit hoc,ſine corruptione,& qñ ſeparantur.i. qñ in diuerſis partibus materię recipiuntur diuerſę tales formæ,non fit ſine ſeiũctione.i.ſine ſeparatione,ſiue ſine partibilitate,quia ſic receptæ habent omnino eſſe particulare,& hic,& nunc.

NN ¶Vlterius cum per formas intelligibiles(vt dictum eſt)poſſimus intelligere,non ſolũ ſpẽs intelligibiles,ſed etiam ipſas ſubſtantias,& naturas intelligentiarum. Dubitaret forte aliquis qũo hæc quæ dicta ſunt de talibus naturis,vel de talibus ſubſtãtijs verificari poſſunt. Dicendum q̃ illę formę,& illę naturæ cum ſint per ſe exiſtentes hñt omnem modũ eſſendi proprię ſpeciei. Veruntamen vna eſt perfectior altera,& plus participat de eſſe quàm altera,ſicut ſi colores eſſent ſeparati quilibet color haberet totũ modum eſſendi competentem proprię ſpeciei. Attamen color albus plus participaret de eſſe , & de perfectione quàm cæteri colores, ſed ſi tales eſſent colores non ſeiungerentur neq; particularentur, quo modo nunc particulatim,& ſeiunctim modos eſſendi habent, nulli enim colori competit totus modus eſſendi pertinens ad propriam ſpeciem. Rurſus poſita colorum abſtractione,vnus color eſſet diminutus ab alio,quia eſſet imperfectior alio , ſed talis diminutio eſſet ſine corruptione, quia quilibet color eſt incorruptibilis : ſic etiam inter colores eſſet ſeparatio abſque ſeiunctione,quia eſſet vnus color ſeparatus,& diſtinctus ab alio,

MM (margin, beside "do quędam repreſentatur")
Supra. v. x. (margin, beside "di proprię ſpeciei")
OO (margin, beside "quo modo nunc particulatim")

ſecundum

ſecundum ſpeciem,ſed non ſecundum numerum,quia in eadem ſpecie non eſſet colorum ſeiunctio. Sic.n.ordinauit Deus,ꝙ in rebus abſtractis ſit tantum vnum in vna ſpecie:tamē ſi aliter voluiſſet aliter ordinauiſſet:ſtultum eſt enim ſecundum noſtrum intellectum velle limitare diuinam potentiam.

¶Vlterius hoc poſito quilibet talis color eſſet vnitas in multitudine,& multitudo in vnitate,quia illi modi eſſendi,qui recipiuntur in varijs coloribus eiuſdem ſpeciei virtualiter, & per quandam excellentiam reſeruarentur in vno colore ſeparato : ita ꝙ quilibet color ſeparatus haberet perfectionem multorum colorum,immo omnium illorum ſm illam ſpeciem,& multæ immo omnes tales perfectiones continerentur in vno colore ſeparato. Et quę dicta ſunt de coloribus ſeparatis,credo ꝙ Deus ordinauit in ipſis intelligentijs,tamen ſi aliter voluiſſet aliter ordinaſſet. Patet ergo quomodo,quę dicta ſunt verificantur non ſolū de ſpeciebus intelligibilibus,ſed ēt de ipſis naturis intelligētiarū. ¶Deinde cū dicit.

ET intelligentiæ primæ influunt ſuper intelligentias ſecundas bonitates quas recipiunt à cauſa prima, & intendunt huiuſmodi influxum in eis vſquequo conſequitur vltimum earum. PP

¶Dat differentiam inter intelligentias infimas,& ſuperiores quantum ad modum influendi,quia iſtæ influunt in illas,& non econuerſo,ideo ait. (Et intelligentiæ primę influunt ſuper intelligentias ſecundas bonitates quas recipiunt à cauſa prima,& intendunt) & continuant (huiuſmodi influxum in eis) i. in intelligentijs ſecundis (vſquequo conſequitur vltimum earum) .i. vſquequo deuenitur ad vltimum intelligentiarum. Quaſi dicat ꝙ primæ intelligentię,influunt in ſecundas,ſecundę in tertias. Tertię in quartas,vel ſuperiores influunt in inferiores,& illæ inferiores in alias inferiores,& illę in alias: & ſic intenditur.i. protenditur,& continuatur talis influxus,donec deueniatur ad vltimam intelligentiam.

PROPOSITIO QVINTA.

INTELLIGENTIÆ ſuperiores primæ,quæ ſequuntur cauſam primam imprimunt ſecundas formas ſtantes, quæ non deſtruuntur, ita vt non ſit neceſſe iterare eas vice altera. Intelligentiæ autem ſecundæ imprimunt formas decliues ſeparabiles, ſicut eſt anima. A

¶Poſtquàm Auctor determinauit de diſtinctione intelligentiarum. In parte iſta(vt dicebatur)determinat de diſtinctione animarum. Circa quod duo facit,quia primo præmittit quandam propoſitionem circa diſtinctionem animarum. Secundo declarat eam ibi (ipſa nanq; eſt.) Dicit ergo ꝙ (intelligentiæ ſuperiores primæ,quæ ſequuntur cauſam primam imprimunt ſecundas formas ſtantes,quæ non deſtruuntur,ita vt non ſit neceſſe iterare eas vice altera. Intelligentiæ autem ſecundę imprimunt formas decliues ſeparabiles ſicut eſt anima,) Totum hoc pertinet ad propoſitionem: licet pars huius propoſitionis in quibuſdam libris poſita ſit,vel ſcripta ſit per modum commenti. ¶Notandum aūt ad intellectū huius propōnis duo eſſe gña aīarum,quia quædam ſunt aīæ cœleſtes,quædā vero ſunt aīę hoīum. Nam loquendo de aīabus intellectiuis,tm̄ inuenimus hęc duo gña aīarum, animas ſ.cœleſtes,& aīas nr̄as: Et ſm intentionem huius Auctoris aīæ cœlorū ſunt ex impreſſione primarum intelligentiarum,animæ vero noſtrę ex impreſſione aīarum cœleſtium. (In ꝓpoſitiōe.4.a.)

¶Notandū ēt ꝙ aīas cœlorum hic Auctor vocat intelligentias ſecundas,& ideo inducit ꝓpōnem in hunc modum ꝙ intelligentię primæ imprimunt formas ſecūdas ſtantes.i. im-

primunt intelligentias ſecundas,ſiue imprimunt aĩas cœlorum,quæ non deſtruuntur, neq; oportet eas iterare:quia ſ̃m eum ſunt inſeparabiles à ſuis corporibus. Intelligentiæ aũt ſecũdæ.i.aĩę cœlorum imprimunt formas decliues ſeparabiles,ſicut eſt aĩa ſupple noſtra.

B ¶ Notandum etiam ꝙ bene apparet hoc,ꝙ de intentione huius Auctoris non eſt,ꝙ ex aĩa cœli & cœlo fiat vnum ſ̃m eſſe, cùm tales animas appellet intelligentias ſecundas. Ergo ſecundum eum animæ cœlorum intelligentiæ ſunt:ſed quia tenent infimum gradum in genere intelligentiarum,ideo commiſſa eſt eis adminiſtratio corporum ſupremorum,quia (vt dicebatur) ad hoc ꝙ ſit vniuerſum ordinate connexum oportet inferiora intelligentiarum attingere ſuperiora corporum. Ergo intelligentię ſecundę (quia ſunt inferiores intelligentię) erunt connexæ cœlis,& vocabuntur cœlorum animę.

In ꝓpoſitione tertia. b

C ¶ Dubitaret forte aliquis vtrum animæ cœlorum ſint impreſſæ cœlis. Dicendum ꝙ ibi eſt anima cœli,vbi operatur,operatur autem in cœlo. Nam cum motus ſit per ſe in ipſo corpore,neq; puncta, neque lineæ,neque ſuperficies poſſunt per ſe moueri,Sed motus per ſe eſt ipſius corporis,cum anima cœleſtis ſecundum, ꝙ huiuſmodi habeat pro operatione ipſum motum oportet in ipſo corpore cœleſti eſſe animam mouentem cœlum. Et ideo dicta eſt impreſſa cœlo. Ex hoc autem apparere poteſt quare motores cœlorum,cœlorum Animę vocati ſunt. Nam (vt patet) cum corpora mouentur ab extrinſeco non dicuntur moueri ab anima,ſed cum mouentur à motore intrinſeco motus ille dicitur eſſe ab anima, Cum ergo motores cœlorum ſint in ipſis cœlis. Ideo dicuntur cœlorum animę. Subſtantia.n. intellectualis vbi immediate operatur ibi eſt,quia operatio eſt connexa virtuti,& virtus eſt connexa ſubſtantiæ: quare ſi motores orbium in ipſis cœlis operantur in eis ſunt, & quia ſunt motores intrinſeci vocati ſunt animę.

D ¶ Vlterius autem dubitaret aliquis Vtrum ſit ſimile de anima noſtra reſpectu corporis noſtri,& de anima cœli reſpectu cœli. Dicendum ꝙ non eſt ſimile quantum ad eſſe, quia non fit vnum ſecundum eſſe ex anima cœli,& cœlo: ſicut ex anima noſtra,& corpore nr̃o, tamen eſt quodammodo ſimile quantum ad motum:quia ſicut anima noſtra exiſtens intra corpus noſtrum mouet ipſum: ſic motor cœli appropriatus exiſtens intra cœlum mouet illud. Rurſus ſicut in corpore noſtro eſt quædam pars in qua magis viget motus:& in qua (quantum ad hunc effectum qui eſt mouere) magis dicitur eſſe anima.Cuiuſmodi pars eſt cor. Et ab hac parte.j. à corde deriuatur motus ad totum corpus: ſic eſt aliqua pars in cœlo vnde incipit motus,& ab illa parte deriuatur motus ad totum cœlum, & huiuſmodi pars eſt oriens: vbi principaliter eſt intelligentia mouens,& quia ſunt tot ſimilitudines inter motum factum ab anima noſtra,& inter motum factum à motore appropriato. Ideo dicti ſunt illi motores cœlorum animę.

E ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,dato ꝙ anima cœli, poſſit dici impreſſa cœlo prout eſt Motor eius:vtrum talis impreſſio dicat eſſe ab intelligentijs. Dicendum ꝙ in anima cœli eſt duo conſiderare.ſ.ſubſtantiam,& operationem quantum autem ad ſubſtantiam non dr̃ impreſſa cœlo ab intelligentia,quia quantum ad ſubſtantiam illius aĩæ intelligentia cauſalitatem non habet.nec ẽt (vt vr̃) eſt hoc de intentione huius Auctoris. Eſt.n.ſubſtãtia aĩæ per creationem à Deo non per impreſſionẽ ab intelligentia:qđ ſatis innuit auctor iſtæ cũ dixit. Poſtq̃ Deus creauit aĩam poſuit eam ſicut ſtramentum intelligentię:ſed ſi loquamur de aĩa cœli quantũ ad operationẽ ſic eſt deintentione Auctoris,ꝙ oĩo opationem quam hʒ in cœlo,habeat eã ex impreſſione intelligentię. Nam ſpẽs intelligibiles in aĩa cœli (ſ̃m hũc Auctorem) deriuatę ſunt ab intelligentijs. Cũ ergo aĩa cœli ꝑ intellm̃,& voluntatẽ moueat cœlum,& operationẽ intellectiuam hẽat ab intelligentia à qua recipit ſpẽs intelligibiles. Dicendum eſt ſ̃m hunc Auctorẽ,ꝙ intelligentia ſcđa facta eſt anima cœli,vel facta eſt motrix cœli ex impreſſione intelligẽtię primæ,à qua hʒ ꝙ intelligat,& ꝙ per intellm̃ moueat. Doctores tñ fidei nr̃æ nolunt ꝙ in intelligẽtias ſcđas.i.in intelligentias inferiores deriuent ſpẽs intelligibiles ab intelligẽtis primis.i.ab ĩtelligẽtijs ſuperioribus:bñ tñ volũt ꝙ intelligẽtiæ ſuꝑiores illuminẽt inferiores,& iuuẽt eas in opatione intelligibili. ¶ Deinde cũ dicit.

In ꝓpoſitione tertia. ꝶ.

F

COMMENTVM propoſitionis quintæ.

Ipſa nanq́ eſt ex impreſſione animæ ſecundæ, quæ ſequitur eſſe creatum inferius. e

¶Declarat propoſitionem propoſitam:continebat aūt propoſitio illa partes duas quarū vna prætendebat ad multiplicationē animarum cœleſtium:alia vero ad multiplicationem aīarum,quę ſunt hic inferius. Declarando ergo propoſitionem illam tria facit:quia primo oſtendit qūo multiplicantur hę aīę,& illę:ſecundo dat dr̄iam inter hmōi aīas:& tertio epilogat circa determinata ſecunda ibi. (Animæ igitur quæ ſequuntur) tertia ibi (iam igitur oſtenſum eſt) Circa primum duo facit,quia primo oſtendit qūo multiplicantur aīæ hic inferius:ſecundo oſtendit qūo multiplicantur cœlorum aīæ. ibi. (Et non multiplicātur aīę.) Dicit ergo (ipſa nanq́) anima nr̄a (eſt ex impreſſione aīæ ſecundæ).i. ex impreſſione aīæ cœli (quæ) aīa cœli (ſequitur eſſe creatum inferius.) ¶Notandum aūt ꝙ accipiēdo æternitatem (prout dicimus) ꝙ deus eſt ſupra æternitatem,& eſt cā æternitatis,eſſe æternum eſt eſſe creatum. Cum ergo aīa cœli ſequatur eſſe æternum ex parte inferiori,quia (vt dicebatur) creata eſt in Orizonte æternitatis inferius,quia vero non parificatur æternitati bene dictum eſt (ſecundum hunc modum loquendi) ꝙ intelligentia ſecunda,ſiue aīa cœli ſequit̄ eſſe creatum,quia ſequitur eſſe entis quod eſt eſſe creatum:& ſequitur ipſum inferius: quia participat ipſum inferiori modo,& non parificatur ei. In ppoſitione ſecūda.l.m.

¶Dubitaret forte aliquis vtrum aīa noſtra ſit ex impreſſione intelligentię ſecundę,ſiue ex impreſſione aīę cœli. Dicendum ꝙ in impreſſione aīę noſtrę eſt conſiderare ipſam aīam, quæ imprimitur,& ipſum corpus cui imprimitur. Non eſt aūt impreſſio aīæ noſtræ ex intelligentia ſecunda,ſiue ex anima cœli quo ad ſubſtantiam ſuam,quæ imprimitur:ſed bene eſt hmōi impreſſio quantum ad corpus,cui imprimitur. Nam ſupra corpus noſtrum, & ſup organizationem eius cauſalitatē hēt anima cœli,& quia non imprimitur anima nr̄a,niſi corpori diſpoſito,& organizato: ideo dr̄ impreſſio animæ noſtræ eſſe ab aīa cœli. Propter qd̄ patet,ꝙ aliter animæ cœlorum dicuntur impreſſę ſuis corporibus ab intelligentijs:& aliter animę nr̄ę ab aīa cœli. Nam impreſſio aīarum cœleſtium nō eſt ab intelligentijs: ita ꝙ intelligentiæ hēant cāſalitatem ſuper ſubſtantiā cœli:ſed ſi aliquo modo dici poterit,ꝙ aīę cœlorum ſint impreſſæ cœlis ab intelligentijs (ſequendo hunc Auctorem) hoc erit quantum ad operationem. Nam cū dicantur impreſſæ cœlis prout exiſtētes in cœlis cœlos mouēt, cum moueant eos per intellm̄,dār hoc hēre ab intelligentijs à quibus hn̄t,ꝙ intelligant. Et ſi dicatur ꝙ mouent cœlos per voluntatem:p; ꝙ velle præſupponit intelligere:per intellm̄ ergo (non prout eſt pure ſpeculatiuus,ſed vt eſt practicus) aīę cœlorū mouēt cœlos. Si ergo concederemus ſimplr̄ ꝙ aīæ cœlorū hr̄ent,ꝙ intelligerent ab intelligētijs,ſatis poſſemus concedere,ꝙ differēter ſunt impreſſę cœlis ab intelligētijs,non quia intelligentię haberent cauſalitatē ſup ſubām earū,neq; ſup ſubām cœlorū,ſ; pro tanto hoc verificaret̄,qa intelligētię cārent in aīabus illis opōnem intelligibilē,p quā mouēt cœlos,& mouēdo eos dn̄r īpreſſæ eis. Verū qa neq; hoc cōcedimus ꝙ.ſ.opōnem intelligibile hēant aīę cœlorū ab intelligētijs,ſ; cōcedamus ꝙ iuuan̄t in tali opatione ab eis. Ideo ſn̄ia nr̄a quantū ad impreſſionem aīarum cœleſtium non eſt ſimplr̄ eadem cū ſn̄ia huius Auctoris,et exponēdo ipm̄, vt expoſuimus per quem modū exponendi ipm̄ magis ad ṽitatē trahimus. ¶Deinde cū dicit. H I

ET non multiplicātur aīæ,niſi per modū intelligētiæ:qd̄ eſt,qa eſſe aīę hēt finē,ſed quod ex eo eſt inferius eſt infinitū.i.potens eſſe; & non eſſe. K

¶Poſtq̄ oſtendidit qūo multiplicant̄ aīę nr̄æ,quia multiplicant̄ ex impreſſione aīæ cœloꝝ eo mō quo expoſuimus. In parte iſta vult declarare qūo multiplicant̄ cœlorū aīę, ideo ait.

(& non multiplicantur animæ) ſupple cœlorum (niſi per modum) quo multiplicantur (intelligentiæ, quod eſt, quia eſſe animæ habet finem, ſed quod ex eo eſt inferius eſt infinitum.i. potens eſſe & non eſſe.) ℂNotandum aũt ꝙ illud additum (potens eſſe & nõ eſſe) non videtur de textu, ſed magis vr̃ gloſa alicuius, quæ forte pp imperitiam ſcriptorum ſcripta fuit pro textu: quod qũo verum ſit in quęſtionibus patebit. ℂNotandum

L etiam aliquos textus habere (eſſe animæ vnũ) quod ſatis bonã expoſitionem hẽt: quia eſſe animaꝶ cœli ſm ſe eſt vnum, ſicut eſſe intelligentiarum & huiuſmodi aĩæ habent eſſe compoſitũ ex finito & infinito, ſicut intelligentiæ, ideo multiplicantur iſtę ſicut illæ. ℂNotandum etiã ꝙ aĩæ cœlorum (cũ ſm hunc Auctorem ſint ex impreſſione intelligentię) ſunt valde propinquæ eis, immo huiuſmodi aĩę intelligentiæ quædam ſunt: ſed quia tenent infimũ gradum inter eas, & quia hñt adminiſtrare corpora, ideo vocatę ſunt animæ. Si igitur aĩæ cœlorum ſunt quędam intelligentię, planũ eſt ꝙ non multiplicantur, niſi ſicut multiplicantur intelligentiæ.

M ℂDubitaret forte aliquis, vtrũ animæ cœloꝶ compoſitæ ſint ex finito & infinito. Et videtur ꝙ non: dictum eſt.n. ꝙ aĩæ illæ ſunt impræſſæ cœlis. Habent ergo naturã finitam, quia ſunt receptę in corporibus, & hñt eſſe finitum, quia eſſe eoꝶ eſt receptum in natu-

In hac ꝑ pōne. ra, non ergo ſunt cõpoſitę ex finito & infinito. Dicendũ ꝙ (vt patet per iam dicta) aĩę illæ ſunt impræſſæ cœlis non quia fiat vnum ſm eſſe ex eis & cœlis: Sed quia ſunt motores intrinſeci cœloꝶ. Non ergo natura eaꝶ limitatur & contrahitur pp hoc ꝙ recipiuntur in corporibus cœleſtibus. Natura .n. eaꝶ in ſui plenitudine, & in oĩ perfectione ſuę ſpeciei habet eſſe. Sunt nãq; in illis aĩabus duo, eſſe, videlicet & natura. Sed eſſe eaꝶ non habet omnem rõnem entis, neq; oẽm perfectionem, neq; oẽm modum eſſendi. Vñ illud eſſe nõ manet in ſua plenitudine, ſed cõtrahitur & particulatur ſm capacitatem eius in qua recipitur. Sed natura illaꝶ aĩarum cum non ſit perfectio materiæ (vt dictũ eſt) manet in ſua plenitudine & in oĩ perfectione ſuę ſpeciei. Sunt ergo illę aĩę ſicut & intelligentiæ cõpoſitę ex finito & infinito, & ex eſſe & natura. Et vt intelligatur lr̃a ſciendum, ꝙ natura eſt infra eſſe. Immaginamur .n. ꝙ ſemper influentia vadat a ſuperiori ad inferius, vt ſi prima

N cauſa influit eſſe ipſi naturæ, eſt ibi tria conſiderare, vʒ naturã recipientem eſſe, primam cãm influentẽ eſſe, & eſſe influxum a primo in naturã. Natura ergo in tali ordine eſt quid infinitum, vel quid inferius, prima cã quid ſupmum, eſſe quid medium, & quia de cõpoſitione illaꝶ intelligentiarum & aĩarum eſt natura & eſſe, cum natura ſit quid inferius, & ſit quid infinitum, eſſe vero ſit quid ſuperius ea, & ſit quid finitũ, tam intelligentię q̃ aĩę cœlorum ſunt finitę ad ſuperius, quia hñt eſſe finitum & ſunt infinitæ ad inferius, quia habent naturam infinitam loquendo de infinito vt hic loquimur.

O ℂVlterius forte dubitaret aliquis vtrũ aĩę noſtræ ſint cõpoſitę ex finito & infinito. Dicendũ ꝙ aĩę noſtrę ſunt perfectio materiæ, & per eſſentiã vniũtur corporibus, ita ꝙ ex tali aĩa, & corpore fit vnum ſm eſſe, propter quod natura aĩarum nr̃arum non eſt infinita natura, eo modo quo eſt infinita natura intelligentiaꝶ & animarum orbiũ, ſed limitatur, & contrahitur & particulatur talis natura rõne corporis in quo recipitur: ita ꝙ (loquendo de infinito prout vſq; nunc loquuti ſumus) non ſunt animæ noſtrę cõpoſitæ ex finito & infinito, imo habent eſſe finitũ, quia illud eſſe eſt receptiuũ in materia, & habent naturã finitam: quia natura illa eſt recepta in materia. Tamen ſi volumus alr̃ loqui de infinito, ſaluabimus aĩas noſtras eſſe compoſitas ex finito & infinito. Dicemus quidẽ aĩas noſtras (quia non educũtur ſm ſubſtantiam de potentia materię) non eſſe ſic immerſas materiæ (vt ſunt aliæ corporales formę.) Et iõ animę noſtrę etiã ſeparatę a corporibus perpetuãtur in ſuo eſſe, quod nullis alijs formis cõpetit, ꝙ.ſ. abſq; ſua materia poſſint perſiſtere. Et ideo natura aĩarum noſtrarum licet habeat eſſe finitum participat tamen illud eſſe perpetuõ. Separatur .n. intellectus ab alijs ſicut perpetuũ a corruptibili (vt habetur in ſecun

T.cõ.21. do de aĩa) Anima ergo humana participat eſſe, infinito modo.ſ. durabilitate. Sic ergo loquendo de infinito natura aĩarum noſtrarũ eſt infinita duratione. Ergo aĩę noſtræ poſſunt

dici aliquo

dici aliquo modo compoſitæ ex finito & infinito, quem modum infinitatis etiam in intelligentijs & in animabus cœlorum inuenimus, quia etiam illę habent naturam infinitã duratione, & habent eſſe finitum ſecundum capacitatem naturę : Ipſi autem naturæ magis attribuitur infinitum : quia perpetuatio ipſius eſſe eſt ex natura.

¶ Vlterius aũt dubitaret aliquis, vtrũ omnia corpora ſint cõpoſita ex finito & infinito. Dicendũ ꝙ oĩ generabili & corruptibili, & etiã omni creato cõpetit ꝙ ſit cõpoſitũ ex actu & potentia, quia vel cõpoſitũ eſt ex eſſe & natura quoꝝ vnum ſe habet vt actus, reliquũ vero vt potentia,& ſic cõpoſita ſunt quę ſunt intellectualis naturæ : Sed corpora cõpoſita ſunt ex actu & potentia, quia cõponuntur ex forma & materia. Loquendo ergo de infinito (vt de eo ſupra loquuti ſumus) ſpecialr̃ corpora iſta inferiora non ſunt cõpoſita ex finito & infinito. Sed ſi volumus aliomodo accipere infinitum,vt dicamus infinitũ quod idẽ eſt ꝙ interminatum. Materia q̃tum eſt de ſe eſt infinita,oĩa ergo corpora ſic cõpoſita ſunt ex finito & infinito quia cõponuntur ex materia quæ de ſe eſt infinita & ex forma finiente materiam. Tribus ergo modis põt aliquid dici infinitum. Nã vno modo infinitũ idem eſt ꝙ non materiale, vel non in materia receptum, ſm quem modum natura intelligentiarũ & aĩarum orbiũ eſt infinita, quia non eſt in materia recepta. Secundo modo dr̃ infinitum duratione ſm quem modum aĩæ humanę ſunt infinitæ : quia nalr̃ ſuo eſſe priuari nõ poſſunt ; tertio modo dr̃ infinitum quaſi de ſe interminatũ,& (vt extendamus hoc nomen infiniti) dicemus ꝙ oĩs natura creata eſt in potentia : ad eſſe, & quãtum eſt de ſe non hẽt eſſe. Oĩs ergo talis natura põt eſſe : & non eſſe, non eſſe quidẽ de ſe, eſſe aũt per aliud. Neq; tamen ꝑp hoc oĩs talis natura eſt generabilis, & corruptibilis : quia quod bona cõpoſitione cõpoſitum eſt indiſſolubile eſt. Secũdum hoc ergo omne creatũ compoſitũ eſt ex finito & infinito : quia cõpoſitum eſt ex eſſe, quod eſt finitũ, & ex natura, quę eſt infinita .i. indeterminata : quia põt eſſe & non eſſe, ſm ꝙ dictum eſt.Intelligentię itaq; & aię cœlorum tribus modis erunt cõpoſitę ex finito & infinito : ſed aię noſtræ duobus modis, iſta vero corpora vno tantummodo. Natura quidem intelligentiarũ & aĩarum orbium eſt infinita quia non eſt in materia recepta, eſt infinita duratione, & eſt infinita.i.interminata, quia licet per primã cãm conſeruantem perpetuetur,tñ quãtum eſt de ſe põt non eſſe, Aĩa autem nr̃a natura, eſt infinita duratione, eſt etiã infinita quia interminata, vt dictũ eſt,corpora aũt habent formã in materia receptã & non perpetuantur in eſſe, natura tñ eorũ eſt indeterminata & põt eſſe & non eſſe. Et ex hoc patet. Intellectus lr̃ę, videlicet ꝙ id quod eſt inferius in aĩabus cœloꝝ.i.natura earum (quæ eſt inferius reſpectu eſſe) eſt infinita.i. eſt potens eſſe & non eſſe, quia (vt dictũ eſt) vno modo accipiendo infinitum idem eſt ꝙ quãtum eſt de ſe non terminatum per eſſe, ſed quãtum eſt de ſe eſt in potentia ad non eſſe, quod cuilibet naturę creatæ conuenit. ¶ Deinde cum dicit.

P

In hac.5. ꝑpõe.M. N.O.

Q

SECVNDA pars principalis Cõmenti.

ANimæ igitur quæ ſequuntur intelligentiam ſunt completæ & paucæ declinationis. R

¶ Dat differentiam inter aĩas cœleſtes & aĩas noſtras, & ſunt huiuſmodi tres differentię, quarum prima ſumitur quãtum ad perfectionem, quia aię cœleſtes ſunt perfectiores aĩabus noſtris. Secũda vero ſumitur quãtum ad modum influendi, quia aię cœleſtes influũt in aĩas noſtras, non aũt econuerſo. Tertia aũt differentia ſumitur quãtum ad rem influxã: quia motus, quem influit aĩa cœleſtis, eſt magis ſtabilis, & fixus q̃ ſit motus factus ab aĩa noſtra. Secunda differentia incipit ibi. (& aię ſuperiores.) Tertia ibi. (Et oĩs anima) Dicit ergo (aię igitur quę ſequuntur intelligentiã) cuiuſmodi ſunt aię noſtrę (Sunt cõpletę & paucę declinationis) ſub aĩabus ſuperioribus. q.d. ꝙ animæ nr̃ę habent incompletam

Alia lr̃a hẽt ſũtꝑfectæ &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cópletæ & paucæ declinatióis, & ſeparatióis & aíæ q̃ ſequūt ce ſferi' ſūt ícóplemē to & declinatióe ſub aíab' ſupiorib'

declinationem, vel habent paucā declinationem. Sed habent eam, ſub animabus ſuperioribus: quia hñt eam inferiori modo q̃ illę, vel; vt habent aliqui textus (aíæ ſunt incóplete & declinatiuę ſub aíabus ſuperioribus) ſunt.n.ſub illis completę & declinatiuæ: quia habent minus de complemento: & plus de declinatione. ¶Notādum aūt ꝙ ſi volumus poſſumus referre litterā nūc verba textus ad aías cœlorum, vt dicamus, ꝙ aíæ cœleſtes ſequuntur intelligentias, ſed aíę noſtrę ſequuntur aías cœleſtes quę habent eſſe inferius reſpectu intelligentiarum. ¶Notandum etiā ꝙ aíę cœleſtes ſunt magis perfectæ & cóplectæ ꝙ aíę noſtræ, & ſunt paucæ declinationis & ſeparationis, quia nō ſeparātur a ſuis corporibus. Si aūt habent declinationem hoc eſt quātum ad motum earū qui licet ſm phyloſophum ſit perpetuus q̃tum ad ſui totalitatem, tñ motus illę cœleſtis quantū ad ſuas partes corrumpitur, ſeparatur, & declinat. Sed animæ nr̄æ ſunt maioris ſeparationis, quia etiā quantum ad ſubſtantiam declinant.i.ſeparantur a ſuis corporibus. ¶Deinde cū dicit.

S Et animæ ſuperiores quia influunt bonitates ſuas quas recipiunt ab intelligentia ſuper animas inferiores.

¶Aſsignat differentiam quæ ſumitur quātum ad modum influendi, dicens (& aíæ ſuperiores) ſupple differunt ab inferioribus (quia influunt bonitates ſuas quas recipiunt ab intelligentia ſuper animas inferiores) & non econuerſo. ¶Notandū ꝙ animæ nrę quæ dicuntur aíæ inferiores acquirunt perfectiones ſuas mediantibus corporibus ſuis. Et acquirunt ſciam mediante phantaſmate, & quia ſuper corpora noſtra influunt animæ cœlorum mediantibus ſupercœleſtibus corporibus. Ideo influxus animarū cœleſtium facit vt anima noſtra acquirere poſsit perfectiones & bonitates. ¶Deinde cum dicit.

T Et omnis anima recipiens virtutem ab intelligentia plus eſt fortis ſuper imp̄ſsionem, & quod imp̄ſſum eſt ab ea eſt fixū & ſtans: & motus eius eſt motus æqualis, & cōtinuus, & illa in qua eſt virtus intelligentiæ ex ea minus fortis eſt in imp̄ſsione ſub animabus primis. Et quod eſt imp̄ſſum ab ea eſt debile, euaneſcens, & deſtructibile. Verūtamen quāuis ſit ita, tamen permanet per generationem.

¶Aſsignat Tertiā differentiā quæ ſumitur ex influxu d. (& oīs anima recipiens virtutem ab intelligentia) cuiusmodi: eſt aía cœleſtis (plus eſt fortis ſuper impſsionem: & quod impreſſum eſt ab ea, eſt fixū, & ſtans: Et motus eius eſt motus ęqualis, & cōtinuus).q.d ꝙ aía ſuperior eſt magis fortis in imprimēdo, & motus cœleſtis impreſſus eſt ſtās ſeu fixus.i.perpetuus & eſt æqualis & cōtinuus. Et ſubdit ꝙ (& illa) .ſ. aía (in qua eſt virtus intelligētiæ ex ea) .i.ex aía cœleſti eſt aía noſtra quę (minus fortis eſt in impſsione ſub aīabus primis: & quod eſt impſſum ab ea eſt debile, euaneſcens, & deſtructibile.) Nam aía noſtra vnitur corpori: quod eſt debile marceſcens & deſtructibile. (verūtamen quāuis ſit ita) ꝙ deſtruantur corpora (tamen permanet) .i.perpetuatur ſpēs humana (per generationem.)

In. 2. de gñatione T.cō.50. &. 2. de anima, T cō. 44.

¶Notandum ꝙ virtus intelligentiæ (ſm iſtum Auctorem) immediate attingit aíam cœleſtem, ſed aíam noſtram nōn attingit īmediate, ſed mediante aía cœli: Aía ergo cœli accipit virtutem ab intelligentia īmediate. Sed virtus intelligentię in aía noſtra recipitur ex ea .i. mediante ea, hoc eſt mediante anima cœli. ¶Notandum etiā ꝙ data eſt virtus generatiua iſtis inferioribus ſecundum phyloſophum, quia non poſſunt perpetuari in ſe, vt perpetuentur per generationem in ſuo ſimili. ¶Deinde cum dicit.

V Iam igitur oſtenſum eſt quare factæ ſunt formæ intelligibiles multæ, &

non eſt niſi vnū eſſe ſimpliciter & quare factæ ſunt multæ animæ. Et quare ſunt quædam animæ fortiores alijs, vel quibuſdam, & eſſe earū eſt ſimplex vnum in quo non eſt diuerſitas. Alia lr̃a hēt,& nō eſt eē earum niſi ſimplex.

¶ Epilogat q̄tum ad vtraq; propōnem v3 q̄tum ad p̄cedentem & q̄tum ad iſtā dicens. (Iā igitur oñſum eſt quare factæ ſunt formę intelligibiles multæ & nō eſt niſi vnū eſſe ſimplr̃) quod oñſum fuit in p̄cedenti propōne, & ſubdit (&) ſupple dictū eſt in hac propōe.(quare factæ ſunt multæ aīæ, & quare ſunt quædā animæ fortiores alijs, vel) fortiores (quibuſdam) quia aīæ cœleſtes ſunt fortiores in imprimendo q̄ aīę noſtrę (&) tñ (eſſę earū) .i. aīarū tam cœleſtiū q̄ nr̃arum (eſt ſimplex vnū, in quo non eſt diuerſitas.) ¶ Notandā aūt ꝙ eſſe quorūcunq; (quantum eſt de ſe) eſt vnum ſimpliciter non habens diuerſitatem: ſed ſi diuerſificatur hoc eſt ratione eorum in quibus recipitur.

PROPOSITIO SEXTA.

Cauſa prīa ſuperior eſt narratione, & nō deficiunt linguæ a narratione ipſius niſi pp narrationē eſſe ipſius. qm̄ ipſa eſt ſuper oēm cām, & nō narratur niſi per cās ſecūdas, quæ illuminantur a lumine cauſæ primæ. G A

¶ Poſtq̄ Auctor determinauit de cōnexione primarū cārum & de diſtinctione & multiplicatione earū in parte iſta (vt dicebatur) vult determinare de vna quaq; cā primaria ſm ſe. Sunt aūt tres cauſæ primarię de quibus iſte Auctor determinare intēdit, v3 prima cā, intelligentiæ, & aīæ cœlorū. Iō tria facit quia primo determinat de prima cā, ſecūdo de intelligentijs, & tertio de aīabus. Scd̄a ibi. (Intelligentia eſt ſubſtantia) in principio .7. propōnis. tertia ibi (in omni aīa) in principio. 14. propōnis. Ad euidentiā aūt primæ partis ſciēdum, ꝙ prima cā potiſſime cognoſcitur per ignorantiā. Vñ negationes de Deo ſunt veræ affirmationes aūt ſunt incōpactæ (vt dr̃ ſecūdo de Angelica hierarchia) & ibidē ſcribitur. Ignoramus aūt ſuper eſſentialē ipſius viuificabilem & ineffabilē viuificantem. Illud ergo ſcimus de prima cā ꝙ ignoramus cā. Volēs ergo hic actor primā cām deſcribere, per ignorantiā nr̃am deſcribit ipſam dicens, ꝙ eſt ſupra narrationē nr̃am: & eſt ſupra ſciam, & ſupra intellectū nr̃m. Duo ergo facit quia primo; p̄mittit hanc propōnem ꝙ prima cā eſt ſuperior narratione nr̃a. ſecūdo hmōi propōnem ꝓpoſitā triplr̃ declarat, & probat. ibi (qd̄, eſt, quia prima cā) dicit ergo ꝙ (cā prima ſuperior eſt, narratione, & nō deficiunt linguæ a narratione ipſius niſi pp narrationē ipſius). q. d. ꝙ ideo deficimus a narrādo, pp eſſe eius quod eſt innarrabile, ꝙ aūt prima cā ſit inenarrabilis patet, & qm̄ ipſa, eſt, ſupra oēm cām & non narratur, niſi per cauſas ſecundas quæ illuminantur a lumine cauſę primę.) In propō ne. 3. A. a Dióyſio

¶ Dubitaret forte aliquis: vtrū verum ſit ꝙ prima cā ſit inenarrabilis. Dicendū ꝙ ſm Dionyſiū in prīo cap. de diuinis noībus. Intelligibilia a ſenſibus cōpręhēdi nō valēt. Quāto. n. aliqd eſt magis materiale & ſenſibile, tāto eſt magis cōtractū, & minus hñs de pfectione, & q̄to aliquid eſt magis īmateriale & abſtractū tanto magis de perfectione participat. Et quia intellectus noſter, & etiā cuiuſlibet creati eſt valde materialis reſpectu prīæ cauſæ. Iō prima cā naturalr̃ a nullo alio intellectu pōt cōpræhēdi. pp qd̄ verius eſt ꝙ a nullo tali intelligaē, q̄ ꝙ ab aliquo eorū intelligaē Rurſus qa verba ſunt valde materialia reſpectu eorū quę ſunt in intellectu: ideo illud quod intelligimus de prima cā, nō poſſumus per verba ſufficienter exprimere, deficit. n intellectus a cognitione cauſæ primę. & plus deficit lingua a narratione, pp quod (vt in quæſtione ſequenti videbimus) Deus verius intelligitur q̄ narretur. Eſt igitur prima cā non ſolū ſuperior īmo valde ſuperior naturali ratione. B a Dióyſi

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis Vtrū verū ſit hoc quod in q̄ſtione p̄cedenti ſupponitur, v3 ꝙ Deus verius intelligatur q̄ narreē, & vr̃ ꝙ non, quia de Deo multa dicimus vera quæ mente nō capimus. Dicendū ꝙ verba expſſiua ſunt eorū quæ ſunt in mente nō cuiuſcūq; C

pronunciantis ea,ſed eius qui huiuſmodi aſſumit,vt illis exprimat quod mente capit,vt verba magiſtri,vel prçceptoris per ſe referenda ſunt ad intellectum prç ceptoris à quo ſumpſerunt originem,non ad intellectum diſcipuli,qui non fuit eorũ verborum inuẽtor neq; ordinator. Cum ergo quæritur vtrum contingat aliquid verius dici quàm intelligi. Dicitur ꝙ per accidens contingit. Nam diſcipulus verba magiſtri referens intellectu non formante,non capit verba illa:per ſe aũt non contingit: quia cum quis ſecundum ea,quç intelligit verba,ordinat,ſi illa intellecta ſint alta,& profunda,ita ꝙ non poſſit totũ per verba exprimere quod intellectu concipit. Tunc non cõtingit aliquid verius dici quàm intelligi. Prima ergo cauſa nullo modo poteſt per verba ſenſibilia ſufficienter exprimi. Et per ſe loquẽdo deficit ab ea intellectus,& lingua,ſed magis lingua q̃ intellectus. ¶ Deinde cũ dicit.

COMMENTVM PROPOSITIONIS SEXTÆ.

D QVod eſt quia prima cauſa non ceſſat illuminare ſuum cauſatum: & ipſa non illuminatur lumine alio , qm̃ ipſa eſt lumen purum ſupra quod non eſt lumen aliud. Ex illo ergo eſt pura prima ſola cauſa cuius deficit narratio.

¶ Declarat & probat propoſitionem propoſitam:Ad cuius euidentiam ſciendum,ꝙ aliqua ſunt ita proportionata intellectui noſtro,ꝙ ſtatim intellectus noſter fertur in illa: Et hmói ſunt prima participia non quidem prima principia incomplexa,cuiuſmodi ſunt Deus,intelligentiæ,& animæ cœlorum,ad quæ ſe habet intellectus noſter,ſicut oculus noctuæ ad lumen diei: ſed ad principia complexa cuiuſmodi ſunt communes animi conceptiones : vt omne totũ maius eſt ſua parte. De quolibet eſt affirmatio,aut negatio,& huiuſmodi: quæ (ſm phyloſophum,& commentatorem in ſecundo metaphyſ.) ita ſe offerunt intellectui, ꝙ ſunt quaſi locus Ianuç in domo quem nullus ignorat.Talia ergo ita ſunt proportionata intellectui,ꝙ in ea per ſe fertur intellectus,ſed in alia fertur ratiocinando,& diſcurrendo, & hoc dupplici via,vel à priori cum per cauſam procedit ad effectum,vel à poſteriori,cum procedit per effectum ad cãm. Omne ergo à nobis cognoſcibile,eſt altero trium modoꝝ, vel quia eſt valde proportionatum intellectui,vel quia habet cauſam per quam poteſt cognoſci,vel quia per effectus poſſumus in eius cognitionem procedere. Auctor ergo volẽs ꝙ prima cauſa ſit à nobis incognoſcibilis,& per conſequens inenarrabilis tria facit primo enim oſtendit,ꝙ non poteſt cognoſci per cãm,ſecundo ꝙ non põt per ſe ipſam cognoſci:ſicut cognoſcuntur cões animi conceptiones,quæ ſunt per ſe notç. Tertio declarat ꝙ non poteſt cognoſci per effectus. Ergo ſi nec per cãm,nec per ſe,nec per effectus,nullo modo eſt cognoſcibilis,neq; per conſequens enarrabilis. Secũda pars incipit ibi. (Quod eſt quia narratio) Tertia ibi (& ipſa quidem.) Et vt melius intelligatur Auctoris intentio,ſciendũ ꝙ in propoſitione tanguntur tria. Nam ibi tangitur ꝙ prima cauſa eſt inenarrabilis ꝓpter eius eſſe,quod ſupple non eſt proportionatum potentiæ noſtræ,& ideo non ẽſt cognoſcibilis per ſe: nec ẽt per cauſam eſt cognoſcibilis : quoniam ipſa eſt ſuper oẽm cauſam: neq; tertio poteſt enarrari per effectus,quia hoc modo non nominatur, niſi per cauſas ſecũdas, quæ ſupple ſufficienter non exprimunt eam. Cauſç.n. ſecundç comprehenduntur à cauſa prima,quia illuminantur ab ea,ſed non comprehendunt ipſam.Auctor ergo primo probat ſecundam partem propoſitionis. Secundo primam,& tertio tertiam: Primo nanq; oſtẽdit primam cãm inenarrabilem eſſe:& incognoſcibilem,quia non habet cãm per quã enarretur,& cognoſcatur. Circa quod duo facit ſecundum ꝙ dupliciter oſtendit, ꝙ prima cã non poſſit à nobis cognoſci per aliam cãm. Nam quicquid cognoſcitur à nobis per cauſam illuminatur à cã per quam cognoſcitur,& eſt infra cauſam per quam cognoſcitur.Nihil autem

Margin notes: A; T. & cõ. primi.; E

autem horum competit primæ cauſæ. Quod .n. non illuminatur ab alio: ſed, eſt lumen purum, ipſum non hẽt ſuperiorem cãm, nec eſt cãtum. Secunda rõ incipit ibi (& non eſt ita) Dicit ergo. (Quod eſt) v3 ꝙ prima cã non poſſit narrari (quia prima cã nõ ceſſat illuminare ſuum cãtum,& ipſa non illuminatur, lumine alio: qm̃ ipſa eſt lumen purum ſupra quod non eſt lumen aliud. ex illo ergo) v3 ꝙ prima cauſa eſt lumen purum,& (eſt pura prima ſola cauſa cuius deficit narratio.)

❡Dubitaret forte aliquis, vnde ſequitur hęc conſequentia, v3 ꝙ quia prima cã ſola eſt lumen purum, ideo ſola ipſa eſt inenarrabilis, & incognoſcibilis. Dicendũ ꝙ prima cã quaſi ſic ſe hẽt ad oĩa entia, ſicut ſe hẽt lux ad colores. Imaginamur.n.ꝙ lux dicat lucem in ſua claritate & puritate. Sed color dicit lucem vt opacatur, obumbratur, & contrahitur ad nãturam opaci. Et quia quod eſt lux inſenſibilibus hoc eſt eſſe vẽr in entibus. Nam nomẽ lucis a manifeſtatione vĩ eſſe impoſitum. Nam hoc hẽt eſſe lucidum & clarum, quod manifeſtum eſt & notum, & quia ipſe actus & ipſum eſſe facit ad manifeſtationẽ rerum. Deus ipſe qui eſt ipſum eſſe purum, & eſt lux pura, cętera aũt alia quia hñt eſſe receptũ & particulatum non ſunt lux pura, ſed ſunt obumbrata. Sicut ergo per ſpẽm coloris nunq̃ videtur lux in ſua puritate: Sic etiã per nullam ſpẽm intelligibilem exiſtentem in quocunq; intellectu creato. Põt cognoſci lux prima in ſua puritate. Nam omne qđ recipitur in aliquo recipitur per modum rei recipientis. Oĩs ergo ſpẽs intelligibilis eo ipſo ꝙ recipitur in intellectu creato eſt quid obumbratum & opacatum. Et ideo talis ſpẽs comparatur ad Deũ non ſicut ſpẽs lucis ad lucem, ſed ſicut ſpẽs coloris ad lucem. Si. n. receptum in oculo (eo ipſo ꝙ reciperetur) idem eſſet ꝙ ſpẽs coloris & non lucis, hoc poſito, ſi colores ſę poſſent facere in oculum poſſet oculus videre oẽm colorem, ſed non poſſet videre lucem in ſua puritate, & quia tales ſunt oẽs ſpẽs intelligibiles receptæ in intellectu creato reſpectu cauſę primæ. Ideo prima cauſa quia eſt ſicut lumen purum eſt incognoſcibilis & per conſequens inenarrabilis. ❡Deinde cum dicit.

Et non eſt ita, niſi quia ſupra ipſam non eſt cauſa per quam cognoſcatur, omnis quidem res non cognoſcitur niſi ex ipſa ſui cauſa. Cũ igitur res eſt tantum cauſa & non eſt cauſatum, non ſcitur per cauſam primam, neq; narratur: qm̃ eſt ſuperior narratione, neq; conſequitur eam loquela. H

❡Adducit ſecundam rõnem ꝙ prima cã non poſſit enarrari per hoc ꝙ non cõpetit ei cognoſci per ſuperiorem cãm dicens. (Et non eſt ita) v3 ꝙ prima cã ſit inenarrabilis, & ꝙ ſit incognoſcibilis (niſi quia ſupra ipſam) .ſ. cãm primam (non eſt cã) aliqua alia (per quam) ſupple cãm aliam (cognoſcatur) ipſa cã prima. Et ſubdit ꝙ (oĩs quidem res nõ cognoſcitur) neq; narratur (niſi ex ipſa ſui cauſa. Cum igitur res eſt tantum cã & non eſt cãtum, nõ ſcitur per cãm primã).i.per cãm aliam priorem (neq; narratur. qm̃ ſuperior eſt narratione, neq; conſequitur eam loquela) .q.d.ꝙ eo ipſo ꝙ res non habet cãm non põt cognoſci neq; intelligi ab alio. ❡Notandũ autem ꝙ hæ duæ rõnes probant cãm primam nõ eſſe cognoſcibilem per aliam cãm,& per conſequens probant eã non eſſe enarrabilem tanq̃ ſit cognita, poſſet aũt ex his duobus conflari vna talis rõ. Illud quod nõ illuminaẽ ab alio, ſed eſt lumen purum (vt dicebat prima rõ) & illud quod eſt cã tantum, & non habet aliã ſuperiorem cãm (vt dicit hęc rõ ſecunda) non eſt cognoſcibile tanq̃ per cãm, nec eſt enarrabile tanquã ſit cognitum. Cauſa prima eſt huiuſmodi, ergo. ❡Notandum etiam ꝙ nomen luminis a manifeſtando eſt impoſitũ, quia oĩa manifeſtantur in lumine. Cum ergo omne verum ſibi manifeſtũ eſſe oporteat, conſequens eſt ꝙ omne verũ ſit quoddam lumen. Illud ergo qđ habet ſuperiorem cãm, & qđ verificatur per aliud illuminaẽ per aliud. Prima ergo cã per aliam cãm cognoſcibilis non eſt, nec habet cãm aliam priorem ſe, tũ quia non illuminatur per aliud (vt dicebat rõ prima) tum etiam quia non eſt cãtum (vt dice-

bat ratio ſecunda) Probant ergo hæ duæ rationes ꝙ prima cauſa ſit quid inenarrabile, tanquam aliquid incognitum, per aliam cauſam.

k ¶ Dubitaret forte aliquis vnde ſequitur hęc cõſequentia, vʒ ꝙ ſi res non habet cãm, ꝙ ſit inenarrabilis & incognoſcibilis. Planum eſt. n. ꝙ ſi res non habet cãm, ꝙ non põt cognoſci per cãm. Sed ſi vlterius arguatur, non põt cognoſci per cãm, ergo non poteſt cognoſci, arguitur ab inſufficienti, & cõmittitur fallacia conſequentis. Dicendum ꝙ res non habens cãm non ſequitur ꝙ non ſit cognoſcibilis ab aliquo, quia ſaltim eſt cognoſcibilis a ſeipſa. Prima.n.cauſa plene ſeipſam nõſcit. tamen bene ſequitur ꝙ res non hñs cauſam non poſſit cognoſci ab aliquo creatorum. Hic ergo intendimus declarare ꝙ naturaliter loquendo nullus intellectus infra deum diuinam eſſentiam intueri poteſt. Intellectu.n. Similitudinario (vt quia in omnibus creatis relucet ſimilitudo cauſę) poteſt Deus cognoſci ab alijs. Sed intellectu eſſentiali diuina eſſentia a nullo alio citra Deũ naturaliter cognoſci poteſt. quod ſic oſtenditur. Immaginamur enim ꝙ ſola prima cauſa ſit omnino infinita, & ſit non determinata ad aliquod genus entium. Nã ipſa prædicamenta diuerſos modos eſſendi nominant. Cui ergo non competit ſpecialis modus eſſendi: Sed cõpetit ei eſſe quod eſt pelagus infinitum, in quo reſeruatur omne eſſe & oĩs perfectio ad nullum prædicamentum cõtrahitur, & ad nullũ genus determinatur. Sed quia huiuſmodi eſt primum principiũ: Ideo ipſum ad nullũ prædicamentum cõtrahitur & ad nullum genus determinatur. Item ſtatim

L cum deſcendimus a primo inuenimus cõpoſitionem: ſicut ſtatim cũ deſcendimus ab vnitate imus in numerum. Et quia omnis res quę componitur participat eſſe, quia ſi eſſet ipſum eſſe non eſſet compoſita, ſed eſſet omnino ſimplex: omne autem participans eſſe determinatur ad ſpecialem modum eſſendi, quia hoc dicit particulare quaſi partem capere. Illud ergo participat eſſe, quod nõ habet eſſe in ſuo pelago, ſed habet eſſe contractum & determinatum, omne autem tale habet ſpecialem modum eſſendi ſecundũ aliquod genus entis. Omne autem quod eſt citra primũ (naturalr̃ loquendo) in cognoſcendo non poteſt ſe extendere vltra ea quę ſunt in genere. Quia cum agere præſupponat eſſe. ſicut omne quod eſt citra primum eſt determinatũ in genere. Sic omnis cognitio talis naturaliter nõ ſe extendit ad id quod non determinatur ad genus. Dico autem omnis cognitio talis quia

M potiſſime res cognoſcitur vt eſt in cognoſcẽte, ex quo ergo cognoſcens eſt determinatum ad genus intellectu eſſentiali non poteſt cognoſcere niſi ea quæ ſunt in genere, vel quæ determinantur ad genus. Nam loquendo de intellectu creato, apparet quod ſit obiectum in tali intellectu. Cum enim in creatis inueniamus diuerſa genera cognitionum, vt ſenſitiuam, & intellectiuam. Intellectiua eſt vniuerſalior cognitio quæ reperiatur in eis, non tamen ſic eſt vniuerſalis. quin aliquo modo ſit determinata, omne autem determinatum (naturaliter loquendo) vltra primam determinationem non poteſt ſe extendere, prima autem determinatio in entibus eſt quòd determinentur ad genus. Illud autem erit obiectum intellectus per quod aliquid determinatur ad genus. Hoc autem eſt quod quid eſt: quia quęlibet res eſt in genere per ſuam quiditatem. Vnde & in ter-

T.cõ.27. tio de anima vult phyloſophus quòd quod quid erat eſſe ſit proprium obiectum intellectus. Sicut ergo quod excederet vniuerſaliter ſonos non poſſet percipi ab aliquo auditu, quia proprium obiectum auditus eſt ſonus: Sic quod eſt ſupra omnem quiditatem, & eſt ipſum eſſe naturaliter intellectu eſſentiali non cognoſcitur ab aliquo intellectu

N creato. Et dico naturaliter quia ſicut omnis natura citra primum eſt determinata, & habet determinatum modum, ſic omnis naturalis cognitio cauſatorum fertur ſolum in ea quę ſunt determinata in genere, & determinato modo fertur in illa. Vtrunq; enim oportet eſſe quid determinatum videlicet quod a tali intellectu naturaliter cognoſcitur, & modus. Vtrum autem poſſit tantum eleuari intellectus cauſatorum ſupra naturam ſuam quòd videat ipſam diuinam eſſentiam, & per conſequens videat rem indeterminatam & infinitam, licet forte videat eam modo determinato & finito, pręſens ſpeculatio non admittit. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Cōmenti.

QVod eſt, quia narratio non fit niſi per loquelam, & loquela per intelligentiam, & intelligentia per cognitionẽ, & cognitio per meditationem, & meditatio per ſenſum. Cauſa autẽ prima eſt ſupra omnes: quoniã eſt cã ei. Propter id ergo fit ꝙ ipſa nō cadit ſub ſenſu, & meditatione, & cognitione, & intelligentia, & loquela. non eſt ergo enarrabilis. O

¶ Probat ꝙ prima cauſa non ſit a nobis cognoſcibilis per ſeipſam, quia non cadit ſub narratione neq; ſub cognitione. Circa quod duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. Secundo declarat intentum ibi. (& dico) ad euidentiam autem primæ partis ſciendum ꝙ licet ſimpliciter in nobis ſit ſolum duplex cognitio: Senſitiua.ſ.& intellectiua, tamen quælibet illarum diuiditur. Nam ſenſitiua diuiditur in immaginationem & in ſenſum exteriorem, & hñt ſe iſtę duæ cognitiones ſenſitiuæ per ordinem: quia a cognitione ſenſitiua exteriori fit proceſſus ad immaginationem interiorem. Nam res prius per ſe fiunt in ſenſu exteriori, & poſtea, a ſenſu exteriori in imaginationem procedunt: Sic & intellectiua cognitio diuiditur in cognitionem rerꝫ corruptibilium, & in cognitionem rerum ſempiternarum. Et habent ſe iſtæ cognitiones per ordinem, quia per ſenſibilia, & corruptibilia ducimur in cognitionem ſempiternoꝝ. Auctor ergo iſtę cognitionem intellectiuam de ſempiternis appellat cogitationem aut intelligentiam, & illam quæ eſt de iſtis corruptibilibus cognitionem dicit: at ſenſitiuã immaginatiuam meditationem appellat, & cognitionem ſenſitiuam exteriorem appellat ſenſum. Ideo ait (quod eſt) vꝫ ꝙ prima cauſa ſit inenarrabilis (quia narratio non fit niſi per loquelam, & loquela) niſi (per intelligentiam, & intelligentia per cognitionem, & cognitio per meditationem, & meditatio per ſenſum. Cauſa autem prima eſt ſupra) res (omnes, quoniã eſt cauſa eis) .i. cauſa eſt omnibus rebus. (propter id ergo) ꝙ eſt ita (fit) .i. ſequitur vel arguitur (ꝙ ipſa non cadit ſub ſenſu, & meditatione, & cognitione, & intelligentia, & loquela.) & quia non cadit ſub iſtis non eſt ſub ipſis (non eſt ergo enarrabilis) a nobis prima cauſa: quia non eſt cognoſcibilis per aliam cauſam (vt dicebant primæ duę rationes.) ſed nec eſt cognoſcibilis per ſeipſam, quia non eſt proportionata alicui cognitioni noſtrę (vt probat ratio iſta.) ¶ Notandũ autem ꝙ poſſet ſic formari hæc ratio. Illud quod non cadit ſub intelligentia nec ſub cognitionę, nec ſub meditatione, nec ſub ſenſu non eſt a nobis cognoſcibile per ſeipſum: ſed eſt nobis incognitum et inenarrabile: prima cauſa eſt huiuſmodi ergo &c. ¶ Notandum etiam hanc rationem tertiam eſſe vniuerſaliorem prædictis duabus rationibus. Nã primę duæ rationes non probant primã cãm eſſe a nobis quid ignotum & quid inenarrabile per omnem modum. Sed ſolum probant primam cauſam non eſſe quid cognitum per aliam cauſam. Sed hæc ratio tertia probat primam cauſam non eſſe cognitam per cauſam, nec aliter cum non cadat ſub aliqua prædictarum cognitionum. probat etiam hæc ratio tertia quod intellectu eſſentiali prima cauſa eſt nobis ſimpliciter ignota & per conſequens inenarrabilis.

¶ Dubitaret forte aliquis quia videtur falſum quod hic Auctor ait, videlicet ꝙ loquela nõ fiat niſi per intelligentiam. Nam dictum eſt quòd intelligentia (ſecũdum intentionem huius Authoris) eſt cognitio intellectiua quam habemus de rebus ſempiternis. Et conſtat quòd multa loquimur quæ non ſpectant ad res ſempiternas, immo plura loquimur de iſtis corruptibilibus eo quòd corruptibiles ſumus, & eo quòd cognitio noſtra per quam loquimur de alijs incipit a ſenſu. ſit igitur loquela per aliud ꝙ̃ per intelligentiam.

R Dicendum ꝙ eſt ſermo doctorum iuxta materiam de qua loquuntur. Et quia ipſe Author intendit de narratione primæ cauſæ. conſtat ꝙ ſi prima cã pōt narrari, hoc nō erit niſi per cognitionem quã poſſumus hr̄e de ipſa,cognitio aūt talis non pertinet ad cognitionem intellectiuam de rebus corruptibilibus. Sed cognitio primę cauſæ (ſi eſt poſſibilis) pertinebit ad intelligentiam quæ dicebatur cognitio intellectiua de rebus ſempiternis. Narratio ergo de prima cã non fit niſi per loquelam, quia loquendo narramus,quicquid narramus. loquela aūt de prima cã non eſt poſſibilis (vt iam oñdimus) niſi per intelligentiam. Intelligentia aūt non fit niſi per cognitionem hæc eſt cognitio de ſempiternis quę dr̄ intelligentia quæ non fit in nobis,& non naſcitur in nobis niſi ex cognitione.i.ex cognitione ſenſi-

S bilium, quę proprie dr̄ cognitio. Nam nihil cognoſcimus de ſempiternis per intellectū nr̄um reuera,niſi per iſta corruptibilia. Cognitio aūt intellectiua de illis corruptibilibus,nō fit niſi per meditationem.i.per imaginationem: quia nihil intelligimus ſine phantaſmate. Oīs autem imaginatio, ſiue oīs meditatio p̄ſuppenit ſenſum. A ſenſu ergo incipit cognitio nr̄a. Quod ergo non cadit ſub ſenſu & quod non hȝ phantaſma, non cadit ſecundum eſſentiam ſuā ſub cognitione, neqȝ ſub intelligentia, neqȝ ſub aliqua alia cognitione noſtra, & per conſequens non cadit ſub loquela, neqȝ ſub narratione. Huiuſmodi autem eſt prima cauſa. Et ideo non eſt narrabilis (vt dr̄ in lr̄a.) ¶Deinde cum dicit.

Et dico iterum ꝙ res aut eſt ſenſibilis, & cadit ſub ſenſu, aut eſt meditabilis & cadit ſub meditatione, aut eſt fixa ſtans ſecundū diſpōnem vnam, & eſt intell gibilis, aut aſt conuertibilis aut deſtructibilis cadens ſub generatione, & corruptione. Et tunc eſt cadens ſub cogitatione & cauſa prima eſt ſupra res intelligibiles ſempiternas, & ſupra res deſtructibiles. Quapp non cadit ſupra eã ſenſus,neqȝ meditatio,neqȝ cogitatio neqȝ intelligentia.

Supra.D. ¶Quod dixerat declarat. Vȝ ꝙ prima cauſa non ſit cognoſcibilis per ſeipſam. Dicebatur enim ꝙ illa ſunt per ſe nota & ſunt cognoſcibilia per ſeipſa,quę ſunt ita proportionata noſtris potentijs cognitiuis ꝙ ſtatim aliqua nr̄a potentia cognitiua fertur in illa. Sed prima cã nulli potentię noſtræ cognitiuæ eſt ſic proportionata, ergo nullo modo eſt ſic cognita. Iō

T ait. (& dico iterum ꝙ res aut eſt ſenſibilis,& cadit ſub ſenſu, aut eſt meditabilis) .i. imaginabilis (& cadit ſub meditatione) & ſub imaginatione (aut eſt fixa)&(ſtans ſm̄ diſpōnem vnam, & eſt intelligibilis).i.cadit ſub intelligentia .i. ſub cognitione intellectiua quã habemus de ſempiternis (aut eſt conuertibilis aut deſtructibilis cadens ſub generatione, & corruptione : & tunc eſt cadens ſub cogitatione).i.ſub cognitione intellectiua quã habemus de ſenſibilibus. & ſubdit ꝙ (& cã prima eſt ſupra res intelligibiles ſempiternas, & ſupra res deſtructibiles. Quapp non cadit ſupra eam ſenſus neqȝ meditatio) .i.imaginatio (neqȝ cogitatio) i.cognitio intellectiua quã habemus de iſtis corruptibilibus. (neqȝ intelligentia).i. cognitio intellectiua quã habemus de ſempiternis.q.d.ꝙ quia prima cauſa eſt ſuper omnia talia cognoſcibilia,non pōt (naturalr̄ loquendo) per ſeipſam cognoſci a nobis.

V ¶Dubitaret forte aliquis qūo prima cã non eſt proportionata alicui nr̄æ potentiæ cognitiuæ. Dicendum ꝙ ſi cã prima eſſet proportionata alicui nr̄ę potentiæ cognitiuæ eſſet proportionata intellectui noſtro. quia illa eſt potentia altior in nobis. oñdere aūt volumus ꝙ non ſit ꝓportionata intellectui nr̄o. Immaginamur.n.(ſm̄ veritatem & ſm̄ phyloſophorum dicta) ꝙ intellectus nr̄ naſcitur imperfectus, & in ſui primordio eſt ſicut tabula raſa in qua

T.c. 14. nihil eſt depictū (vt declarari habet in tertio de aīa) omne autem quod vadit de imperfe-

T.cō.15. ctione ad perfectionem vadit de potentia ad actum: quia ſemp actus intelligitur eſſe quid

&.16. S. perfectum, & potentia quid imperfectum (vt declarari habet in .9. Methaphyſicæ. Vnde

T.cō. 16. ibidem dr̄) ꝙ actus in græco idem ſonat ꝙ cōplementum. Si ergo iſte eſt modus intellectus

noſtri,

noſtri,cognitio confuſa,& in potentia erit ſibi magis proportionata q̃ cognitio diſtincta, & in actu. Et quia cognitio in vniuerſali eſt confuſa,& in potentia. Ideo cões animi conceptiones continentes hmői cognitionem ſunt ſic proportionatæ intellectui, ꝙ ſtatim in illas intellectus fertur,nec per ſe circa illas errare põt,& quia prima cauſa eſt ipſe actus, & ipſum eſſe & nihil eſt in ea eo modo quo eſt in alijs,non poſſet haberi cognitio eſſentialis de illa,niſi illa cognitio eſſet valde diſtincta,& quia non eſt hic modus intellectus noſtri,immo eſt omnino contrarius,ſicut oĩa alia magis conueniunt inter ſe,q̃ conueniant cũ cauſa prima:ſic de oĩbus alijs magis poſſunt formari tales cões animi conceptiones,quæ verificantur in multis,q̃ poſſint formari de cauſa prima. Immo quia quæcunq; verificantur de cauſa prima,eo modo quo verificantur de ipſa,de nullo alio verificari poſſunt oĩo quaſi æquiuoce verificantur aliqua de prima cauſa,& de alijs:Ideo oĩa alia ſunt magis proportionata intellectui noſtro:cum per ſeipſa poſſint à nobis cognoſci. Cum itaq; cauſa prima ſubterfugiat hmői cognitionis modum,& per ſeipſam a nobis naturalr̃ cognoſci non poſſit, non proportionatur intellectui noſtro,nec per conſequens alicui alteri noſtræ potentiæ cognitiuę. ❡Deinde cum dicit. X

TERTIA pars principalis Commenti.

ET, ipſa quidem non ſignificatur,niſi ex cauſa ſecunda,quæ eſt intelligẽtia: & non nominatur per nomen cauſati primi, niſi per modum altiorem,& meliorem: qm̃ eſt eſſe quod eſt cauſati. Veruntamen per modũ nobiliorem,& ſubtiliorem,& ſtrictiorem ſicut oſtendimus.

❡Poſtquam Author declarauit,ꝙ prima cauſa eſt inenarrabilis,& incognoſcibilis per cãm, & etiam per ſe ipſam:vult declarare ꝙ non poſſit narrari nec cognoſci per effectus. Ideo ait(& ipſa quidẽ).ſ.cã prima(ſupple, ſi debet narrari,vel cognoſci, aut ſignificari per aliquem effectum (non ſignificatur niſi ex) ipſa (cauſa ſecunda quę eſt intelligentia) quod eſt cauſatum primum(&)quanuis ſic ſit. (Non nominatur per nomen cauſati) ſui (primi, niſi per modum altiorem,& meliorem: quoniam)cauſa prima (eſt eſſe quod eſt cauſati).i. hꝫ in ſe oẽm perfectionem,& omne eſſe quod eſt accuſatorum (veruntñ) oportet hmői perfectiones eſſe in cauſa prima(per modum nobiliorem,& ſubtiliorem,& ſtrictiorem , ſicut oſtendimus).i.ſicut nunc diximus. Tunc ergo eſt ſupplenda ratio, ꝙ cum cauſa prima habeat ea,quæ ſunt cauſatorum modo valde alto, quia excellentiori modo , ideo nec per ſuos effectus,nec per ſua cauſata poteſt cognoſci. ❡Notandum ꝙ ſecundum Dionyſium in ſecũdo de diuinis nominibus. Ea quę ſunt cauſatorum abundanter,& ſubſtantialiter pręinſunt cauſis. Cauſa ergo prima eſt eſſe cauſati ſecundi.i.habet in ſe quodlibet eſſe,& quamlibet perfectionem ſuo cauſato,veruntñ habet eam modo nobiliori,& ſubtiliori. Y ſm Dionyſium.
❡Notandum etiam ꝙ ſi volumus nominare cauſam primam per ea,quę videmus in cauſis ſecundis,nominabimus eam modo excellentiori:vt ſi cauſata ſunt pulchra,ſapientia,intelligentia,& viuentia,Non dicemus ꝙ prima cauſa ſit talia,ſed quòd ſit ſupertalia : vt quòd ſit ſuperpulchra, ſuperſapiens,ſuper viuens,ſuper intelligens,&c. Ita ꝙ non ſcimus neque nominamus eam per hoc quod eſt cauſatum eius , ſed ſuper quod eſt.

PROPOSITIO SEPTIMA.

INTELLIGENTIA eſt ſubſtantia,quæ non diuiditur. A

❡Poſtquam Author determinauit de prima cauſa,hic(vt dicebatur) determinat de intelligentia. Intelligimus autem per intelligentiam, ſcd̃m In ꝓpoſitiõe.6. A

intentioné huius Auctoris, quandam vniuerſalem cám cuius propria operatio eſt intelligere, intelligit aũt iſte Auctor, ꝙ intelligentia imprimit aĩam cœleſtem, & facit mediante ea oẽm effectum quem videmus hic inferius, quod qualiter intelligendum ſit, & quantũ veritatis habeat ſupra diſcusſimus. Tria ergo declaranda ſunt de intelligentia ſm intentionem huius Auctoris, Nam primo videndum eſt, quid ſit intelligentia: quia quęſtio quid eſt, eſt prima quęſtio in entibus. Licet non ſit prima quæſtio ſimplr̃. Suppoſita. n. entitate rei primo quęrendum eſt de re, quid ſit, & ideo primo agendum eſt de quiditate intelligentię, iam. n. ſuppoſitum eſt eam eſſe. ¶ Secundo agendum eſt de vniuerſalitate eius, cum dicat cauſa vniuerſalis. ¶ Et tertio agendum eſt de intelligentia ipſius cũ propria operatio eius ſit intelligere. ¶ Secundum hoc ergo tria facit Auctor, quia de his tribus agit. ¶ Secunda pars incipit ibi. (Omnis intelligentia ſit) ¶ In principio octauę propoſitionis. ¶ Tertia pars incipit ibi (omnis intelligentia eſt plena formis) in principio decimæ propoſitionis. ¶ Prima pars in qua agitur de quidditate intelligentiæ diuiditur in tres partes, quia in primis proponitur propoſitio in qua deſcribitur quid ſit intelligentia. ¶ Secundo illa propoſitio propoſita probatur, & declaratur. ¶ Tertio epilogat circa pręmiſſa. ¶ Scđa ibi (quod eſt quia ſi non eſt) Tertia ibi (Iam ergo verificatum eſt) Deſcribit ergo primo intelligentiam dicens, ꝙ (intelligentia eſt ſubſtantia, quę non diuiditur.)

In ꝓpoſitiõe. 3. y. 3. p. & in propõne 5. H. I.

B ¶ Dubitaret forte aliquis quare Auctor diffiniuerit ſic intelligentiam. Dicendum ꝙ (cum in diffinitione duo ſint. ſ genus, & differentia. Prima cauſa deſcribenda eſt quaſi totaliter per negationem, quia neq; determinatur ad genus, neq; contrahitur per dĩam ſuperadditam. Et ideo Auctor in deſcribendo cám primam ſolum negatiue deſcribit eam, dicens ꝙ (ipſa erat, cuius non eſt narratio, neq; loquela, neq; cogitatio, neq; intellectus, neq; meditatio, neq; ſenſus. Quod ſatis concordat cum verbis Dionyſij in de diuinis nõibus capite primo dicentis, ꝙ prima cauſa eſt incomprehenſibilis, & ꝙ eius non eſt neq; ſenſus, neq; phãtaſia, neq; opinio, neq; nomen, neq; ſermo, neq; ſciẽ. Nec iſta ſic intelligenda ſunt ꝙ nullo modo affirmatiue poſſimus aliquid ſcire de prima cã, quia ſcimus eam eſſe, & non ſolũ ſcimus eam eſſe, ſed ẽt ſcimus eam hẽre excellenter perfectiones oĩum entium. Et ſcimus ipſam eſſe, quia melius eſt eſſe, q̃ non eſſe, Veruntũ quia qñ intelligimus de ea aliquid affirmatiue, ſemper in nr̃o modo intelligendi eſt aliqua incõpactio, vel aliqua improprietas (vt dicit Dionyſius ſecundo de angelica hierarchia) & quia ſic eſt (vt idem Dionyſius ibidem ait) hoc eſt potentius in ipſa, cum ſignificatur de ea quid non eſt q̃ quid eſt. Voluit ergo Dionyſius negationes de Deo dictas (propter debilitatem cognitionis quam habemus de eo) eſſe potentiores, efficaciores, & magis propias q̃ affirmationes. Ideo forte Auctor primam cãm quaſi ſolum negatiue deſcribit. Sed de intelligentia non ſic dicendum eſt Nam cum intelligentia recedat à ſimplicitate primi, & non habeat eſſe in ſua infinitate: ſed hẽat ſpecialem modum eſſendi, de neceſſitate contrahitur ad prædicamentum determinatum.

In ꝓpoſitiõe. 6. p. T.

Dionyſi9

Dionyſi9

C

Diſtinguendo ergo Ens, ſolum in decem prædicamenta, ita ꝙ ſubſtantia non ſit niſi vnum genus, & vnum prædicamentum, & quia intelligentia ſm ſuam quiditatem contrahitur ad determinatum genus ad quod contrahitur. Et cum intelligentia ipſa ſit quędam res per ſe exiſtens ſcire poſſumus, ꝙ contrahitur ad prædicamentum ſubſtantiæ. Aduertendum tñ ꝙ ſicut intelligentia contrahitur ad certum genus, ſic contrahitur ad certam ſpeciẽ, & per certam dĩam. Quia tñ dĩa per quam ſic contrahitur non eſt nobis nota, Ideo Auctor deſcribendo intelligentiam deſcribit ipſam affirmatiue quantum ad genus, cum dicit (Intelligentia eſt ſubſtantia) & negatiue quantum ad differentiam cum ſubdit. (Quæ nõ diuidit̃) hoc ergo quod non diuiditur ſe hʒ ibi tanq̃ dĩa. Vnde non eſt proprie diffinitio, ſed magis eſt deſcriptio ipſius intelligentię, cum dicitur ꝙ intelligentia eſt ſubſtantia &c.

D

E ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum hæc deſcriptio data de intelligentia ſit vera: Et videtur ꝙ non: quia quodlibet compoſitum diuiditur, & reſoluitur in ſua componentia: ſed intelligentia eſt res compoſita ex finito, & infinito (vt ſupra dicebatur) ergo non eſt ſubſtãtia, quę non diuiditur, ſed magis econuerſo eſt ſubſtantia diuiſibilis cum diuidatur in ſua

In propoſitiõe. 4. M. & 7.

componentia. Dicendum ꝙ intelligentia non eſt ita ſimplex ſicut Deus,& ideo hēt perfectiones ſuper additas ſuę ſubſtantiæ. Deus.n.per ſuam ſubſtantiam eſt ſuper excellēter bonus,ſapiens,& oēs aliæ perfectiones ſibi competentes. Sed intelligentia hēt ſubſtātiam determinatam ad certum genus. Ita ꝙ in ſubſtantia illa non poſſunt reſeruari oēs perfectiones competentes cuilibet enti. Sub eſt.n.intelligentia ſuę perfectioni:ſicut ſubiectum ſubeſt ſuæ proprietati. Recedit ergo intelligentia à ſimplicitate primi: ſed non ſic recedit ꝙ ſit ita compoſita ſicut corpus. Nam corpus cū hoc ꝙ hꝫ perfectiones ſuper additas ſubſtantię hꝫ ēt ſubſtantiam compoſitam ex duabus naturis, Eſt.n.corpus compoſitum ex ſua eſſentia,& ſuo eſſe,vel ex ſua ſubſtantia,& ſuis proprietatibus, & ēt ſubſtantia corporis eſt compoſita ex materia,& forma,ſed intelligentia non ſic. Nam lꝫ intelligentia ſit cōpoſita ex ſubſtantia,& eſſe. Ipſa tñ ſubſtantia intelligentię eſt quędam forma ſimplex,& eſt quędam ſubſtantia per ſe exiſtens,indiuiſibilis,non compoſita ex duabus naturis realiter differentibus. Non obſtante ergo,ꝙ in intelligentia eſt aliqua compoſitio, ipſa tñ ſubſtātia eius eſt res quę non diuiditur. ❡Deinde cum dicit.

COMMENTVM propoſitionis ſeptimæ.

QVod eſt quia ſi non eſt cum magnitudine,neqꝫ eſt corpus,neqꝫ mouetur. Tunc proculdubio non diuiditur. F

❡Declarat & probat deſcriptionem de intelligentia datam,& duo facit. Quia primo præmittit quaſdam diſtinctiones de ipſis modis diuidendi. Secundo declarat ꝙ nullo illorum modorum diuiditur intelligentia ibi. (Cum ergo res eſt)Circa primū duo facit,ſm ꝙ duas ponit diſtinctiones de ipſis modis diuidendi. Secunda ibi (& iterum oē) Cōtinuetur ergo ſic littera. Bene dico ꝙ intelligentia non diuiditur,(quod eſt quia ſi) intelligentia(non eſt cum magnitudine neqꝫ eſt corpus,neqꝫ mouetur. Tunc proculdubio non diuiditur.)

❡Notandum aūt Auctorem hic dediſſe triplicem modum diuiſionis,videlicet ꝙ quicquid diuiditur,vel diuiditur,quia eſt magnitudo,vel quia eſt cum magnitudine,vel quia mouetur,quorum modorum(ſm eum) nullus competit intelligentię.

❡Notandum ēt ꝙ intelligentiam eſſe ſubſtantiam,eſt ita notum , ꝙ non indiget probatione,ſed ꝙ non diuidatur hoc indiget probatione,ideo circa hoc Auctor inſiſtit. G

❡Dubitaret forte aliquis quid appellet hic Auctor eſſe cum magnitudine. Dicendum ꝙ ſm quoſdam aliquod diuiditur dupliciter, vel per ſe,vt magnitudo,vel per accidēs,vt forma quæ eſt cum magnitudine. Albedo.n. non diuiditur per ſe,ſed ratione magnitudinis .i.ratione ſuperficiei in qua hꝫ eſſe,Volens ergo Auctor oſtendere ꝙ intelligentia non diuiditur,nec per ſe,nec per accidens,dicit ꝙ non eſt corpus,vel magnitudo (vt diuidaē per ſe) neqꝫ eſt cum magnitudine(vt poſſit diuidi per accidens) ſed lꝫ hoc ſit quoddam verū: tñ forte non ita ad intentionem Auctoris vadit. Nam ipſe ponit ſtatim aliam diſtinctionē de modis diuidendi perquā declarat diſtinctionem iſtam:& ideo oportet ſic exponere qđ hic dr̄,ꝙ concordet cum diſtinctione ſequenti. Sciendum eſt ergo ꝙ cauſa quare reperitur multitudo aliquorum ſm eandē formam eſt,quia forma illa eſt recepta in materia, & quia eſt cū magnitudine,& ideo in diuerſis partibus materiæ pñt recipi diuerſæ tales formę.Qđ ergo eſt corpus,eſt diuiſibile magnitudine.Sed quod eſt cū magnitudine eſt diuiſibile multitudine . Diſtinctio aūt iſta concordat cum diſtinctione ſequenti. Vbi dr̄ ꝙ oē diuiſibile, vel eſt diuiſibile magnitudine,vel multitudine,vel motu. ❡Deinde cum dicit. H

ET iterum omne diuiſibile non diuiditur,niſi aut in multitudinem,aut in magnitudinem,aut in motum.

¶ Dat aliam diſtinctionem de modis diuidendi per quã declaratur diſtinctio hic ſupra poſita dicens. quòd (Et iterum omne diuiſibile non diuiditur, niſi aut in multitudinem, aut in magnitudinem, aut in motum) Qño aũt concordet hæc diſtinctio cum præcedenti, patet quia corpus diuiditur magnitudine, forma aũt quę eſt in materia, vel quę eſt cum magnitudine diuiditur multitudine, quod autem mouetur diuiditur motu.

I ¶ Dubitaret forte aliquis vtrum illa ſit ſufficiens diuiſio, videlicet ꝙ omne diuiſibile diuidatur magnitudine, vel multitudine, vel motu. Et videtur ꝙ non: quia oĩs quantitas eſt per ſe diuiſibilis. Iuxta ergo duplex genus quantitatis. ſ. continuum, & diſcretum ſunt duo modi diuiſionum. Rurſus quia duplex eſt quantitas continua videlicet permanẽs, vt corpus, & ſucceſsiua, vt motus: ſic etiam erit duplex quantitas diſcreta, permanens & ſucceſſiua. Quàm forte duplicem quantitatem diſcretam voluit ſignificare phyloſophus in prædicamentis, cum dixit ꝙ diſcreta quantitas erat numerus, & oratio, intelligens per numerum quantitatem diſcretam permanentem, per orationem vero ſucceſsiuam. Nam in oratione, quot ſunt ibi litteræ tot ſunt ibi percuſsiones ad vocalem arteriam, & quælibet talis percuſsio eſt quædam vnitas ſucceſsiuam. Oratio ergo eſt multitudo cõpoſita ex varijs percuſsionibus, ſiue ex diuerſis vnitatibus ſucceſsiuis. Debuit ergo Author dare quatuor mẽbra diuiſionis, ad hoc ꝙ comprehenderet oẽm modum diuiſibilitatis, tam continuũ quàm diſcretum, tam ſucceſsiuum q̃ permanentem. Dicendum ꝙ in motu comprehenditur tempus. Vnde diuidere motum eſt diuidere tp̃s, vt patebit perſequentia. Et motus eſt quantitas continua, tp̃s vero quantum eſt de ſe eſt numerus, & eſt quantitas diſcreta. Per magnitudinem ergo & per multitudinem põt intelligi continnum, & diſcretum in permanẽtibus, ſed per motum, & tp̃s, poteſt intelligi continuum, & diſcretum in ſucceſsiuis, vel poſſumus dicere, ꝙ in iſtis membris diuiſionis continetur oĩs diuiſio ſm ꝙ ſpectat ad propoſitum. Nam ſi intelligentia diuideretur, vel hoc eſſet per ſe, vel ratione materiæ in qua reciperet, vel rõne operis quod ab ipſa progreditur. Si diuideretur ſm ſe, tunc eſſet corpus, & diuideretur magnitudine. Si autem diuideretur rõne materiæ in qua reciperetur, tunc eſſet forma in materia, vel eſſet forma in magnitudine, & tunc diuideretur multitudine, tertio ſi diuideretur rõne operis quod ab ea progreditur tunc moueretur, & diuideretur motu, vel tempore: quę omnia neganda ſunt ſm intentionem huius Auctoris. ¶ Ad argumentum in contrarium de quantitate diſcreta ſucceſsiua, patet ꝙ hoc membrũ includitur in diuiſiue poſita ab Authore. Vnde non eſt inſufficiens: vt arguens dicebat. ¶ Deinde cum dicit.

Cap. de quãtitate

K

SECVNDA pars principalis Commenti.

L CVM ergo res eſt ſub hac diſpoſitione eſt ſub tempore. quoniam nõ recipit diuiſionem niſi in tempore. Et intelligentia quidem non eſt cum tempore, immo eſt cum æternitate. Quapropter facta eſt ſuperior, & altior omni tempore corpore, & omni multitudine: quòd ſi inueniatur in ea multitudo, non inuenitur, niſi ſit quaſi vna res. Cum ergo intelligentia ſit penitus ſecundum hunc modum, diuiſionem non recipit.

¶ Premiſsis varijs modis diuiſionum dicit, quòd nullo illorum modorum ſit intelligentia diuiſibilis. Circa quod duo facit. Quia primo probat hoc generaliter in omnibus modis illis. Secundo probat hoc ſpecialiter de vno quoque illorum modorum per ſe, ibi. (Et ſignificatio quidem illius) dicit itaq; (cum ergo res eſt ſub hac diſpoſitione,) ſupple quòd diuidatur ſecundum aliquem dictorum modorum: tunc res illa (eſt ſub tempore: quoniam non recipit) res (diuiſionem) ad quam (niſi in tempore) & intelligentia quidem non eſt cum tempore, Immo eſt cum æternitatæ

(quapropter facta eſt ſuperior,& altior omni tpe) propter quod non diuiditur motu , & ſupple facta eſt ſuperior (corpore) propter qd̄ non diuiditur magnitudine: (&) ſupple facta eſt altior (omni multitudine).i.omni re materiali. Non ergo diuiditur multitudine, & ſubdit.(Quòd ſi inueniatur in ea) i.in intelligentia (multitudo:non inuenitur,niſi ſit quaſi vna res.) Et quia ſic eſt(cum ergo intelligentia ſit penitus ſm̄ hunc modum).i.penitus mēſuretur æternitate,& non tpe(diuiſionem non recipit) Eſt ergo vis rationis hujus ꝙ intelligentia omnem modum diuiſionis ſubterfugit. Quia ſm̄ Authorē nihil ſui mēſuratur tpe.

¶ Dubitaret forte aliquis,vtrum intelligentia ſm̄ aliquid ſui menſuretur tpe. Dicendum ꝙ in actionibus intelligentiarum(ēt ſcd̄m intentionem huius Auctoris) oportet ꝙ cadat aliqua ſucceſsio:Nam & ſi oīs intelligentia ſit plena formis intelligibilibus (vt dicet in ꝓpoſitione.10.) tn̄ oportet ꝙ non intelligat oīa ſimul,quæ pōt intelligere. Quia non pōt actu informari oībus illis formis. Intelligit ergo,hoc poſt hoc,& quia oīs ſucceſsio repugnat æternitati,non eſt concedendum ſimplr̄,ꝙ intelligentia parificetur æternitati , ēt loquendo de æternitate participata,quam (ſm̄ cōem modum loquendi) vocamus æuum, ꝙ ēt ſi volumus dicere ꝙ intelligere intelligentiarum cadat ſub tpe illud tempus erit valde æquiuoce dictum cum tpe noſtro, (vt in proſequendo patebit) nam ſi volumus accipere tp̄s propriē,intelligentia ēſt ſimplr̄ ſupra tp̄s:& ideo dicitur diuiſionem non recipere. M

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,vtrū intelligentia moueatur,ita ꝙ diuidatur motu. Dicendum ꝙ ſecundum intentionem huius Authoris intelligētia neq; mouetur, neq; mouet, Anima aūt cœli mouet,ſed non mouetur,quia motores cœlorum mouent immobiles(ſecūdum ſn̄iam phyloſophorum)cœlum aūt mouet,& mouetur. Et cum dicimus ꝙ intelligētia non mouet,non eſt intelligendum,ꝙ non moueat,quia non poſsit mouere , quia quod pōt virtus inferior pōt ēt ſuperior: tn̄ non eſt decens ꝙ moueat. Et(vt aliquo modo concordemus veritati fidei phyloſophorum dicta.) Sciendum ꝙ(ſecundum ſanctorum dicta) intelligentiæ(quas communi noīe vocamus angelos)& mouent,& mouentur. Mittuntur.n. ad nos in obſequium nr̄m,quod eſſe non poſſet,niſi mouerentur,& mouerent iſta corporalia. Quamuis aūt ſic ſit,intelligentię inferiores ſunt illæ,quę adminiſtrant, & mouent iſta corporalia,& quæ mittuntur ad nos(vt Plane vult Dionyſius in lib.de angelica hierarchia) ſed ſuperiores intelligentię,nec adminiſtrant hęc corporalia,nec mittuntur ad nos(vt propter hoc moueri dicantur. Et quia iſte Author per intelligentias intelligit ſuperiores ſubſtantias,& per aīas cœleſtes inferiores,ſatis pōt concedi,ꝙ ſuperiores intelligentię nō mouentur,nec mouent,non quia hoc ſit eis impoſsibile, ſed quia decentius eſt,vt adminiſtrationes corporum,& miſsiones,& motus fiant per intelligentias inferiores,q̄ per ſupiores. Author ergo iſte,& alij phyloſophi in loquendo de intelligentijs multum à veritate deuiant,tn̄ qualiter verificari poſsit,ꝙ intelligentiæ non diuidantur motu,& ꝙ non moueantur,nec moueant iam oſtendimus. N O Dionyſi9

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,dato ꝙ illud quod eſt ſupra tp̄s,ſecundum ꝙ hmōi nō diuidatur motu. Vtrum quod tale eſt non diuidatur magnitudine,nec multitudine,& videt ꝙ non,quia cœlum eſt ſupra tempus,cum ſit incorruptibile , & tn̄ diuiditur magnitudine: videtur ēt ꝙ diuidatur multitudine,quia hēt formam in materia. Dicendum ꝙ cœlum nō eſt ſimplr̄ ſupra tp̄s,quia mouetur,& motus eius menſuratur tpe, ſaltim quantum ad ſuas partes. Nam poſito ꝙ vera eſſet phyloſophorum poſitio.ſ.ꝙ motus cœli eſſet æternus , lʒ (hoc poſito) totus motus non menſuraretur tempore,non eſſet tn̄ ſignare aliquam partem motus,quæ non contineretur à tempore,& quę non menſuraretur tempore . Illa ergo(ſecundum intentionem huius Authoris)ſunt ſupra tempus,quę ſunt incorporea,talia autem non poſſunt diuidi magnitudine,quia non ſunt corporea , nec etiam diuiduntur multitudine quia non ſunt forma in materia. Dicemus ēt ꝙ nullum eſt corpus(loquendo de corporibus,quæ poſſunt ex ſenſibus comprehendi) quod non ſit mobile,& quod non habeat in ſe aliquid quod menſuretur tempore proprie dicto. In intelligentia aūt nihil eſt quod menſuretur tempore proprie ſumpto. Ergo iſta ratio.ſ.ꝙ intelligentię ſunt ſuperiores tē- P

pore(ſecundum intentionem huius Authoris)communis eſt ad excludẽdum omnem modum diuiſionis ab intelligentijs.

Q ¶Vlterius forte dubitaret aliquis qúo ſi in intelligentijs eſt multitudo,multitudo illa eſt ibi quaſi ſit res vera. Dicendum ꝙ in intelligentijs eſt multitudo, quia in qualibet illarũ eſt natura & eſſe. Rurſus in qualibet earum ſunt multę potentię, quia in qualibet earum eſt intellectus,& voluntas,& in qualibet earum eſt potentia intellectiua, & appetitiua. Rurſus in qualibet earum ſunt multę ſpecies intelligibiles, quia quælibet earum eſt plena intelligibilibus formis: Omnia tñ iſta ſunt ibi modo vno,ideſt modo indiuiſibili,vel inſeparabili,ſiue inammiſsibili. Nam intelligentia non poteſt aliquam amittere de ſuis ſpeciebus intelligibilibus per obliuionem,neq; poteſt perdere per alterationem aliquam de ſuis potentijs,neq; poteſt per corruptionem ſeparari à ſuo eſſe,Omnia ergo iſta ſunt ibi vno modo:quia hęc omnia ibi,ſibi inuicem inſeparabiliter connectuntur. ¶Deinde cum dicit.

R ET ſignificatio quidem illius eſt reditio ſuper eſſentiam ſuam, & quia non extenditur cum re extenſa,ita vt ſit vna ſuarum extremitatum ſecunda ab alia: quod eſt quia quando vult ſcientiam rei corporalis non extenditur cum ea,ſed ipſa ſtat fixa ſecundũm ſuam diſpoſitionem, quoniam eſt forma à qua non pertranſit aliquid: & quidem corpora non ſunt ita.

¶Probat ſpecialiter de vno quoq; iſtorum modorum diuiſionum. Circa quod tria facit: Quia primo oſtendit, ꝙ intelligentia non diuiditur motu. Secundo ꝙ non diuiditur magnitudine: Et tertio ꝙ non diuiditur multitudine. ¶Secunda ibi(& ſignificatio ꝙ intelligẽtia) ¶Tertia ibi(& intelligentia quidem eſt multa.) ¶Dicit ergo(& ſignificatio quidem illius) videlicet ꝙ intelligentia non diuidatur motu (eſt reditio ſuper eſſentiam ſuam) & conuerſio ſuper ſeipſam (& quia non extenditur cum re extenſa ita,vt ſit vna ſuarũ extremitatum ſecunda) diuiſa (ab alia) quaſi dicat ꝙ intelligentia eſt ſupra ſe conuerſiua, & cum intelligit iſtas res corporales non extenditur cum eis,& ideo ſubdit,(quod eſt) videlicet ꝙ intelligentia non ſic extendatur (quia quando) intelligentia(vult ſcientiam rei corporalis non extenditur cum ea: ſed ipſa ſtat fixa ſecundum ſuam diſpoſitionem; quoniam eſt forma à qua non pertranſit aliquid).i. non deperit aliquid. Et quidem corpora non ſunt ita) videlicet ꝙ non extendantur ꝙ & ab eis non depereat aliquid. Eſt ergo intentio huius Authoris,quod ad intelligere ipſius intelligentiæ non eſt motus. Ergo intelligentia quantum ad propriam operationem non diuiditur motu.

S ¶Notandum autem ꝙ propria operatio intelligentiæ eſt intelligere,& nihil mẽſuratur proprie tempore niſi motus. Cum ergo intelligere ipſius intelligentiæ non ſit motus propria operatio ipſius intelligentię eſt ſupra tp̃s. Et ex hoc dicta eſt parificari æternitati,quia neq; ſubſtantia ipſius,neq; propria operatio eius,proprie accipiendo tp̃s, tempore menſuratur. Sed de aĩa cœli ſm̃ intentionem eius,non eſt ſic: quia propria operatio animæ cœli ſecũdum ipſum eſt motus. Propter quod licet anima ſm̃ ſuam ſubſtantiam, non menſuretur tempore,motus tamen qui eſt ab ipſa tempore menſuratur.

¶Notandum etiam ꝙ aliqui libri hñt negatiuam litteram,videlicet ꝙ intelligentia quãdo vult ſciam rei corporalis non extẽditur cum ea, Aliqui vero hñt eam affirmatiuã: & vtrũq; poteſt ſaluari. Nam intelligentia intelligendo rem corporalem non extenditur cum ea ſic ꝙ intelligat partem poſt partem,ſicut corpus extenditur cum ſpacio, tranſeundo partem poſt partem,vel intelligentia intelligendo rem corporalem extenditur cum ea.i. cõplectitur eam,& comprehendit ipſam,& ſimul,eam totam intelligit. Intelligere igitur ipſius intelligentię(prout ipſa intelligit corporalia)non menſuratur motu.

T ¶Dubitaret forte aliquis,qũo Author probet per verba,quæ hñtur in littera ꝙ intelligen-

tia non diuidatur motu. Dicendum ꝙ ſm̃ eum illud proprie diuiditur motu cuius ꝓpria operatio eſt motus. Propria autem operatio ipſius intelligentiæ eſt intelligere quod non debet dici motus, & ideo quantum ad propriam operationem eius, Intelligentia non dicitur diuidi motu. Tangit autem Author tria, quorum quodlibet ſufficienter probat, ꝙ intelligere ipſius intelligentię non debeat dici motus. Quorum primum eſt, ꝙ intelligentia redit ſupra ſe ipſam. Secundum ꝙ intelligentia in intelligendo corporalia non ſe extẽdit ſm̃ illa, Tertium eſt ꝙ intelligentia non eſt forma a qua aliquid depereat. Primum ſic patet. Nam probatur in ſeptimo phyſicorum, ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. Operatio autem quæ terminatur ad ſeipſam non poteſt eſſe motus. Quia ſi res poſſet habere operationem, quę terminaretur ad ſeipſam, & iſta operatio eſſet motus. Tunc res moueret ſeipſam, & cum intelligere intelligentiæ poſſit terminari ad ſeipſam, & ad eſſentiam ſuam, quia intelligentia per ſuum intelligere intelligit ſeipſam, & eſſentiam ſuam, impoſſibile eſt ꝙ illud intelligere ſit motus. S T. c. primi.

¶ Arguit etiam hęc ratio, ꝙ intelligentia non ſit corpus, quia corpus non eſt ſupra ſe cõuerſiuum (vt vult Proclus in propoſitione ſua decimaquinta) & ideo dicitur in littera, ꝙ intelligentia non eſt res extenſa, nec habet eſſe in re extenſa, quia neque extenditur per ſe, neq; per accidens, ita quòd vna ſuarum partium ſit ſecunda, & ſic diuerſa ab alia. Secundũ autem ſic patet, quia res mota per motum ſuum commenſurat ſe ſpacio per quod mouetur, & poſtea commenſurando ſe illi ſpacio extendit ſe ſucceſſiue ſecundum partes illius ſpacij, donec totum ſpacium pertranſeat. Sic ſi intelligere ipſius intelligentię eſſet motus intelligentia cum intelligeret rem corporalem extenderet ſe, & commenſuraret ſe illi rei corporali. Cum ergo hoc ſit falſum, quia immateriale non põt ſe commenſurare materiali, intelligere ipſius intelligentiæ non debet dici motus. Tertium autem ſic declaratur. Nam non mouetur aliquid, niſi aliquid dimittat, & aliquid acquirat, vel in omni motu aliquid deperit, & aliquid acquiritur. Si ergo intelligere ipſius intelligentiæ, loquendo de intelligere ſm̃ quòd intelligit nữa corporalia, eſſet motus, tunc intelligentia non intelligeret totum lapidem, vel totam aliam rem corporalem ſimul, ſed pertranſeundo intelligeret ipſam, & intelligeret partem poſt partem, & cum intelligeret ſecundam partem deſineret intelligere primam. Sed intelligentia intelligit totam rem corporalem ſimul, Nam & nos qui valde ab intelligentijs in intelligendo deficimus non intelligimus ſic pertranſeundo, neq; eſt noſtrum intelligere talis tranſitus. Intelligentia ergo non eſt forma quę aliquid per intellectum ſic pertranſeat, ſiue non eſt forma cuius intelligere ſit talis pertranſitus, & per conſequens ſuum intelligere non eſt motus. Vtrum autem poſſit mouere, & vtrum poſſit moueri Patet quid ſit dicendum de hoc. Sed de miſſionibus, & de motibus Angelorum pertractare præſens ſpeculatio non admittit, tertium, itaq; de Leui patet. Nam loquendo de motu propter quem aliquid deperit, & aliquid acquiritur, eo ipſo, quòd intelligentia eſt forma a qua nihil deperit, ipſa non diuiditur motu. Immo ſi aliquid ibi deperit, vel acquiritur hoc (vt patebit) eſt ſine motu. V Proclus. X

¶ Vlterius autem quia intellectus hominis non quieſcit. Dubitaret forte aliquis, vtrum intelligere ipſius Angeli ſit motus. Et videtur quòd ſic, Quia omnis ſucceſſio reducitur ad naturam motus. Cum ergo intelligentia non intelligat omnia ſimul, videtur quòd ſuum intelligere ſit motus. Dicendum quòd plus dicit motus quàm non agere omnia ſimul, vt puta ſi aliquis eſſet in aliquo ſpacio, & poſſet tranſire illud ſpacium ad ſiniſtram, & ad dexteram, & antrorſum, & retrorſum, & non poſſet ſimul pergere in oẽm partem, Attamen ſi vellet tranſire in dexteram, totum illud ſpacium ſimul ſine ſucceſſione tranſiret, ſic etiam ſi vellet ad ſiniſtram, vel ad aliam differentiam poſitionis pergere, totum ſimul trãſiret. Hac autem hypotheſi ſtante, tranſitus talis non eſſet motus, quia non menſuraretur tempore, ſic licet intelligentia non poſſit ſimul intelligere omnia. Tamen quia quamlibet rem poteſt intelligere totam ſimul, ideo eius intelligere non eſt motus. ¶ Deinde cum dicit. Y

z Et ſignificatio ꝙ intelligentia non eſt corpus neq; diuiditur eius ſubſtan-tiā: & eius operatio, eſt, ꝙ vtraq; ſunt res vnā.

℄ Oſtendit ꝙ intelligentia non diuiditur magnitudine, quæ ratio etiam concludit ꝙ non diuidatur motu, & operatione dicens, (Et ſignificatio ꝙ intelligentia non eſt corpus neque diuiditur eius ſubſtantia & eius operatio eſt, ꝙ vtraq; ſunt res vna.) & ideo nec ſubſtā-tia diuiditur magnitudine, nec operatio motu.

℄ Dubitaret forte aliquis qūo ſubſtantia, & operatio intelligentię ſunt res vna. Dicendū ꝙ accidens diuiditur diuiſione ſubti, pp quod accidens quod fundatur in re diuiſibili eſt diuiſibile, & motus exiſtens in corpore diuiditur diuiſione corporis (vt ꝓbatur ſexto phy-ſicorum ibi.n. demoſtratur ꝙ motus diuiditur diuiſione mobilis. Operatio ergo & ſubſtan-tia ſunt res vna: quia q̄tum ad diuiſionem & indiuiſionē vno modo loquendū eſt de ſub-ſtantia & operatione, ex quo ergo operatio eſt indiuiſibilis motu, & ſubſtantia eſt indiuiſi-bilis magnitudine. Iſta ergo ratio, ꝙ intelligentia non diuidatur magnitudine, fundatur ſu-per hoc, ꝙ eius operatio non diuiditur motu.

T.c.37. &.39.

℄ Vlterius forte dubitaret aliquis. Quia vř ꝙ illa ratio præſupponat falſum, vz ꝙ loquen-dum ſit de ſubſtantia ſicut loquimur de operatione. Nam multa ſunt, quoꝝ operatio, non diuiditur motu, & non menſuratur tempore & tñ ſubſtantia eoꝝ diuiditur magnitudine, vt Sol illuminat aërem in inſtanti, & illuminatio illa non menſuratur tpe, & tamen Sol eſt cor-pus, & diuiditur magnitudine. Dicendū ꝙ hoc intelligendum eſt, de operatione conuer-ſiua, quā operationem oportet eſſe indiuiſibilem, & etiā ſubiectum habens talem operatio-nem oportet eſſe indiuiſibile. De tali ergo operatione, & ſubſtantia q̄tum ad diuiſionem & indiuiſionem loquendum eſt vno modo: Et quia intelligere ipſius intelligentiæ, eſt ope-ratio ad ſe conuerſiua, ideo in propoſito tenet. Nam impoſſibile eſt ꝙ talis operatio diui-datur motu, & impoſſibile eſt ꝙ ſubſtantia habens talem operationem ſit corpus, vel diuidatur magnitudine. ℄ Deinde cum dicit.

& Et intelligentia quidem eſt multa propter bonitates quæ adueniunt ei a cauſa prima, & ipſa q̄uis multiplicetur per hunc modum, tamen quia appropinquat vni fit indiuiſibilis. Intelligentia quidē non recipit diuiſio-nem: quoniā eſt primum cauſatū, quod eſt cauſatū a cauſa prima, & vni-tas eſt dignior q̄ diuiſio.

℄ Declarat ꝙ intelligentia non diuiditur multitudine, dicens (& intelligentia quidem eſt multa pp bonitates, quę adueniūt ei a cauſa prima) tñ (ſupple) q̄uis intelligentia ſit mul-ta, eſt tamen multa modo indiuiſibili: & quia nō habet multitudinē modo diuiſibili, ideo dicitur non diuidi multitudine, Hoc eſt ergo quod ſubdit, ꝙ (& ipſa) intelligentia (q̄uis multiplicetur per hunc modū, tamen quia appropinquat vni). ſ. ſimpliciſſimo & indiuiſi-bili. (fit) res (indiuiſibilis) Intelligentia ergo eſt indiuiſibilis pp propinquitatem quā ha-bet ad indiuiſibile. Hoc eſt ergo quod ſubdit, ꝙ (intelligentia quidē non recipit diuiſionē, quoniā eſt primum cauſatū, quod eſt cauſatum a cā prima) ergo eſt digniſſimū inter crea-ta (& vnitas) conſtat ꝙ (eſt dignior q̄ diuiſio) ergo intelligentia eſt vna & indiuiſibilis.

? ℄ Notandum aūt vim rōnis huius in hoc conſiſtere, ꝙ prima cā eſt quid vnum, & modo vno, aīæ vero & corpora ſunt multa & modo multo, ſeu modo diuiſibili, quia ibi eſt ſub-ſtantia & operatio, & ſubſtantia aīę licet ſit indiuiſibilis, operatio tñ eius, quæ eſt motus diuiſibilis eſt. Ergo aīa habet in ſe multa, & non habet oīa illa modo indiuiſibili. Corpo-ra vero hñt in ſe adhuc maiorem diuiſibilitatē quàm aīa. Intelligentia ergo quę eſt media inter cām primam, & aīam participat plus de indiuiſione, q̄ anima. Et ideo licet ſit multa,

quia non poteſt eſſe ita ſimplex ſicut cauſa prima: habet tamen illa multa mō indiuiſibili, quia neq; eius ſubſtantia diuiditur neq; eius operatio propria. Rurſus habet multa modo indiuiſibili, quia neq; ſubſtantia ſeparatur ab eſſe, neq; econuerſo, & potentiæ ipſius intelligentię v3 intellectus & voluntas, neq; ſeparantur ab inuicem, neq; a ſubſtantia, & ſpecies intelligibiles neq; ſeparantur ab inuicem, neq; ab intellectu in quo exiſtunt. Sed dices hęc oīa habet aīa cœli. Propter quod ſciendū ꝙ propria operatio aīę eſt mouere, ſed propria operatio intelligentiæ eſt intelligere. Loquendo ergo (ſm ꝙ iſtę Author loquit̃) in aīa cœli licet ſubſtantia non ſit ſeparata a virtute. Virtus tñ & ſubſtantia ſunt ſeparata ab actu, quem actū anima ipſa operatur in corpore cœli. Nam cū motus ille non ſit totus ſimul, & ei quod non eſt nihil poſſit eſſe coniunctum, nō eſt coniuncta ſubſtantia aīæ cœli nec eius virtus toti motui cœli: ſed intelligere intelligentiæ non eſt ſic diuiſibile. Nam licet aīa mouens rem corporalē non exerceat totum motū ſimul, neq; ſit cōiuncta toti motui ſimul. Cū tamen intelligentia rem corporalē intelligit pōt eam intelligere totam ſimul quod faciendo eſt toti illi intelligere coniuncta ſimul. Etiam intelligentia eſt ſuo intelligere cōiuncta, quia intelligere eſt in ea, ſed anima non eſt ſic coniuncta ſuo motui, quia huiuſmodi motus non eſt in anima. ¶ Deinde cum dicit.

Iam ergo verificatū eſt, ꝙ intelligentia eſt ſubſtantia, quæ nō eſt cū magnitudine corporali, neq; corpus, neq; mouetur per aliquē modorū motus corporum. Quapp facta eſt ſupra tp̄s cū æternitate, ſicut oſtendimus.

¶ Epilogat circa determinata dicens (Iam ergo verificatum eſt ꝙ intelligentia eſt ſubſtantia quæ non eſt cum magnitudine corporali, neq; corpus, neq; mouetur per aliquem modorum motus corporum. Quapp facta eſt ſupra tempus cum æternitate, ſicut oñdimus.)

PROPOSITIO OCTAVA.

OMNIS Intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe. Verūtamen ſcit quod eſt ſub ſe, quoniam eſt cauſa ei, & ſcit quod eſt ſupra ſe, qm̄ acquirit ab eo bonitates. A

¶ Poſtquam Auctor determinauit de quiditate intelligentię deſcribendo quiditatē eius, in parte iſta (vt dicebatur) determinat de eius vniuerſalitate, circa quod duo facit. Quia primo determinat de vniuerſalitate ſuæ cognitionis. Secundo determinat de vlitate ſuę influentiæ, & ſui regiminis ibi (Oīs intelligentiæ fixio) in principio nonæ propōnis. Circa primum tria facit, quia primo præmittit propōnem proponentē ꝙ intelligentia cognoſcit oīa, tam q̄ ſunt ſupra ſe, q̄ quæ ſunt ſub ſe. Secundo qđ dixerat declarat, & probat. Tertio epilogat circa determinata. ſecunda ibi (& intelligentia quidē.) Tertia ibi (iam ergo manifeſtū eſt.) Dicit ergo primo ꝙ (oīs intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, & qđ eſt ſub ſe, verūtamen ſcit quod eſt ſub ſe, qm̄ eſt cā ei, & ſcit qđ eſt ſupra ſe, qm̄ acquirit ab eo bonitates).i. quoniam eſt cauſatum eius. In ppoſitione.7.a

¶ Dubitaret forte aliquis, vtrum verum ſit, ꝙ intelligentia ſciat quod eſt ſupra ſe, quoniā eſt cauſatum eius, & quod eſt ſub ſe, qm̄ eſt cauſa ei. Dicendū ꝙ ſi imus ad intentionem cauſæ & cauſati (vt cōmuniter ponitur) neq; intelligentia ſcit ſuperiora quia cauſatū, neq; inferiora quia cā, intelligentia.n. non cauſatur per ſuam ſcīam, immo cātur per ſcīam cauſæ. Scīa ergo ſua non facit eam eſſe cātam, neq; etiā ſcit inferiora quia eſt cā eis, vt quia cauſat, iō ſciat, immo magis, quia ſcit iō cauſat, & ſic inſtare (vt cōiter inſtatur) nō eſt ire ad intentionē Authoris. Propter hoc ſciendum ꝙ intentio cauſæ & cauſati vr̃ fundari in

B aliqua aſſimilatione. Nam hoc nomen cauſa importat intentionem finitã prout agens aſſimilat ſibi paſſum (loquẽdo de cã efficiente, de qua hic loquimur, intentio vero huius nominis cauſatum ſumitur in eo ꝙ cauſatũ aſſimilatur cauſæ. Cum ergo oĩs cognitio fiat per aſſimilationem, intelligentia cognoſcet ſuperiora, vt cognoſcet primã cauſam, prout cauſata ab ea aſſimilatur ei. Nam ipſa intelligentia (prout eſt cauſatũ cauſę primæ) eſt quædam imago, & quoddam repreſentatiuũ eius. Et quia omne repreſentatiuũ & oĩs imago eſt apta nata ducere in illud cuius eſt imago: intelligentia cognoſcendo ſe, cognoſcit ſe cauſatum ſuperiorũ, quorum ſimilitudinem gerit. Intelligentia. n. cognoſcendo ſeipſam poteſt cognoſcere ꝙ ipſa non eſt ſuũ eſſe, ſed ꝙ eſt in potentia ad eſſe, & quia ab alio habet eſſe, & ſciens ꝙ ab alio habet eſſe, põt ſcire ꝙ eſt ſimilitudo & imago eius a quo habet eſſe. Hoc ergo modo cognoſcit ſuperiora vt cauſatũ ab eis, quia vt cauſatũ, eſt quoddam exemplatum, & quædã ſimilitudo cauſæ, per quã ſimilitudinem poteſt habere cognitionẽ ſuę cauſæ. Rurſus ſicut cognoſcit quod eſt ſupra ſe in quantũ cauſatum eſt aſſi-

C milatum ei, ſic cognoſcit quod eſt ſub ſe (ſecundum intentionem huius Authoris) in quantum eſt cauſa.i.in quantum eſt exemplar ei. A ſuperioribus ergo bonitatem recipit, & eſt exemplatũ eorum, inferioribus autem bonitates influit, & (ſm hunc Authorem) eſt exemplar eorũ. Aſſimilatio ergo ad ſuperiora, eſt influentiã recipiendo, quod pertinet ad rem cauſatã: quia cauſari eſt recipere. Sed aſſimilatio ad inferiora eſt influentiã dando, quod pertinet ad cauſam, quia cauſę eſt in alia influere. Si ergo cognitio eſt per aſſimilationem ſuperiora cognoſcet, vt cauſatum, quia ſic aſſimilatur eis: Inferiora vero, vt cauſa, quia ſic aſſimilat ſibi illa. Non eſt ergo intentio Authoris, ꝙ quia cauſatum, ideo cognoſcat, nec intentio eius eſt ꝙ cauſa ſit ratio, quare intelligentia ſit ſciens, cum magis ſit econtrario: quia, vt eſt ſciens eſt cauſa, ſed hoc ideo dictũ eſt ꝙ cognoſcit inferiora vt cauſa quia in ratione exemplari in qua fundatur ratio cauſæ cognoſcit quod eſt infra ſe, ſicut in ratione exemplati in qua fundatur ratio cauſati ſcit quod eſt ſupra ſe.

D ¶Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrũ ſit hoc verum ꝙ intelligentia ſit exemplar oĩum inferiorum, ita ꝙ ſciat oĩa iſta in eo ꝙ cauſa, quia ſcit in rõne exemplari, in qua fundatur ratio cauſæ: Dicendũ ꝙ (ſm intentionem huius Authoris) nulla eſt intelligentia quæ nõ

A ſit cã impreſſionis alicuius aĩæ cœleſtis, & per conſequens quæ non ſit cã omnium quæ hic inferius aguntur, Adeo ꝙ oĩa hic inferius acta reducuntur ad Artem intelligentiæ (ſecũdum ꝙ oĩa artificialia reducuntur in artem artificis, & ſm quoſdam) quantũ ad motores orbium, habet huiuſmodi ſententia aliquã veritatem, vt ſicut ſerra non inducit formam artis, niſi in virtute artis: ita ꝙ ſpecies in mente artificis eſt illud in cuius virtute ſerra artificiatum producit ſimile arti: ſic corpora cœleſtia ſunt quaſi organa intelligentiarũ mouentium, & nihil hic inferius efficiunt cuius exemplar non ſit in mente motorum orbiũ, ſicut nullam formam inducit organũ Artificis cuius exemplar non ſit in mente artifi-

E cis. Sed hic modus dicendi non eſt neceſſarius. Poſſunt.n.intelligentiæ intelligere hęc inferiora abſq; hoc ꝙ ſint eoꝝ cauſę. Nã licet omnis cognitio ſit per aſſimilationem, & aſſignati ſint duo modi aſſimilationũ, videlicet prout cã aſſimilat ſibi cauſatum, & prout cauſatum aſſimilatur cauſæ, poſſumus & tertiũ modum aſſimilationis aſſignare, vt dicamus aliquid ſimile alteri & habere in ſe ſimilitudinem alterius, non quia produxerit illud, vel

12.Meth. c.18.ſfine ꝙ productum ſit ab illo, ſed quia ambo ſunt producta à tertio. Nam ſm Cõmentatorem omnes formæ quæ ſunt potentia in materia prima ſunt actu in motore primo. Ab Ideis ergo in mente diuina, & a formis, quę ſunt in cã prima deriuãtur omnes formæ quę ſunt hic inferius generatæ, & ab iſtis eiſdem Ideis, vel ab illis eiſdem formis deriuantur ſpecies intelligibiles in ipſas intelligentias quæ ſunt repræſentatiuę oĩum iſtorum inferiorum. Sũt ergo in ipſis intelligentijs ſpẽs repræſentantes hęc inferiora: & ſunt ſimilitudines in eis, iſtorum inferiorum. Sed hæc aſſimilatio non oportet ꝙ ſit ex eo ꝙ vnum cauſatũ eſt ab altero, ſed quia ambo ſunt cauſata a tertio. Dictum ergo huius Authoris de vniuerſalitate ipſius intelligentiæ, non eſt ſufficiens, vt patet per habita. ¶Deinde, cum dicit.

COMMENTVM Propōnis Octauæ.

ET intelligentia quidem eſt ſubſtantia intelligibilis ergo ſecūdum modum ſubſtantiæ ſuæ ſcit res quas acquirit deſuper. Ipſa ergo diſcernit quod eſt ſupra eam, & quod eſt ſub ea. Et ſcit ꝙ illud quod eſt ſupra eā eſt cā ei, & quod eſt ſub ea, eſt cauſatum ab ea, & cognoſcit cām ſuam, & cauſatum ſuum per modum quo eſt cauſa eius. F

¶ Declarat & probat quod dixerat. Circa quod quatuor facit ſm ꝙ quatuor rationes adducit ad propoſitum. Secunda ibi (& ſimiliter omnis) Tertia ibi (& ſi hoc eſt ita) Quarta ibi (& ſignificatio illius.) Dicit ergo ꝙ (& intelligentia quidē eſt ſubſtantia intelligibilis. Ergo ſm modum ſubſtātiæ ſuę ſcit res quas acquirit).i.ſm ꝙ acquirit (deſuper) ſupple bonitates (ipſa ergo diſcernit quod eſt ſupra eam, & qđ eſt ſub ea, & ſcit ꝙ illud quod eſt ſupra eam eſt cauſa ei, & quod eſt ſub ea eſt cauſatum ab ea) quaſi dicat ꝙ ſcit inferiora tanquā cauſa, & ſcit ſuperiora tanquā cauſatum, & ſubdit ꝙ (&) intelligentia (cognoſcit cām ſuam) ſupple vt eſt cauſatum ab ea (& cauſatum ſuū) ſupple cognoſcit (per modum quo eſt cauſa eius) pōt autem ſic formari hæc ratio. Quodlibet agens agit ſecūdum modum ſubſtantiæ ſuę, & ideo ait intelligentia ergo quæ eſt ſubſtantia intelligibilis intelligit per modū ſubſtantiæ ſuæ & per modum ſui eſſe, ſed ſuum eſſe (ſecundū mentem huius Authoris) reſpectu ſuperiorum eſt cauſatū, & reſpectu omniū inferiorum eſt cā. Ergo intelligit quod eſt ſupra ſe, tanquā cauſatum, & quod eſt ſub ſe, intelligit tanquā cauſa.

¶ Dubitaret forte aliquis, vnde eſt ꝙ intelligentia intelligit ſecundū modū ſubſtantiæ ſuę. Dicendum ꝙ ſicut experimur in nobis, in intelligendo eſt motus rerum ad animam: ſed in volendo eſt motus animæ ad res: Intelligimus enim Balneum per formam balnei ſe multiplicantem vſq; ad intellectum Ita ꝙ balneum intelligitur a nobis prout eſt in intellectu noſtro. Sed tamen volitum eſt a nobis balneū prout eſt in ſe ipſo. Nam ſpecies intelligibilis in intellectu ſufficit ad intelligendum, non tamen ſufficit ad ſatiandum intellectum vel appetitum. Ad intelligendum enim balneū ſufficit nobis habere ſpeciem balnei: ſed ſi volumus balneum nō ſumus contenti de eius ſpecie intelligibili: niſi rem ipſam quę eſt balneum habeamus. Nam licet verum & falſum ſint in anima, bonū tamen & malum ſunt in rebus (vt dicitur in. 6. Methaphyſicę:) Quicquid ergo ſit de velle, quia forte res eſt volita, vt eſt in ipſa: Planum eſt tamen de intelligere, ꝙ res eſt intellecta vt eſt in intellectu. Bene ergo dictum eſt ꝙ intelligentia intelligit, ſecundū modū ſubſtātiæ ſuæ, & ſm modum ſui eſſe, quia vt res ſunt in ea, ſic intelliguntur ab ipſa. ¶ Deinde cū dicit. G T. cō. 8.

Et ſimiliter omnis res non ſcit meliorem rem & rem maiorem, & inferiorem, & deteriorem: niſi ſecundum modum ſuæ ſubſtantiæ & ſui eſſe, non ſecūdum modum ſecundum quem ſunt res. H

¶ Ponit ſecundam rationem dicens ꝙ (& ſimiliter omnis res non ſcit meliorem rem, & rem maiorem, & inferiorem: & deteriorem: niſi ſecundum modum ſuæ ſubſtantiæ, & ſui eſſe: nō ſecundum modum ſecundum quem ſunt res) Poſſet ergo ſic formari ratiō. Res non ſciuntur vt ſunt in ſe ipſis: ſed vt ſunt in intelligente, ſed illud quod eſt in intelligentia, vt comparatur ad ſuperiora eſt vt cauſatum, vt comparatur ad inferiora (ſecundū hunc Authorem) eſt vt cauſa. Ergo (ſecundum eum) intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, tanquam cauſata ab eo, & inferiora tanquam cauſa eorum.

¶ Dubitaret forte aliquis qũo ex illa ratione ſequitur, ꝙ intelligentia intelligat quod eſt ſupra ſe, tanquam cauſa, & quod eſt ſub ſe, tanquam cauſatum. Dicendum ꝙ in cognitione (quantum ad pręſens ſpectat) eſt tria conſiderare, videlicet cognoſcens, cognitum, & modum cognoſcendi. Et ſecundum hoc tactæ ſunt tres viæ qũo intelligentia cognoſcat ſuperiora, tanquam cauſas, & inferiora tanquam cauſata. Nam prima via innitebatur modo cognoſcendi. Dicebatur.n. quòd modus coguoſcendi eſt per aſsimilationem, & intelligentia ei quod eſt ſupra ſe, aſsimilatur tanquam exemplari ſuo, inferioribus aũt (ſequendo hunc Authorem, Nos.n. non ponimus quòd intelligentię ſint ſicut cauſæ horum inferiorum (vt iſte Author ponit) aſsimilatur tanquam ſuis exemplatis. Secundum ergo hunc modum loquendi intelligentia cognoſcit quod eſt ſupra ſe tanquam exemplar, & per conſequens tanquam cauſa, quod vero eſt ſub ſe cognoſcit tanquam exemplatum, & per conſequens tanꝗ cauſatum. Et hæc via tangebatur in ipſa propoſitione, & adducebatur exponendo propoſitionem propoſitam.

Tres vię

Pría via. I

Secunda via.

Secunda via ad hoc idem pót ſumi ex ipſo cognoſcente, nam agere pręſupponit eſſe, & maxime intelligere. Vnde intellectus intelligit ſecundum modũ ſuæ ſubſtantiæ & ſecundum modum ſui eſſe. Ergo ſicut eſſe ipſius intelligentiæ reſpicit quod eſt ſupra ſe, tanquam cauſam, & (ſequendo hunc Authorem) reſpicit quod eſt ſub ſe tanꝗ cauſatum (ſecundum hanc viam) dicemus quòd intelligentia cognoſcit illud quod eſt ſupra ſe tanquam cauſam, & quod eſt infra ſe tanquam effectum.

K Et vt magis pateat hæc ratio, ſciendum quòd ipſa ſubſtantia intelligentiæ, eſt radicale principium ipſius intelligere, quod competit ei. Nam intelligentia intelligit per ſpẽs intelligibiles. Illę aũt ſpẽs intelligibiles in aliquibus ſunt magis vniuerſales, & in aliquibus minus: Et in aliquibus illę ſpẽs hñt plus de luce, & plus de actualitate, in aliquibus vero minus: quod totum contingit ex diuerſitate naturarum, & ſubſtantiarum. Nam illa ſubſtantia, & illa natura intelligentię, quę eſt propinquior primo recipit ſpẽs magis, vniuerſales, & recipit ſpẽs magis claras, & habentes plus de actualitate, & luce. Modus ergo intelligendi in intelligentijs (qui in aliquibus eſt vniuerſalior, & in aliquibus minus vniuerſalis, in aliquibus eſt clarior, & in aliquibus minus clarus) ſumit mẽſuram ex ipſo modo ſubſtantiæ, & ex ipſo modo eſſendi. Et quia modus eſſendi ſubſtantię, & modus ſubſtantię eſt, quòd ſuperiora reſpiciat tanquam cauſam, inferiora vero (ſecundum hunc Authorem) tanquam cauſatum, ideo &c. Et huic viæ de modo eſſendi, & de modo ſubſtantię innitebatur prima ratio facta ab Authore ad declarandum propoſitionem propoſitam. Verum quia propoſitio ſic expoſita hẽt calumniãcum dictum ſit, quòd intelligentia non eſt cauſa iſtorum inferiorum eo modo quo dicit Author. Non.n. oportet quòd aſsimilatio iſtorum inferiorum ad intelligentiam ſit ex eo, quòd hæc ſũt cauſata ab illa, vt dicamus, quòd ideo iſta inferiora aſsimilantur ſpeciebus exiſtentibus in intelligentijs: quia ſunt exemplata, & producta ab illis. Sed hmõi aſsimilatio, non quia vnum ſit productum ab alio.

L Sed quia ambo ſunt producta à tertio: quia ab illis eiſdem ideis, à quibus fluunt ſpẽs intelligibiles in intelligentijs cauſantur materiales formę, ideo iſtę ſpẽs ſunt repreſentatiuæ iſtorum, & per hmõi repreſentationem, & aſsimilationem dici pñt intelligentię cognoſcere hęc inferiora. Ideo ſi volumus exponere ſine calumnia qũo intelligentia intelligat ſuperiora per modum cauſati: inferiora vero per modum cauſę. Dicemus quòd omnis actualitas rei pót dici quędam lux eius. Nam (vt dicebatur) nomen lucis à manifeſtatione eſt impoſitum, & res manifeſtatur per actualitatem: quæ eſt in ipſa. Vnde ipſa actualitas quędam lux dici poterit. Cauſa ergo quare aliquid plus hẽt de actualitate, eſt, quia plus habet de luce, loquendo de cauſis eſſentialibus, vel eſſentialiter ordinatis, cognoſcere ergo per modum cauſę eſt, cognoſcere modo clariori, cognoſcere aũt per modum cauſati, hoc eſt cognoſcere modo obſcuriori. Et tunc ſine dubio verum eſt, quòd intelligentia cognoſcit ſuperiora per modum cauſati i. cognoſcit ea modo obſcuriori quàm ſint in ſeipſis. Inferiora aũt cognoſcit per modum cauſę .i. modo clariori cognoſcit. Iſta.n. ſenſibilia (vt ſunt in intelligentijs) ſunt clariori modo, quàm vt ſunt in ſeipſis. Et ad hoc ſatis poſſunt trahi verba teſtus, cum dicitur, quòd intelligentia cognoſcit,

& intelligit

& intelligit per modum ſuę ſubſtantiæ, & per modum ſui eſſe. Et quia ſubſtantia intelligentiarum reſpectu ſuperiorum plus habet de tenebra, ſeu de potentialitate, reſpectu autem inferiorum plus habet de luce & actualitate, ideo illa cognoſcit modo obſcuriori, qui eſt modus cauſatoꝝ, hæc autem modo clariori, qui eſt modus cãrum. Tertia via ſumitur ex parte ipſaꝝ rerum cognitarum: quia intelligentia qñ comparatur ad ſuperiora eſt deterior, qñ vero comparatur ad inferiora eſt melior, & ipſa non cognoſcit modo deteriori, vel modo meliori niſi prout ſunt in ea. Nã cognoſcens cognoſcit cognita vt ſunt in ſeipſo cognoſcente. Ergo intelligentia cognoſcit ſuperiora modo deteriori, quia hoc modo ſuperiora ſunt in ea, inferiora vero cognoſcit modo meliori: & quia modus deterior eſt modus cauſati: modus vero melior eſt modus cauſę, Ideo intelligentia cognoſcit ſuperiora, & inferiora, modo quo dictũ eſt. Et huic viæ innititur hæc ratio ſecunda facta. Aſſignauit aũt Author duas rõnes ad oſtendendũ & declarandum propõnem, quę duæ rõnes ſic diſtingui poſſunt, vt dicatur ꝙ prima rõ arguit ꝙ intelligentia intelligat quod eſt ſupra ſe per modum cauſati.i.modo obſcuriori, & quod eſt ſub ſe per modũ cauſæ.i.modo clariori. Hæc autem arguit ꝙ intelligit ea ſic, quia ſuperiora intelligit modo deteriori, inferiora vero modo excellentiori. ¶Deinde cum dicit. M tertia via

Et ſi hoc eſt ita, proculdubio bonitates quæ deſcendunt a cã prima in intelligentiam ſunt in ea intelligibiles. Et ſimiliter res corporeæ ſenſibiles, ſunt intelligibiles in intelligentia. Quod eſt, quoniam res quæ ſunt in intelligentia non ſunt impreſſiones ipſæ, immo ſunt cauſæ impreſſionum. N

¶Adducit Tertiam rõnem dicens (& ſi hoc eſt ita) videlicet ꝙ intelligentia ſit infra ſuperiora, & ſupra inferiora, tunc (Proculdubio bonitates quæ deſcendunt à cã prima in intelligentiam, ſunt in ea intelligibiles.) Nam ſpẽs intelligibiles in intelligentia quæ ſunt qdam bonitates, & quędã perfectiones eius, ſunt deriuatę & cauſatę ab ipſa cã prima. Et ſubdit ꝙ (& ſimiliter res corporeę ſenſibiles ſunt intelligibiles in intelligentia). i. in intelligentia ſunt modo intelligibili. (Qđ eſt).i. qui modus intelligibilis eſt (qm̃ res quę ſunt in intelligentia non ſunt impreſſiones ipſæ) ſupple factæ à rebus ſenſibilibus. (Immo) ipſę res intelligibiles, ſiue ipſę ſpẽs intelligibiles exiſtentes in intelligentia (ſunt cauſæ impreſſionum) ſupple factaꝝ in rebus ſenſibilibus. ¶Notandũ ꝙ iſtę Author, cum dixiſſet ꝙ res ſenſibiles erant in intelligentia modo intelligibili, quia ibi erant per ſpẽs intelligibiles voluit declarare qño illæ ſpẽs intelligibiles ſunt in intelligentia reſpectu iſtoꝝ ſenſibilium. Et dixit ꝙ non ſunt in ea tanquã impreſſæ & cauſatæ ab iſtis ſenſibilibus, ſed ſunt in ea tanquam cauſæ. & tanquam facientes impreſſiones in hęc ſenſibilia. O

¶Dubitaret forte aliquis qño hæc rõ tertia ſit accipienda. Dicendum ꝙ iſta rõ magis videtur declarare mentem Authoris qño intelligentia intelligat ſuperiora, per modũ cauſati: & inferiora per modum cauſę. Nã non cõſtat ꝙ intelligentia intelligat (loquendo de ſua cognitione naturali) alia à ſe niſi per ſpẽs intelligibiles quas habet apud ſe. Iſtę autem ſpẽs ſunt cauſatæ à prima cã, ſiue (ſecundum hunc Authorẽ) a ſuperioribus cauſis, & (ſecundum hunc eundem Authorem) ſunt cauſantes hæc inferiora: ita ꝙ reſpectu ſuperioꝝ cãrum (quę ſunt ſupra intelligentiã) illæ ſpẽs ſunt impreſſę: ſed reſpectu iſtoꝝ inferiorum ſunt impreſſionum cã. Et iõ voluit hic Author ꝙ ſuperiora cognoſceret intelligentia per modum cauſati: quia cognoſcit ea per ſpecies intelligibiles, quę reſpectu eoꝝ habent rõnem effectus, inferiora vero per modum cauſæ, quia iſtæ eędem ſpẽs quę reſpectu ſuperioꝝ ſunt cauſatæ, reſpectu inferioꝝ (ſm hũc Authorẽ) ſunt cauſantes. ¶Deinde cũ dicit.

Et ſignificatio illius eſt, ꝙ intelligentia eſt cauſa rerum quæ ſunt ſub ipſa, per hoc ꝙ eſt intelligentia: Si ergo eſt intelligentia cã reꝝ per hoc quod P

eſt intelligẽda , tunc ꝓculdubio cauſæ rerũ intelligibiliũ ſunt intelligibiles.

❡Addit quartam rõnem dicens (& ſignificatio illius) vȝ ꝙ intelligentia intelligat inferiora per modum cauſæ, & ſuperiora per modum cauſati (eſt ꝙ intelligentia) ipſa (eſt cã rerum quæ ſunt ſub ipſa) .i. rerum ſenſibilium (per hoc ꝙ eſt intelligentia) .i. eſt cã rerum talium modo intelligibili, & ſubdit, ꝙ (ſi ergo eſt intelligentia cã rerum, per hoc ꝙ eſt intelligentia) .i. modo intelligibili. (Tũc proculdubio cauſæ rerũ intelligibilium ſunt intelligibiles) .i. ſunt ibi modo intelligibili, & ſic eſt cauſata a ſuperioribus modo intelligibili, & quia ſic eſt, ideo intelligit ſuperiora per modũ cauſati : inferiora vero per modũ cauſæ. ❡Dubitaret forte aliquis, quõ accipienda ſit hęc ratio. Dicendum ꝙ hic Author imaginatur ꝙ prima cã ſit ſuper intelligibilis : quia eſt ſupra intelligentiam , ſupra cogitationẽ, & ſupra meditationem, & ſenſum. Intelligentiæ vero ſunt intelligibiles. hęc aũt corporalia ſunt res ſenſibiles. Erit ergo hic ordo (ſecundum hunc Authorem) ꝙ ſuper intelligentia eſt cã intelligibilium. Intelligentia vero cã ſenſibilium. Intelligentia ergo quod eſt ſupra ſe.i.quod eſt ſuper intelligibile, & quod eſt ſub ſe.i.ſenſibile intelligit modo ſuo.i.modo intelligibili. Sed intelligibile reſpectu ſenſibilis habet rationem cauſæ : reſpectu vero ſuper intelligibilis habet rationem cauſati : Ergo intelligit illud quod ſupra ſe per modum cauſati : & quod eſt ſub ſe per modum cauſæ. ❡Deinde cum dicit.

Q Iam ergo manifeſtum eſt ꝙ res ſuper intelligentiam, & ſub ea per virtutem intelligibilem. Et ſimiliter res corporeæ in intelligentia cum intelligentia ſunt intelligibiles. Qm̃ ipſa eſt cã eſſe earum : qm̃ ipſa non appræhendit res,niſi per modum ſubſtãtiæ ſuæ, & ipſa quia eſt intelligentia appræhendit res modo intelligibili , ſiue intelligibiles ſint , ſiue corporeæ.

❡Epilogat circa determinata dicens. (Iam ergo manifeſtum eſt, ꝙ res ſuper intelligentiam, &) res (ſub ea).i.res quæ ſunt ſub ea ſupple ſunt in intelligentia (per virtutẽ intelligibilem, & ſimiliter res corporeę in intelligentia cum intelligentia ſunt intelligibiles) .q.d. ꝙ ſuperiora, inferiora,& infima, vt ipſę res corporeę, & etiam ipſæ intelligentię vna eſt in alia modo intelligibili, & ſubdit (quoniã ipſa) intelligentia (eſt cauſa eſſe eorum) ſupple quantum ad inferiora, & ſupple eſt, quid cauſatum quãtum ad ſuperiora . & ſequitur (quoniã ipſa) intelligentia (nõ appræhendit res niſi per modũ ſubſtantiæ ſuę : & ipſa quia eſt intelligentia appręhendit res modo intelligibili, ſiue intelligibiles ſint ſiue corporeæ) quaſi dicat ꝙ intelligentia omnia appræhendit modo intelligibili:& omnia ſunt in ea per modum ſubſtantiæ ſuæ,ideſt modo intelligibili, & quia intelligibile eſt cauſa eorum , ideſt inferiorum, & eſt cauſatum ſuperiorum. ideo intelligentia intelligit quod eſt ſupra ſe per modum cauſati , & quod eſt ſub ſe per modum cauſæ.

PROPOSITIO NONA.

A OMNIS Intelligentiæ fixio , & omnis ſtabilitas,& etiam eſſentia eius eſt per purã bonitatem,quæ eſt cauſa prima.

❡Poſtquam Author determinauit de vniuerſalitate intelligentię quantum ad cognitionem : In parte iſta determinat de eius vniuerſalitate quantum ad operationem, vt quãtum ad eius regimen, & quantum ad eius influentiam. Nam intelligentia non ſolum habet vniuerſalitatem

(in cognoſcendo, ſed etiam in agendo, & in cauſando ſiue in influendo: quia intelligentia ſecundum hunc Authorem) mediante anima cœli in omnia iſta inferiora influit, & omnia hæc inferiora gubernat, & regit. & (vt intelligamus quomodo ſecundũ hunc Authorem, hęc vniuerſalitas intelligentię competat) ſciendum quòd ſemper motus incipit ab immobili, & ſemper multitudo progreditur ab vnitate. Quanto ergo aliquid eſt magis fixum & magis ſimplex tanto in maiorem multitudinẽ poteſt eius influentia deriuari. Volens ergo Author determinare de vniuerſalitate intelligentiæ quantum ad influentiam & regimen quod habet reſpectu horum inferiorũ, duo facit, quia primo præmittit quãdam propoſitionem de fixione, & ſtabilitate intelligentiæ, & exponit eam. Secũdo ex his quæ dixerat deſcendit ad determinandum de vniuerſalitate regiminis, & influentiæ ipſius intelligentiæ ibi (Quia ſignificatio eius) circa primũ duo facit, quia primo præmittit huiuſmodi propoſitionem, Secundo eam declarat & probat ibi (& virtus quidem intelligentię) Dicit ergo ꝙ (omnis fixio, & omnis ſtabilitas intelligentiæ, & etiam eſſentia eius eſt per puram bonitatem quæ eſt cauſa prima.)

¶Dubitaret forte aliquis. quõ intelligentiæ fixio, & ſtabilitas eſt per bonitatem puram, ſiue per cauſam primã. Dicendum ꝙ ſecundũ phyloſophũ in fine ſecundi de generatione. Propter longe diſtare à primo contingit generatio & corruptio in iſtis inferioribus. Vellet enim natura ſemper facere quod melius eſt, vt ibidem dicitur. Et quia iſta nõ poſſunt perpetuari in ſuo eſſe eadem numero. Ideo reliquo modo cõpleuit Deus continuam faciens generationem, vt per huiuſmodi generationem continuã quę non poſſunt ſeruari eadẽ numero, ſeruentur alio modo, vz eadem ſpecie. Generatio itaq; & corruptio contingit in entibus pp diſtare a primo. Et quia contrariorum cõtrarię ſunt cauſæ, ſtabilitas, & fixio in entibus contingit propter propinquare primo. Intelligentia ergo quia eſt propinquior primo præ cæteris alijs entibus cauſatis, fixonem & ſtabilitatem quam habet, habet per puram bonitatem, ideſt per primam cauſam cui appropinquat, ab illa enim habet eſſentiam, fixionem & ſtabilitatem. B T.cõ.59. s.t.cõ.59

¶Vlterius forte dubitaret aliquis. Quid ſit magis appropinquare primo, & magis diſtare ab ipſo. Dicendum ꝙ nos debemus imaginari duos terminos vltra quos non eſt proceſſus: vnus qui eſt actus purus cui nihil eſt admixtum de potentia. Et huiuſmodi eſt ipſe Deus ipſa bonitas pura: Vltra autem iſtũ terminum nõ eſt proceſſus quãtum ad perfectionem, vel quantum ad actualitatem, quia nihil eſt dare perfectius eo, vel nihil eſt dare excellentius ipſo. Alius autem terminus eſt materia prima, quæ de ſe eſt potẽtia pura nullam actualitatem habens, Vltra autem iſtũ terminum nõ eſt proceſſus quantum ad imperfectionem, quia ſicut nihil eſt perfectius cauſa prima, ita nihil eſt imperfectius materia prima. Materia enim prima ita eſt imperfecta, & ita eſt prope nihil quòd non poteſt fieri deſcenſus ab ea verſus nihil, quin eatur in ipſum nihil. Appropinquare ergo primo, nihil eſt aliud quàm habere, plus de eſſe & actualitate, & diſtare a primo, nihil eſt aliud quàm habere plus de imperfectione & potentialitate. Materia ergo prima (ſecundum hunc modum loquendi) maxime diſtat a primo, & ſubſtantia intelligentiæ eſt primo magis propinqua. Vnde & Auguſtinus loquens Deo duodecimo confeſſionum ait. Duo feciſti domine vnum prope te, ideſt ſubſtantiam intelligentiæ, & aliud prope nihil, ideſt materiam primam. Quia ergo materia prima ſic eſt prope nihil, illa facit diſtare a primo, & per illam res poſſunt eſſe & non eſſe. Propter quod ſeptimo Methaphyſicæ ſcribitur ꝙ materia in quolibet eſt id per quod res poteſt eſſe, & non eſſe. Diſtare ergo a primo, eſt non habere eſſe fixum, ſed potius poſſe eſſe & non eſſe, hoc eſt habere materiam partem ſui quæ ſit priuationi admixta. Appropinquare autem primo eſt habere eſſe fixum, & perpetuum, ideſt habere plus de actualitate, & carere materia, per cuius carentiam dicuntur intelligentię appropinquare primo. Nam hoc facit ipſas intelligentias eſſe fixas, vt naturaliter perpetuentur in ſuo eſſe. ¶ Deinde cum dicit. C D Auguſtinus. T.cõ.53.

PROPOSITIONIS Nonæ Cõmentum.

E ET virtus quidem intelligentiæ vehementioris virtutis eſt, q̃ res ſecundæ quæ ſunt poſt eam, quoniã non accipiunt cognitionem eius. Et non eſt facta ita, niſi quia eſt cauſa ei, quod eſt ſub ea.

¶Declarat quod dixerat dicens. (Et virtus quidẽ intelligentiæ vehementioris virtutis eſt) i. maioris ſimplicitatis, & actualitatis, & iõ eſt magis fixa ſupple (q̃ res ſecundæ quę ſunt poſt eã) & ꝙ ſit maioris virtutis, & maioris abſtractionis, & ſimplicitatis intelligentia ſuperior q̃ res ſecunda.i.q̃ intelligentia inferior, patet (qm̃) ipſæ aĩq; ſiue ipſę res ſecundæ, ſiue intelligentię inferiores (non accipiunt).i.non appręhendunt (cognitionẽ eius).i.ſcientiam intelligentiæ ſuperioris, & ſubdit (& non eſt facta ita).i.intelligentia ſuperior non
S eſt facta ita excellens, & ita ſimplex magis q̃ ſint res ſecundę quæ ſunt ſub ea, (niſi quia) ipſa intelligentia ſuperior (eſt cauſa ei quod eſt ſub ea.) ¶Notandum aũt ꝙ (ſm̃ hunc Authorem) intelligentia ſuperior habet aliquã cauſalitatem ſuper oĩa inferiora. Et quia in cauſis eſſentialr̃ ordinatis, ſemper cã eſt ſimplicior effectu, & actualior eo, & pſtantior ipſo. Iõ intelligẽtia (ſm̃ ſententiã huius Authoris) q̃ eſt cã oĩum inferioꝝ & oĩum reꝝ ſecũdarũ ab ipſa, eſt vehemẽtioris virtutis & maioris ſimplicitatis q̃ ſint oẽs hmõi res ſecũdę.
F ¶Dubitaret forte aliquis, quia, vr̃ Author non probare intentũm, quia, cũ deberet probare, ꝙ intelligentia maioris eſt fixionis q̃ aliæ res, & ꝙ hmõi fixionem habet à prima cã, probat ꝙ eſt vehementioris vnitatis, & ſimplicitatis q̃ alia. Dicendum ꝙ ex cõpoſitione contingit in entibus potentialitas & fluxibilitas ſiue inſtabilitas. Nam ſi eſſet aliquid oĩo ſimplex in illo non eſſet aliqua potentialitas, & illud eſſet ſtabile, & per conſequens quid fixum. Et quia hmõi eſt ſolum vnũ, v3 cã prima, ideo ſola ipſa, eſt, oĩo immobilis, per ſe,
à.t.c.36. vſq; ad.t. cõ.45.incluſiue. per accidẽs, & abintra, vt declarari habet in. 8. Phyſicoꝝ. Ergo eſſe ſimplex & magis fixũ, & ſtabile ſe ſe conſequuntur. Satis itaq; probatur, ꝙ intelligentia ſit maioris fixionis quàm alia, quia ipſa eſt maioris vnitatis, & ſimplicitatis q̃ cætera. ꝙ etiã hoc habeat a cã prima, ſatis datur intelligi per ea quæ dicuntur in lr̃a. Nam ſi intelligentia pp hoc facta eſt maioris vnitatis quàm alia, quia eſt eoꝝ cã, prima cã de qua nulli eſt dubium ꝙ ſit cã intelligentiæ eſt maioris vnitatis quàm intelligentia, & eſt cã quare intelligentia ſit vnita, & quia eſt cã vnitatis eius, eſt etiã cã eius fixionis, & eius eſſe: ita ꝙ eſſentia & fixio eſt in intelligẽtia a cã prĩa. Eſt aũt in ea hmõi fixio ex ppinquitate quã hẽt ad cãm primã q̃ eſt bonitas pura.
G ¶Vlterius forte dubitaret aliquis, quia vr̃ eſſe falſum ꝙ res ſecundæ non accipiant.i.non
In ppoſitiõe.10.g compræhendãt cognitionem eius.i.ſciam ipſius intelligentię ſuperioris. Nã (vt declarabitur inferius) intelligentiæ ſuperiores intelligunt per ſpẽs magis vniuerſales, inferiores vero per ſpẽs minus vl̃es. Sed magis vl̃ia actu continẽtur in minus vl̃ibus: quia oĩa ſuperiora, actu reſeruantur in inferioribus. tota.n. rõ aĩalis actu reſeruatur in rõne hoĩs, non aũt econuerſo, quia ſpẽs abundat a genere, & cõtinet aliquã perfectionem q̃ eſt extra naturã generis. Intelligentię ergo inferiores, quia intelligunt per ſpẽs minus vl̃es cõpræhendunt ſciam intelligentiaꝝ ſuperiorũ, non aũt econuerſo, cuius oppoſitum vr̃ Author in lr̃a dicere. Dicẽdum ꝙ (vt ſupra tetigimus) ecõtrario eſſet in perfectionibus in materia receptis,
In ppoſitiõe.4.m N.Nn.& OO. ſi haberent eſſe abſtractum (vt Plato poſuit.) Nam eſſe in materia receptum eſt imperfectius quàm viuere. Ita ꝙ viuere (vt habet eſſe in materia, vel vt habet eſſe in quocunq; naturã participante) cõtinet quicquid continet eſſe, & adhuc amplius. Sed ſi eſſet eſſe ſeparatum, & eſſet realr̃ differens à viuere (vt Plato poſuit) eſſe eſſet perfectius quàm viuere.
Plato. Nam illud eſſe haberet in ſe oẽm modũ eſſendi. Cum ergo viuere ſit quidã modus eſſendi,
H tota vita clauderetur in illo eſſe, non tñ totum eſſe claudaretur in illo viuere, quia illud viuere non haberet oẽm rõnem entis, licet haberet oẽm rõnem vitę. Ex hoc ergo põt habere differentia

differentia inter ſpēs intelligibiles exiſtentes in intelligentijs, & in intellectu noſtro. Nam ſpēs in intellectu noſtro hn̄t ortum à ſenſu:& ideo ſequuntur modum formarum in materia exiſtentium,ſiue modum quem hn̄t formę in iſtis ſenſibilibus,& quia hæc magis vniuerſalia in materia ſunt imperfecta,ideo cognoſcere res per ſpēs magis vniuerſales , eſt cognoſcere magis imperfecte quantum ad intellectum noſtrum. Sed ſpēs in intelligentijs non oriuntur à ſenſu,ſed fluunt ab ideis in mente diuina exiſtentibus. Ideo ſequuntur modum formarum abſtractarum,non formarum in materia exiſtentium. Propter quod ibi quāto ſpēs ſunt magis vniuerſales tanto ſunt perfectiores,& maioris comprehenſionis,quāto vero minus vniuerſales,tanto imperfectiores,& minores comprehenſionis. Propter quod ſpēs quę ſunt in intelligentia ſuperiori ſunt magis vniuerſales. Vnde intelligentia inferior non accipit.i. non comprehendit cognitionem eius.i.ſcientiam intelligentię ſuperioris. Quia ſciētia intelligentię ſuperioris eſt per ſpecies,quæ ſunt vehementioris vniuerſalitatis quàm ſint ſpecies intelligentię inferioris. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA pars principalis Commenti.

QVIA ſignificatio eius eſt id cuius eſt rememorandum,ꝙ intelligētia eſt regens omnes res quæ ſunt ſub ea per virtutem diuinā , quæ I
eſt in ea,& per eam continet res,quoniam per eam eſt cauſa rerū, & ipſa retinet omnes res,quæ ſunt ſub ea,& comprehendit eas,

¶ Ex his quę dixerat procedit ad determinandum de vniuerſalitate intelligentiæ quantū ad cauſalitatem & influentiam,oſtendens ꝙ hmōi vniuerſalitatem ſortitur intelligentia ex cā prima. Circa quod duo facit,quia primo facit quod dictum eſt. Scdō quia mentionem fecerat de cauſa prima,dat dr̄iam inter eam,& res alias. Secunda ibi(& cā quidem prima) In prima ergo parte intendit probare,ꝙ intelligentia per cām primam , & per virtutē diuinam hꝫ vniuerſale regimen,& vniuerſalem influentiam in hæc inferiora.Circa quod duo facit:quia primo probat hoc ratione,ſecundo inductione ibi. (Vnde intelligentia quidem apprehendit)Intelligentia aūt ad hęc inferiora (ſm̄ mentem huius Authoris) Triplicem hꝫ comparationem. Nam primo eſt eis ſuperior. Secundo eſt eorum cā. Et tertio iuuat ea ad agendum. Circa primum ergo tria facit,ſm̄ ꝙ hoc triplici modo probat intentum. Secunda ibi(quod eſt quoniam) Tertia ibi.(Et intelligentiam quidem non eſt)Cōtinuetur aūt ſic prima ratio. Bene dictum eſt ꝙ intelligentia cā eſt ei,quod eſt ſub ea (quia ſignificatio eius eſt,)ꝙ.ſ.ita ſit(id cuius eſt rememorandum).ſ. cuius debemus rememorari , & quod debemus probare,videlicet (ꝙ intelligentia eſt regens omnes res , quæ ſunt ſub ea per virtutem diuinam,quæ eſt in ea,& per eam).i. per virtutem illam (continet res,quoniam per eam eſt cā rerum,& ipſa retinet omnes res,quæ ſunt ſub ea,& comprehēdit eas) Eſt ergo vis rationis huius,ꝙ quia intelligentia eſt,ſuper omnes has res,ideo continet eas, & comprehendit ipſas,& hꝫ vniuerſale regimen ſuper eas. Et quia quod hꝫ,habet per virtutem diuinam,ideo per hmōi virtutem hꝫ hmōi vniuerſale regimen. ¶ Notandum aūt ꝙ hic Author tangit quaſi duo media ad probandum vniuerſale regimen ineſſe intelligentijs per virtutem diuinam. Vnum eſt ex ratione cauſalitatis,vt quia eſt ſic vniuerſalis cauſa per virtutem diuinam:ideo per eam virtutem regit oēs res: & hꝫ ſuper eas vniuerſale regimen. Aliud medium ſumitur ex ratione ſuperioritatis , vt quia oēs iſtæ res ſunt ſub ea.i. ſub intelligentia,ideo intelligentia continet oīa iſta:& cum hoc habeat per virtutem diuinam,ideo per talem habet vniuerſale regimen de eis.

¶ Notandum etiam ꝙ licet hęc ratio de vniuerſalitate intelligentiæ per virtutem diuinam K
poſſit inniti vtriq ;medio,videlicet cauſalitati,& ſuperioritati , vt dicatur intelligentia per

virtutem diuinam habere regimen, vel quia cauſa, vel quia ſuperior. Tamen magis accipienda eſt hęc ratio, vt arguit ex eo, ꝙ intelligentia eſt ſuperior, quàm ex eo ꝙ eſt cauſa, Quia ſequens ratio arguit de cauſalitate. ¶ Deinde cum dicit.

L QVOD eſt, quoniam eſt ꝙ omne quod eſt principiũ rebus, & cauſa eis eſt illas res retinens, & cauſans eas, & non euadit ab ipſis aliquid ꝓpter virtutem ſuam. Ergo intelligentia eſt princeps omnium, quæ ſub ea ſunt, & retinens ea, ſicut natura regit res, quæ ſunt ſub ea per virtutem intelligentiæ: ſic etiam & ſimiliter intelligentia per virtutem diuinam.

¶ Adducit ſecundam rationem ſumptam ex parte cauſalitatis dicens: (Quod eſt) videlicet ꝙ intelligentia habeat tale vniuerſale regimen (quoniam eſt) ideſt contingit (quòd omne quod eſt principium rebus, & cauſa eis eſt illas res retinens, & cauſans eas, & non euadit ab ipſis aliquid propter virtutem) vel cãm (ſuam) q.d. ꝙ nihil ab ipſis cauſatis põt euadere, quin contineatur, & regatur per intelligentiam, & hoc propter virtutem ipſius intelligẽtiæ, & propter cãlitatẽ eius. Et quia ſic eſt (ergo intelligentia eſt princeps oĩum, quæ ſub ea ſunt, & retinens ea) & hoc ſupple per virtutem diuinam. Quod patet per ſimile. Ideo ſubdit, ꝙ (ſicut natura regit res, quæ ſunt ſub ea per virtutem intelligentiæ, ſic etiam & ſimiliter intelligentia per virtutem diuinam) quoddam ſupple vniuerſale regimen habet ſuper omnia, quæ ſunt ſub ea, quod probare volebamus.

Alia lr̃a hꝫ, & ſimilr̃ intelligẽtia regit naturã per virtutem diuinam.

¶ Dubitaret forte aliquis quõ ſicut natura per virtutem intelligentiæ regit res, quæ ſunt ſub ea, ſic intelligentia per virtutem diuinam, regat naturam totam. Dicendum ꝙ ſm cõmentatorem in duodecimo metaphyſ. ſuper illo cap. Manifeſtum igitur ꝙ nullo modo intelligemus, vt ſint formę, ſiue vt ſint Ideę. Vult ꝙ natura (cum non intelligat) nõ ſciat aliquid perfecte ordinare, niſi rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus, quæ dñr intelligentię. Ordinare.n. eſt ſapientis (vt dr̃ in primo Metaphyſ. Cum ergo videamus naturam ſic ordinate agere, oportet ꝙ ab aliquo ſapiente, & ab aliquo intelligente dirigatur, vt poſſit ordinate agere. Eius.n. cuius non eſt ordinem conſpicere, non eſt ordinate agere, niſi dirigatur ab eo, qui ordinem apprehendit. Ideo dolatræ, qui neſcit ordinẽ totius ędificij, non eſt ordinate agere, niſi ab architectonica dirigatur cuius eſt totum ædificiũ ordinare. Agens igitur per naturam nunꝗ ordinate agit, niſi dirigatur ab aliquo ſapiente, & intelligente, qui ordinem apprehendat. Propter qđ agens per naturã eſt quaſi organum, & inſtrumentum eius qđ agit per intellectum. Rurſus quia ꝑ finem eſt oĩs ordo: illud qđ mouet, vt deſideratum, & vt amatum, & vt finis oĩum eſt principalis cã oĩum aliorum, ſiue per naturam, ſiue per intellectum agant. Sicut ergo oĩa agentia naturalia reducuntur in agentia per intellectũ, ſic oĩa agentia per intellectum reducuntur in artem diuinam tanquã in Architectonicam, & principalem. Vnde Cõmentator in eodẽ. 12. metaph. & ſuper eodem cap. vult, ꝙ quęcunqꝫ hic inferius aguntur ſumãt menſurã ab arte diuina intellectuali, quæ eſt vniformis, & principalis, ſub qua ſunt plures artes. Imaginatur.n. Commentator ꝙ oẽs artes intelligentiarũ, & oẽs actiones progredientes à ſubſtantijs intellectualibus reducantur in intellm̃ diuinũ, & in diuinã artẽ, quę eſt architectonica. & principalis. Ergo ſicut agẽs per naturã eſt organũ agentis ꝑ intellm̃, ſic agentia per intellm̃ (loquẽdo de intelligibilibꝫ cauſatis) ſunt organa agẽtis primi. Bñ ergo dictũ eſt, ꝙ ſicut natura regit ea, quæ ſunt ſub ea per intelligentiã: ſic intelligentia regit naturam per virtutẽ diuinã. ¶ Deinde cũ dicit.

M Circa finẽ cõ. 18. Ante medių̃ prohęmij.

N Verſus finẽ cõ. 18.

O ET intelligentia quidẽ nõ eſt facta retinens res, quæ ſunt poſt eam, & regẽs eas, & ſuſpendẽs virtutem ſuã ſuper eas, niſi qm̃ ipſa eſt virtus ſubſtãtialis eis, immo eſt ipſa virtus virtutum ſubſtãtialium, qm̃ eſt cauſa eis.

❡Adducit tertiam rationem ad propoſitum dicens. (Et intelligentia quidem non eſt facta retinens res, quæ ſunt poſt eam) vel quę ſunt poſt eſſe eius (&) non eſt ſtans (regēs eas, & ſuſpendens virtutem ſuam ſuper eas. Niſi qm̄ ipſa eſt virtus ſubſtatialis eis: immo eſt ipſa virtus virtutum ſubſtantialiū) hoꝝ.ſ. inferiorū (qm̄ eſt cū eis) & ideo regit hæc inferiora, & ſuſpendit virtutem ſuam ſuper illa, & adiuuat illa in actionibus ſuis.

Alia lra habet, niſi qm̄ ipſe res non ſunt virtus ſubſtantialis ei immo ipſa ē virtus virtutum ſubſtātialiū.

❡Dubitaret forte aliquis, quō intelligentia ſit virtus ſubſtantialis eis.i. iſtis inferioribus, & quō quantum, ad hęc inferiora ſit virtus virtutum ſubſtantialium. Dicendum ꝙ virtus eſt vltimum de poſſe (vt dictum eſt ſupra in.1.cap.) & magis illud mediante quo aliquid pōt in ſuum opus, vltimatum, & in complementū ſui operis dr̄ eſſe virtus eius. Et quia cā ſuperior dr̄ eſſe virtus cauſæ inferioris. Quotieſcūq; igr̄ aliquid hȝ ordinem ad aliud, & ex illo ordine ſortitur vltimum, & complementum ſuæ operationis. Illud dr̄ eſſe virtus eius. Sed diſtinguendum eſt de ordine (quia cum ordo poſſit eſſe, per ſe, & per accidens, contingit ꝙ aliquid ſortiatur aliquod complementum ex aliquo, ad quod nō hȝ ordinem per ſe. Et qn̄ hoc contingit tunc illud à quo ſortitur tale complementum pōt dici virtus eius nō per ſe: ſed per accidens, non eſſentialis, ſed accidētalis. Sed ſi hmōi ordo ſit per ſe, & eſſentialis, tūc illud pōt dici ſubſtantialis virtus, & quia natura, & hęc inferiora per ſe hn̄t ordinem ad intelligentias mouentes, & ab eis ſortiuntur vltimum, & complementū operationis ſuę. Ideo dicta eſt intelligentia virtus iſtis inferioribus, non accidentalis, ſed ſubſtantialis. Quia ordo iſtorum inferioꝝ ad intelligentias non eſt per accidens, ſed per ſe, Tota.n. natura corporalis (per ſe loquendo) adminiſtratur per ſubſtantias ſeparatas Immo (ſi volumus ſequi mētem huius authoris) intelligentia non ſolum eſt, virtus ſubſtantialis hoꝝ inferiorum. Sed ēt eſt virtus virtutum ſubſtantialium eorum. Nam (ſm̄ iſtum Authorem) iſta inferiora gubernantur per aīas mouentes orbem. Aīę aūt ipſæ regulantur in actionibus ſuis per intelligētiam. Iſta ergo inferiora ordinātur per ſe ad cœleſtes aīas: aīę aūt cœleſtes ad intelligētias ſimilr̄ ordinantur. Ergo (ſm̄ hunc Authorem) aīa cœli eſt virtus ſubſtantialis horum inferiorum, cum per ſe, & eſſentialiter hæc inferiora corpora ab hmōi aīa ſortiantur vltimum, & complementum ſuoꝝ actuum. Sic ēt intelligentia eſt virtus ſubſtantialis aīarum cœleſtiū. Ergo intelligentia eſt virtus virtutum ſubſtantialiū hoꝝ inferioꝝ, quia eſt virtus aīaꝝ cœleſtiū: quæ (mō quo dictū eſt) ſunt virtutes ſubſtātiales hoꝝ inferioꝝ. ❡Deinde cū dicit.

P

I.·in phç mio.x.

VNDE intelligentia quidem apprehendit generata, & naturam, & orizontem naturæ.ſ. animam. Nam ipſa eſt ſupra naturam. Quod eſt quia natura continet gubernationem, & aīa continet naturam, & intelligentia continet animam. Ergo intelligentia continet omnes res, Et non eſt facta ita, niſi propter cām primam, quæ ſupereminet oībus rebus, quoniam eſt cauſa intelligentiæ, & animæ, & naturæ, & reliquis rebus.

Q

Alia lra hȝ, & intelligētia qdē. &c.

❡Quod probauit ratione, nunc probat inductione dicens. (Vnde intelligentia quidem apprehendit generata, & naturam, & Orizontem naturę, ſcilicet animam. Nam ipſa).ſ. intelligentia (eſt ſupra naturam. Quod eſt quia natura continet gubernationem, & anima continet naturam, & intelligentia continet animam. Ergo intelligentia continet oēs res) quaſi dicat, ꝙ inducendo patet ꝙ intelligentia continet omnia alia, quia omnia quæ ſunt poſt intellectum, vel ſunt hęc generabilia, vel ſunt natura corporis cœleſtis, vel ſunt animæ cœlorum. Et quia intelligentia continet omnia iſta, ideo dicitur continere omnes res. Et ſubdit ꝙ (& non eſt facta) intelligentia (ita) videlicet quòd contineat omnes res (niſi propter cauſam primam,) ſiue propter propinquitatem, quam habet ad cauſam primam (quæ ſupereminet omnibus rebus, quoniam eſt cauſa intelligentię, & animæ, &

¶Dat differentiam inter ſcientiam diuinam,& ſcientiam aliorum dicens (& ſcientia quidẽ diuina,non eſt ſicut ſcia intelligibilis).i.ſicut ſcia intelligentię (neq; ſicut ſcientia aĩalis).i. ſicut ſcientia animæ,(immo eſt ſupra ſciam intelligentiæ, & ſcientiam aĩæ, qm̃ eſt cauſans ſcias) ſupple tam animæ q̃ intelligentiæ. ¶Notandum aũt ꝙ ſm̃ Commentatorem in.12. Metaphyſ.hæc eſt drĩam inter ſcientiam Dei,& ſcientiam nr̃am, quia ſcientia nr̃a cauſatur à rebus:ſed ſcientia Dei cauſat res. Cum.n.Deus ſit naturæ intellectualis per ſuum intelligere,& per ſuam ſcientiam practicam,eſt cauſa oĩum aliarum rerum. Ipſa ergo ſcientia aĩæ,& intelligentię,in quantum eſt quędam res,eſt cauſata à ſcientia Dei,vel poſſumus hãc conſequentiam aliter declarare,Dicendo ꝙ ſemper primum in oĩ genere,cã eſt oĩum aliorum,quę ſunt poſt (vt dr̃ in.2.Metaphyſ.Ergò ſcientia Dei quæ eſt prima ſcientia eſt cauſa oĩum ſcientiarum. Differt ergo ſcientia Dei ab alijs ſcientijs,quia eſt cauſa aliarum ſcientiarum. ¶Deinde cum dicit. Y Cõ.51. T.cõ.6.

ET virtus quidem diuina eſt ſupra omnem virtutem intelligibilem, & animalem,& naturalem,quoniam eſt cauſa omnium virtutum. V

¶Dat differentiam inter virtutem diuinam, & virtutes alias.d. (& virtus quidem diuina eſt ſupra oẽm virtutem intelligibilem,& animalem, & naturalem, quoniam eſt cauſa oĩum virtutum) quaſi dicat ꝙ omnis virtus,tam intelligentiæ q̃ aĩæ,q̃ etiam naturæ,cauſata eſt à virtute diuina,ideo virtus illa eſt ſuper omnem virtutem. ¶Notandum aũt ꝙ ſicut probauimus,ꝙ ſciẽntia Dei eſt cã oĩum ſcientiarum,quia eſt prima ſcientia. Sic probari poteſt ꝙ virtus diuina ſit cauſa omnium virtutum,quia eſt prima virtus. Differt ergo virtus diuina ab illis virtutibus,quia eſt earum cauſa. ¶Deinde cum dicit.

ET intelligentia eſt habens Iliachim,& formam, & ſimiliter aĩa eſt hñs Iliachim. Cauſæ aũt primæ non eſt Iliachim,qm̃ ipſa eſt eſſe tantum. X

¶Dat differentiam inter cauſam primam,& alias,quantum ad modum indiuiduandi. Ad cuius euidentiam ſciendum,ꝙ alia à primo indiuiduantur per aliquid materiale.Sed prima cauſa eſt id quod eſt vna per ſuum eſſe purum.Ideo duo facit Author, quia primo dat differentiam inter cãm primam,& alia,eo quia cã prima non habet aliquid materiale ſicut alia. Secundo ex hoc progreditur ad oſtendendum,ꝙ aliter indiuiduatur prima cauſa, & aliter alia:ibi.(Quòd ſi dixerint aliqui)Dicit ergo,(& intelligentia eſt hñs Iliachim, & formam).i.eſt habens aliquid materiale,& aliquid formale(Et ſimiliter aĩa eſt hñs Iliachim).i. aliquid materiale,& ſequitur:(cauſæ aũt primæ non eſt Iliachim: qm̃ ipſa eſt eſſe tantum.) ¶Dubitaret forte aliquis quo intelligentia eſt habens Iliachim, & formam. Dicendum ꝙ omne quod eſt citra primum non eſt ſuum eſſe:ſed eſt in potentia ad eſſe,propter quod eſt compoſitum ex natura,& eſſe. Ipſa ergo intelligentia quamuis ſm̃ ſe ſit quędam forma,tamen vt eſt in potentia ad eſſe,& vt perficitur per eſſe, eſt quid potentiale reſpectu eius.In ipſa ergo intelligentia eſt aliquid potentiale,& aliquid actuale:quia eſt ibi ipſa natura,quæ eſt quid potentiale reſpectu eſſe:& eſt ibi ipſum eſſe,quod eſt quid actuale reſpectu naturę. Ipſum ergo potentiale vocat hic Auctor Iliachim.i.materiale,& ipſum actuale eius vocat formam. Eſt.n.eſſe quaſi forma,& perfectio naturæ in intelligentia ergo quãuis non ſit ile,quia non eſt ibi materia,eſt tñ ibi Iliachim.i.aliquid materiale, Et multo magis ponemus hoc in anima, quæ eſt infra intelligentiam, & habet plus de potentialitate admixta q̃ ipſa. Sola autem prima cauſa neq; habet ile,neq; Iliachim, quia neq; materiam habet,neq; materiale: ſed eſt eſſe purum quod nihil potentiale patitur ſibi eſſe admixtũ. ¶Deinde cum dicit.

Y QVOD ſi dixerint aliqui neceſſe eſt, vt ſic Iliachim. dicemus Iliachim.i.ſuum eſſe infinitum,& indiuiduum eſt ſua bonitas pura influens oẽs virtutes ſuper Intelligentiam,& ſuper reliquas res mediante ea.

¶Oſtendit ꝙ non indiuiduatur cauſa prima per Iliachim,ſicut indiuiduantur alia,ideo ait (quòd ſi dixerint aliqui neceſſe eſt,vt ſit Iliachim) ſupple ipſi cauſæ primę,vt indiuiduetur per ipſum(dicemus Iliachim.i.) cauſa prima habet Iliachim(ſuum eſſe infinitum, & indiuiduum eſt ſua bonitas pura) q.d. ꝙ ipſa cauſa prima non indiuiduatur.i. non hꝫ eſſe diſtinctũ ab alijs ꝑ Iliachim. ſed Iliachim in ea eſt ſuum eſſe infinitũ, & indiuiduũ ſuum.i.indiuiduatio ſua eſt bonitas pura:quę bonitas eſt(influens oẽs virtutes ſuper intelligentiam) vel ſuper intelligentias(&) ſupple eſt influens(ſuper reliquas res mediante ea).ſ.intelligentia.
¶Notandum aũt ꝙ id quod facit Iliachim in alijs quantum ad indiuiduationem, facit in cauſa prima eſſe ſuum infinitum,& ſua bonitas pura:Nam ſicut oĩa alia à primo indiuiduãtur per ſuum Iliachim,ſic ipſum primum hꝫ eſſe indiuiduum.i.indiuiſum à ſe,& diuiſum ab alijs per ſuam infinitatem,& per ſuam bonitatem puram. Nam hoc eſt eſſe indiuiduũ.i. incommunicabile,& ideo homo non eſt indiuiduum,quia poſſunt eſſe multi hoĩes,non aũt poſſunt eſſe multi Dij. Sed cauſa quare non poſſunt eſſe multi Dij eſt, quia Deus habet eſſe infinitum,& bonitatem puram. Et quia impoſſibile eſt ꝙ ſint plura eſſe infinita,& plures bonitates puræ.Ideo impoſſibile eſt eſſe plures deos. Sed ratio quare non poſſunt eſſe plures ſortes eſt ſignatio materię,quia eadem materia ſignata ſecundum eandem ſignationem non eſt communicabilis multis. Indiuiduatio ergo & incommunicabilitas in iſtis materialibus & in omnibus cauſatis eſt ex materia vel ex aliquo materiali. Sed in Deo eſt ex eſſe infinito,& ex bonitate pura.

Z ¶Dubitaret forte aliquis quomodo indiuiduatio in omnibus citra primum,eſt per ſuum iliachim, Dicendum ꝙ in rebus uidemus formam & eſſe & uidemus dupplicem modum formæ.quia aliqua forma eſt,quæ eſt apta nata [illegible] in materia,& omnis talis forma quãtum eſt de ſe, eſt plurificabilis & communicabilis in eadem ſpecie: quia in diuerſis partibus materię poſſunt recipi diuerſæ tales formæ. Si autem non plurificatur,hoc eſt,per accidens in quantum illa forma recipitur in tota materia ſua, quia quantumcunq; forma naſi ſit multiplicabilis,tñ ſi conſtaret naſus ex tota materia ſua non eſſet, niſi vnus naſus in ſpẽ naſi. Formę ergo materiali competit indiuiduatio per materiam in qua recipitur. Et ſi materia haberet eſſe abſolutum à quantitate,ſe ipſa eſſet ſignata, & ſufficeret ſola materia ad indiuiduationem:tñ quia materia nunquam ſeparatur à quantitate,quia mater ia ipſa de ſe eſt indiuiſibilis,cum ſit facta materia hæc alia ab illa,& ſit diuiſa,& ſit facta habẽs partes propter quantitatem. Eo ipſo ergo ꝙ forma materialis indiuiduatur,quia recipitur in hac parte materiæ,ipſa ſignatio materiæ per quantitatem facit ad indiuiduationem. Forma er-

& go materialis indiuiduatur per materiam ſignatam in qua recipitur. Sed forma ſeparata cuiuſmodi eſt natura intelligentiarum indiuiduatur ſe ipſa. Nam eo ipſo ꝙ forma non eſt apta nata recipi in materia ſeipſa eſt hoc aliquid. Ergo in intelligentijs forma indiuiduatur per ſe,ſed ipſum eſſe ibi indiuiduatur per formam. Quia eo ipſo ꝙ illud eſſe eſt aptũ natum recipi in aliquo quantum eſt de ſe,non eſt hoc aliquid,neq; eſt quid contractum,ſed particulatur per formã in qua recipitur. Ergo quod in rebus materialibus facit materia ſignata,& forma,hic in ſubſtantijs ſeparatis facit forma, & eſſe. Itaq; ſicut in rebus mate-

ꝛ rialibus materia ſignata ſeipſa eſt quid incommunicabile,forma vero indiuiduatur,& par-

Error ticulatur per materiam ſignatam in qua recipitur. Sic in ſubſtantijs ſeparatis ipſa forma eo

Platoni- ꝙ non eſt apta nata recipi in alio,ſeipſa eſt hoc aliquid,ſed eſſe ibi indiuiduatur,& particu-

corum. latur per formam in qua recipitur. Imaginabimur enim ꝙ nullum vniuerſale eſt per ſe

T.cõ.57. exiſtens. Iſte enim fuit error Platonicorum,qui poſuerunt vniuerſale eſſe ſubſtantiam.i.

58. per ſe exiſtere (vt declarari habet in ſeptimo metaphyſ.Quod erat ponere oppoſitum in

adiecto. Nam eo ipſo ꝙ aliquid per ſe exiſtit, non eſt in multis, nec prædicatur de multis, & per conſequens non eſt vniuerſale. Ergo eo ipſo quòd intelligentia eſt forma per ſe exiſtens forma illa ex ſe eſt hoc aliquid, quia ſe ipſa exiſtit. Sicut ergo inuenimus duo genera formarum, quia aliquæ per ſe exiſtunt, & aliquæ ſunt in materia receptę. Sic inuenimus duplex eſſe, quia aliquod eſt eſſe purum, per ſe exiſtens, vt eſſe diuinum, & aliquod eſt eſſe in alio receptum, vt eſſe creaturarum. Eſſe ergo creaturarum indiuiduatur per formã vel per materiam in qua recipitur. Sed eſſe diuinum ſeipſo eſt aliquid ab omnibus alijs diſtinctum. Accipiendo itaque indiuiduationem large prout ipſum diuinum eſſe, eſt quid indiuiduum, quum non poſſint eſſe plura talia eſſe, dicemus quòd in rebus materialibus indiuiduatio eſt per materiam. In ſubſtantijs vero ſeparatis indiuiduatio eſt per formam, ſed in ipſo Deo indiuiduatio eſt per eſſe. Verum quia forma in ſubſtantijs ſeparatis comparata ad eſſe eſt quid potentiale, & poteſt dici Iliachim, dicere poſſumus, quòd ſicut in corporibus indiuiduatio eſt per materiam, ſic in ſubſtantijs ſeparatis indiuiduatio eſt per Iliachim: ideſt per formam quę comparata ad eſſe poteſt dici Iliachim. In Deo autem ſuum inuiduum eſt ſuum eſſe infinitum, & ſua bonitas pura. Propter quod patet qualiter indiuiduatio fit in rebus.

PROPOSITIO DECIMA.

OMNIS intelligentia eſt plena formis, Veruntamen ex intelligentijs ſunt, quæ continent formas minus vniuerſales: & ex eis ſunt quæ cõtinent formas plus vniuerſales. A

¶Poſtq̃ Author determinauit de quiditate intelligentię, & de eius vniuerſalitate oſtendens, quòd habet quodammodo vniuerſalem ſciẽtiam, quia ſcit quod eſt ſupra ſe, & quod eſt ſub ſe, & quòd habet vniuerſalem influentiã, quia influit in animam in naturam, & in hæc generabilia, & corruptibilia. In parte iſta vult determinare de eius intelligere, ſiue de eius cognitione, dicebatur enim quòd intelligentia (ſecundum hunc Authorem) eſt quędam cauſa quodammodo vniuerſalis, cuius propria operatio eſt intelligere, ideo non ſufficit determinare de eius quidditate, & vniuerſalitate, niſi determinetur de intelligere ipſius. Et quanuis aliquid ſit dictum de intelligere eius: quia dictum eſt quòd intelligere quod eſt ſupra ſe, eſt per modum cauſati, quod autem eſt ſub ſe, eſt per modum cauſæ. Hoc tamen non ſufficit, immo eſt valde parum, niſi de hmõi aliqua alia dicantur. Propter quod ſciendum quòd ſemper actus progreditur ab aliqua forma, & ſecundum modum illius formæ. Circa cognitionem ergo, intelligentiarum, eſt tria conſiderare, videlicet ſpeciem intelligibilem à qua egreditur ipſa cognitio, & actum cognoſcendi, qui egreditur à tali ſpẽ, & modum ſecundum quem habet fieri ipſa cognitio. Ideo Author volens determinare de cognitione intelligẽtiarum tria facit. Quia primo determinat de ſpeciebus intelligibilibus, oſtendens ꝙ intelligentiæ ſunt plenę formis, & quòd habent apud ſe ſpecies intelligibiles, & declarat quales ſunt illę ſpẽs. Secundo determinat de actu cognoſcẽdi, & tertio determinat de modo cognitionis earum. Vel poſſumus diuidere aliter. Dicemus enim ꝙ intelligentię competit duplex intelligere. Vnum practicum, & aliud ſpeculatiuum. Tria ergo facit Author quia primo determinat de ſpeciebus intelligibilibus, quę ſunt in intelligentijs. Secundo determinat de intelligere practico ipſarum intelligentiarum. Et tertio de ſpeculatiuo. Secunda pars incipit ibi (omnis intelligentia intelligit) in propoſitione vndecima. Tertia ibi. (Primorum omnium) in propoſitione duodecima. Circa primum duo facit, quia primo pręmittit propoſitionem: Secundo declarat, & probat eam. ibi (Quod eſt quoniam formæ.)

Margin notes: In ꝓpoſitiõe.7.a. — S.in ꝓpoſitione.8.a.b.&c. — B

Dicit ergo ꝙ (omnis intelligentia eſt plena formis) & habet apud ſe formas, & ſpẽs intelligibiles per quas intelligit, & ſubdit quales ſint illæ ſpẽs dicẽs. (Verum tñ ex intelligẽtijs ſunt quæ continent formas minus vl'es) vt intelligentiæ inferiores(& ex eis ſunt quæ continent formas plus vniuerſales) vt intelligentiæ ſuperiores.

C ¶Dubitaret forte aliquis vtrum intelligentia intelligat oĩa per eſſentiam ſuam. & videtur ꝙ ſic. quia (vt dicebatur ſupra in propõne octaua) oĩs intelligentia ſcit quod eſt ſupra ſe, quia acquirit ab eo bonitates, & ſcit quod eſt ſub ſe, quia eſt cã eius. Ergo rõ cognoſcendi in intelligentia non ſumitur ex ſpẽbus intelligibilibus: ſed ex rõne cauſę & cauſati. Præterea ipſa natura intelligentiæ eſt cauſata a ſuperiori cã,& etiam natura intelligentię eſt cã eorũ quæ ab intelligentia procedunt. Ergo ſi intelligentia intelligit per modum cauſæ & cauſati, cũ ipſa intelligentiæ eſſentia, poſſit dici, & cã, & cauſatũ, vr̃ ſufficere eſſentia ſua, ad intelligendũ tam ſuperiora q̃ inferiora. Dicendum ꝙ ſicut in genere entium,aliquid eſt actus purus, & aliquid pura potentia. vt materia prima: ſic in genere intelligibilium cauſa prima eſt actus purus, & intellectus noſter eſt potentia pura. Nam ſ̃m Cõmentatorem in tertio de aĩa intellectus nr̃ in genere intelligibiliũ eſt ſicut materia prima in genere entium. Sicut ergo a materia prima, & à potentia pura, in genere entium non põt progredi aliquis actus, niſi informetur aliqua forma, ſic ab intellectu nr̃o non põt progredi aliquis actus, niſi informetur aliqua ſpecie intelligibili. Vñ intellectus nr̃ nec ſeipſum, nec alia à ſe põt intelligere niſi aliqua ſpecie intelligibili informetur. Prima vero cã,& ſeipſam & alia cognoſcit, per eſſentiã ſuam, & per nullam ſpẽm additam, quia cum ſit actus purus nõ indiget aliqua ſpẽ vt reducatur de potentia, ad actum. Et ſi vtimur hoc modo loquendi, vt dicamus in Deo eſſe, Ideas & formas intelligibiles, non ſic intelligendum eſt, ꝙ iſtæ Ideæ & illæ formę ſint ſuperadditę eſſentiæ, ſed ſunt idem ꝙ eſſentia ſua. Redeamus ergo ad propoſitũ, & dicamus ꝙ intellectus qui eſt potentia pura in genere intelligibilium, ad nihil intelligendum eſt ſufficiens ſola eſſentia ſua & maxime loquendo de intellectu cõiuncto corpori. Deus vero qui eſt actus purus oĩa intelligit per eſſentiã ſuam. Intelligentię vero quę tenent modũ medium, quia in genere intelligibilium nec ſunt actus purus, nec potentia pura, ſeipſas intelligũt ꝑ eſſentiã ſuã alia vero a ſe intelligunt per ſpẽs ſuperadditas.

In ꝑpoſitióe.8.a.

Cõ.5.ĩ ſolutióe.2.&.3.queſtionis.

D

E ¶Vlterius forte dubitaret aliquis, quare oportet ſuperaddere ſpẽs intelligibiles ipſi intelligentię ad hoc ꝙ poſſit intelligere alia a ſe. Dicendũ ꝙ prima cã (vt dicebatur)eſt actus purus, & ideo non eſt determinatus ad aliquod genus entis, ĩmo (vt declarari habet in.5. Methaphyſicæ: ipſe eſt perfectus perfectione quadã vl'r) & perfectiones oĩum generum reſeruantur in ipſo: ergo quia eſſentia primi non eſt quid contractũ ad aliquod genus, ſed eſt contentiua perfectionum oĩum generũ, ſicut loquimur de perfectione eſſentię primi, ſic poſſumus loqui de repræſentatione eius: vt ſicut illa eſſentia ſufficienter continet perfectiones oĩum generum, ſic ſufficienter repręſentat oĩa genera. Non ergo Deus in intelligendo indiget aliqua ſpẽ ſuperaddita eſſentiæ ſuæ, quia habet in ſe eſſentiã ſuam quæ ſufficienter eſt rep̃ſentatiua oĩum quę ſunt & quę poſſunt eſſe in vno quoq; genere. Sed intelligentia non ſic, quia eſſentia vniuſcuiuſq; intelligẽtiæ eſt determinata ad certũ genus, & ad certã ſpẽm, ideo non ſufficit eſſentia intelligentię ad rep̃ſentandum ea quæ ſunt in diuerſis generibus. Sufficit ergo eſſentia intelligentiæ ad repræſentandũ ſeipſam: ſed ad repræſentandũ aliud oportet dare ſpẽs intelligibiles, & ideo bene dictum eſt ꝙ intelligẽtia ſeipſam intelligit per eſſentiam ſuã: Alia vero à ſe, per ſpecies ſuperadditas.

Supra.C.T.cõ.21.

F ¶Vlterius autem dato ꝙ in qualibet intelligentia ſint ſpẽs intelligibiles, vt poſſint intelligere alia a ſe. Dubitaret forte aliquis, vtrũ poſſit dici intelligentia plena formis, vel plena ſpẽbus. Dicendum ꝙ ſicut eſt in corporibus: ſic eſt ſuo modo in ſubſtãtijs Incorporeis. Videmus.n. ꝙ quædam corpora non ſunt plena formis, vt corpora iſta inferiora dñr non plena forma, vel non plena formis. Quia ſunt in potẽtia ad vlteriorem formã. Materia.n. in eis exiſtens non habet oẽm formam, quã habere põt, ſed cõtinue recipit nouas formas. Corpora vera ſuper cœleſtia ſunt plena formis, quia, (naturalr̃ loquẽdo) non ſunt in potentia ad

tentia ad vlteriorem formam. Materia.n.in eis exiſtens habet oēm formam, quā naturalr habere pōt, & ſicut in corporibus q̄dam ſunt ſuperiora, & q̄dam inferiora: ſic in intelligentijs vel in ſubſtantijs incorporeis, q̄dam ſunt ſuperiores, vt intelligentiæ,& quędā inferiores, vt intellectus noſtri, & aīę humanę. Intellectus ergo noſtri non ſunt pleni formis, ſed naſcuntur ſicut tabula raſa in qua nihil eſt pictū, & a phātaſmatibus in virtute luminis intellectus agentis continuæ recipiunt nouas ſpēs ſiue nouas formas intelligibiles: ſed intelligentię ſunt plenæ formis, quia nō intelligunt per ſpēs acquiſitas ſed per innatas. Ab initio. n. creationis eaꝝ fuerunt eis concreatę omnes ſpecies quas habent. Ita ꝙ naturaliter non ſunt in potentia ad vlteriorem ſpeciem.

¶Vlterius autem dato ꝙ oīs intelligentia ſit plena formis, & nulla naturalr ſit in potentia ad vlteriorem formā. Dubitaret forte aliquis. Vtrū vna intelligentia habeat vl'iores formas q̄ alia. Dicendum ꝙ intelligentię ſuperiores, quia perſpicaciores, & ſubtiliores ſunt, intelligunt per formas magis vl'es. inferiores vero per magis particulares. Sic. n. videmus in ipſis hoībus,quia vnus homo magis ſubtilis & magis perſpicax plura intelligit in vno verbo, q̄ vnus hæbes & groſſus in multis. Sic vna intelligentia ſuperior pōt plura intelligere per vnam ſpēm, q̄ inferior per multas. Et quia hoc eſt vl'ius.ſ. extendere ſe ad plura,ideo ſuperiores intelligentię dñr intelligere per vl'iores ſpēs quia ſpēs exiſtentes in intellectu earum ſunt plurium repſentatiuę & ad plura ſe extendunt. ¶Deinde cum dicit. G

COMMENTVM Propōnis decimæ.

Qvod eſt, qm̄ formæ quæ ſunt in intelligentiis ſecundis per mndum particularem,in intelligentiis primis ſunt per modum vniuerſalem: & formæ quæ ſunt in intelligentiis primis per modū vniuerſalem, ſunt in intelligentiis ſecundis per modū particularem. H

¶Probat quod dixerat. Adducit. n. plures rōnes oſtendentes ꝙ in intelligentijs ſuperioribus ſunt vl'iores ſpecies q̄ in inferioribus. Circa quod quatuor facit,ſm ꝙ quatuor rationes adducit ad propoſitum. Secunda ratio incipit ibi. (& in primis intelligentijs) Tertia ibi. (quod eſt quia intelligentię) Quarta ibi (& nos quidem abreuīamus) Cōtinuetur autem ſic prima ratio. Benedico ꝙ intelligentiæ ſuperiores habent ſpēs plus vniuerſales, & inferiores minus (quod eſt, quoniā formæ quæ ſunt in intelligentijs ſecundis per modum particularem, in intelligentiis primis ſunt per modū vniuerſalem: &) econuerſo (formæ quę ſunt in intelligentijs primis per modum vniuerſalem ſunt) & ſe habent (in intelligentijs ſecundis per modum particularem) formetur ergo ſic ratio.Omne qđ recipitur in aliquo, recipitur per modum rei recipientis. Ergo quę recipiuntur in intelligentijs inferioribus recipiuntur modo inferiori,& contracto,& particulari. Quæ vero recipiuntur in ſuperioribus, recipiuntur modo ſuperiori, excellenti & vniuerſali. Intelligentię ergo ſecundæ intelligent per ſpecies inferiores, particulares, & contractas. Intelligentiæ vero primæ per ſpecies vniuerſaliores, & minus contractas.

¶Dubitaret forte aliquis, Vtrum iſta ratio robur habeat. Dicendum ꝙ ſumma potentialitas eſt in materia prima,& ſumma actualitas in actu puro: in alijs vero eſt magis & minus de potentialitate, ſm ꝙ magis & minus appropinquant ad primū. Habet ergo intelligētia ſuum iliachim.i.ſuū materiale, & ſuum potentiale, & iſtud iliachim non eſt æquale in omnibus. Et hoc iliachim, ſiue hoc potentiale, quod eſt in intelligentijs contrahit ſpēs intelligibiles ne ſint in tanta excellentia & in tanta puritate, in quanta ſunt in ente primo. Dicemus ergo ꝙ ſicut materia prima, quia plus habet de potentialitate, immo quia ipſa eſt potentialitas pura, recipit oīo cōtracte,& oīo particulariter,& hic & nūc: Sic intelligētię ipſę prout magis & minus hāt de potentialitate admixta,magis & minus particulariter recipiūt I

formas. Fūdatur ergo hæc ratio in ipſa potentialitate quā habent intelligentiæ admixtam, ita vt dicamus ꝙ intelligentię ſecundæ, & inferiores, quia plus habent de potentialitate admixta recipiunt formas magis particulariter: ſuperiores vero magis vniuerſaliter, eo ꝙ habeant minus de potentialitate admixta. ¶ Deinde cum dicit.

K Et in primis intelligentiis eſt virtus magna, quoniā ſunt vehementioris vnitatis ꝗ̄ intelligētiæ ſecundæ inferiores. Et in ītelligentiis ſecūdis ſunt virtutes debiles, qm̄ ſunt minoris vnitatis, & pluris multiplicitatis.

¶Adducit ad hoc idem ſecundā rationem dicens. (& in primis intelligentijs eſt virtus magna, quoniā ſunt vehementioris vnitatis ꝗ̄ intelligentiæ ſecundæ inferiores) & ſubdit ꝙ (& in intelligentijs ſecundis) inferioribus (ſunt virtutes debiles: qm̄ ſunt minoris vnitatis & pluris multiplicitatis) Formetur ergo ſic rō: omne quod habet eſſe magis vnitū, recipit mō magis vnitiuo: & per cōſequens modo magis vl̄i. Sed intelligentię ſupiores hn̄t eſſe magis vnitum, iō recipiunt formas intelligibiles magis vnitiue, & p cōſequēs magis vl̄r. ¶Notandum autem ꝙ ſemper ex parte vniuerſalis eſt vnitas, ex parte vero particulariū pluralitas, quia ſemper vnum vniuerſale cōpræhendit multa particularia. Idem eſt ergo recipere modo plurali ꝙ particulariter, & vnitiue ꝙ vniuerſaliter.

L ¶Dubitaret forte aliquis ſuper quid fundetur iſta rō ſecunda. Dicendum ꝙ nulla intelligentia eſt actus purus, nec potentia pura: Sed in natura cuiuſlibet intelligētiæ eſt actualitas admixta potentialitati, & potētialitas admixta actui: Et quæ plus habent de potētialitate recipiunt magis particulariter, & quæ plus hn̄t de actualitate, recipiūt magis vnitiue. Prima ergo ratio fundabatur ex eo ꝙ intelligentiæ inferiores plus habent de potentialitate, & ideo modus recipiendi eaꝝ magis appropinquat ad modum receptionis materiæ, vt recipiant magis particulariter. Hęc aūt ratio fundatur ex eo ꝙ intelligētię ſuperiores plus hn̄t de actualitate, & ideo habent virtutem magnā, & magis vnitam, & recipiūt modo magis vnitiuo & vniuerſali, inferiores vero quia deficiunt ab actualitate illa, habent virtutem debilem & non ita vnitam, nec ita vniuerſaliter recipientem.

M ¶Vlterius aūt quia intellectus hominis non quieſcit Dubitaret forte aliquis, vn̄ ſequatur hæc conſequentia, vȝ ꝙ intelligentię ſuperiores quia plus habent de actualitate, ideo hn̄t virtutem magis vnitā, & recipientem magis vl̄r. Dicendum ꝙ (vt circa principium huius

In ꝓpoſitione. 4. E. F. libri tetigimus) eſt omnino modus cōtrarius in formis per ſe exiſtentibus, & in materia receptis, quia quāto formę ſunt vniuerſaliores prout in materia recipiuntur, tanto ſunt magis potentiales & imperfectæ, vt forma generis potentialior & imperfectior eſt quā forma ſpeciei & ſpēs plures perfectiones in ſe vnit & congregat quàm genus. Sed (ſi eſſent tales formæ ſeparatæ, & eſſet vera opinio Platonis quā Proclus in ſuo libro diffuſe pertractat) animal ſeparatum actualius eſſet & plures perfectiones in ſe vniret quàm homo ſeparatus. Et quia intelligentiæ ſunt formæ ſeparatæ & non receptę in materia, illa quæ plus habet de actualitate, habet perfectiones ſuas modo magis vnitiuo, & modo magis ſimplici, & per conſequens vniuerſaliori. ¶Deinde cum dicit.

N Quod eſt quia intelligentiæ quæ ſunt longinquiores ab vno puro, ſunt pluris quantitatis, & debilioris virtutis. Et intelligentiæ propinquæ vni puro ſunt minoris ꝙ̄titatis & maioris virtutis. Inde ergo accidit, vt formæ ꝗ̄ procedunt ex intelligentiis primis ꝓceſſione vniuerſali vnita procedunt.

¶Adducit tertiam rationem, cōtinuetur aūt ſic. bene dico ꝙ aliquæ intelligentię habent formas intelligibiles minus vniuerſales, & aliquæ plus (quod eſt quia intelligentiæ quæ ſunt longinquiores ab vno puro) .i. a prima cauſa (ſunt pluris quantitatis & debilioris

virtutis, &) etiam hoc eſt quia (Intelligentiæ propinquę vni puro) & primo enti(ſunt minoris quantitatis, & maioris virtutis. Inde ergo accidit, vt formæ quæ procedunt ex intelligentijs primis) procedunt (proceſsione vniuerſali vnita) & ſupple inde accidit ꝙ ex intelligentijs ſecundis procedunt formæ proceſsione particulari multiplicata.

❡Dubitaret forte aliquis, qũo iſta ratio cõtineat veritatem. Dicendum ꝙ Deus ipſe omnia intelligit per vnicam formã ſecundũ rem, quia omnia intelligit per eſſentiam ſuam, Intelligentię ergo propinquiores primo intelligunt per ſpecies pauciores, quia ſunt magis propinquæ vnitati, quanto enim numerus eſt vnitati propinquior tanto eſt minor. Ideo in intelligentijs primis tanquã in propinquioribus vnitati eſt minor numerus ſpecierum, & habent intelligentiæ illæ pauciores ſpecies (vt plane Proclus dicit)tunc ergo arguatur ſic. Intelligentiæ ſuperiores habent pauciores ſpecies, quia ſunt propinquiores vnitati, & ſimplicitati.i.enti primo quod eſt vere vnum & vere ſimplex. Sed per illas pauciores ſpecies non pauciora cognoſcũt quàm intelligentię inferiores cognoſcant. Nullus enim eſt ita hebes qui diceret intelligentias ſuperiores pauciora cognoſcere, quàm inferiores. Si ergo intelligentię ſuperiores habent pauciores ſpecies, quia ſunt propinquiores vnitati, & tamen non pauciora cognoſcunt, oportet illas ſpecies eſſe vniuerſaliores, & ad plura ſe extendere, bene ergo dictum eſt, ꝙ intelligentiæ propinquiores primo enti habent ſpecies vniuerſaliores. ❡Deinde cum dicit. O Proclus.

Et nos quidem abreuiamus & dicimus, ꝙ formæ quæ adueniunt ex intelligentiis primis intelligentiis ſecundis ſunt debilioris proceſsionis & vehementioris ſeparationis. Quod fit, quia intelligentiæ ſecundæ proiiciunt inferius viſus ſuos.i. vident & intelligunt modo magis infimo, ſecundum formam vniuerſalem quæ eſt in itell gẽtiis vniuerſalibus, & diuidunt eam, & ſeparant eam, quoniã ipſæ non poſſunt recipere illas formas ſecundum vnitatem & certitudinem earũ, niſi ſecundum modũ ſecundum quem poſſunt recipere eas.i.per ſeparationem, & diuiſionem. Similiter aliqua ex rebus non recipit quod eſt ſupra eam niſi ſecundũ modum ſecundum quẽ poteſt recipere ipſum, & non per modum ſecundũ quem eſt receptibile. P

❡Adducit quartam rõnem. Formetur aũt ſic ratio, Intelligentiæ ſuperiores docent inferiores, & docendo eas diuidũt eis ſpẽs, ita ꝙ ea quæ intelligit intelligentia ſuperior vno cõceptu & vna ſpẽ, docet intelligentiã inferiorem per plures cõceptus & ꝑ plures ſpẽs. Intelligentia ergo ſupior hẽt vl̃iores conceptus, & vl̃iores ſpẽs: quia vnus cõceptus & vna ſpẽs in intelligentia ſuperiori põt tot vel etiã plura rẽpſentare q̃ multi cõceptus vel multę ſpẽs in intelligentia inferiori. Iõ ait (& nos quidẽ abreuiamus, & dicimus).i.breui ſermone dicimus(ꝙ formę q̃ adueniũt ex intelligentijs primis ĩtelligẽtijs ſecũdis, ſunt debilioris ꝓceſſionis, & vehemẽtioris ſepationis).i.ſunt magis particulares, & magis debiles (qđ fit) ex eo ſupple (quia intelligẽtię ſecũdę ꝓijciunt inferius viſus ſuos.i.vident & intelligunt mõ magis infimo ſm formã vl̃em quæ eſt in intelligentijs vl̃ibus)quaſi dicat ꝙ intelligentię vniuerſales .i. intelligentiæ primę habent in ſe formas vl̃iores, & reſpectu illarum formarum magis vniuerſalium intelligentię ſecundæ vident.i.intelligunt modo magis inferiori.i.particulariori. (&) ſupple intelligentiæ ſuperiores quãdo docere volũt intelligentias inferiores (diuidũt eam).i.illã formam vniuerſalem (& ſeparant eam: quoniã ipſę)ſupple intelligentiæ inferiores (non poſſunt recipere illas formas) ſupple vniuerſales (ſm vnitatem & certitudinem earũ, niſi ſecũdum modum ſecundũ quem poſſunt recipere eas .i. per ſeparationem, & diuiſionem) .q. d. ꝙ intelligentiæ ſecundę nõ poſſunt recipere doctrinam

ab intelligentijs primis in illa vnitate, & in illa vniuerſalitate in qua intelligentię primæ intelligunt. Et ad declarationem dicti addit, ꝙ & (ſimiliter aliqua ex rebus) .i. quæcũq; res (non recipit quod eſt ſupra eam niſi ſecũdum modum ſm quem poteſt recipere ipſum, & non per modum ſm quem eſt receptibile.) ¶Notandũ autem ꝙ hęc quarta ratio adaptata eſt ad docere intelligentiarum, vt dicamus ꝙ ideo intelligentię ſuperiores intelligunt per vniuerſaliores ſpecies q̃ inferiores, quia quando volunt docere inferiores diuidunt cõceptus ſuos: quia non poſſunt inferiores intelligentię in illa vnitate, & ſimplicitate, & vniuerſalitate recipere ſcientiam, ſecundum ꝙ habent eam ſuperiores intelligentiæ: poſſemus tñ ſi vellemus (ſm mentem huius Authoris) referre quod dictum eſt, non ſolum ad acceptionem doctrinæ, ſed etiam ad impreſſionem ſpecierum. Dicimus.n. nos ꝙ intelligentię ſuperiores illuminant inferiores & docent eas, ſed non dicimus, ꝙ imprimant eis ſpecies. Sed hic Author viſus eſt velle, ꝙ à ſuperioribus intelligentijs deriuantur ſpecies intelligibiles in intelligentias inferiores. Ideo arguit Author, ꝙ ſuperiores hñt vniuerſaliores ſpẽs q̃ inferiores: quia qñ ſuperiores influunt ſpecies in inferiores diuidunt illas formas, & illas ſpecies .i. influunt hmõi formas, & ſpẽs in inferiores diuiſim, & particulatim, quia non pñt inferiores intelligentiæ recipere hmõi formas, & ſpẽs ita vnitiue, vt ſuperiores habent.

R ¶Notandum añt ꝙ (vt ſupra diximus) vnus homo ſubtilis, & perſpicax in vno verbo intelligit multa: & ſi vellet ipſe homo ſubtilis oĩa illa, quę intelligit in vno verbo docere ruſticum, vel groſſum hoĩem oporteret eum dicere multa verba: Quilibet.n. ſubtilis hõ experitur, ꝙ non poteſt docere groſſos, & ruſticos, niſi multiplicet verba, & per multas circumloquutiones exprimat conceptum ſuum: Et ſi eſt tanta diuerſitas in hoĩbus, quę ſunt vnius, & eiuſdem ſpeciei, ita ꝙ vnus intelligat in vno verbo plura q̃ poſſit alius intelligere multis verbis. Multo magis eſt ita in intelligentijs, quę ſunt diuerſarum ſpecierum.

In ppoſitione. 4. ſ. bb. & in hac ppõne. g.

Dionyſiꝰ

S ¶Notandum etiam ꝙ Dionyſius tertio de Angelica hierarchia in iſtam eandem ſententiã incidit cum Authore huius libri, volens ꝙ Angeli Metaphorice habeant dentes .i. habeant quandam virtutem diuiſiuam qua diuidunt, & frangunt ſpẽs intelligibiles. Sicut.n. nutrix diuidit, & maſticat cibum, ad hoc quòd puer poſſit ipſum recipere, ſic intelligentię ſuperiores diuidunt, & frangunt ſpẽs quas habent apud ſe ad hoc quòd intelligẽtię inferiores poſſint conceptus earum intelligere. Iſtud.n. frangere, & iſtud diuidere, nihil eſt aliud quàm quòd intelligentię ſuperiores intelligunt per vnam ſpẽm, & per vnum conceptum oñdunt inferioribus per multas ſpẽs, & per multos conceptus. Eo ergo ipſo quòd intelligentiæ ſuperiores ſic docent inferiores ſeparando, & diuidendo conceptus ſuos, cõſequens eſt quòd conceptus, & ſpẽs in intelligentijs ſuperioribus ſunt vniuerſaliores q̃ in inferioribus, quia vna ſpẽs, & vnus conceptus in ſuperioribus ad plura ſe extendit q̃ multi conceptus, & multę ſpẽs in inferioribus.

T ¶Notãdum ẽt quòd ſicut eſt in intelligentijs, ita & in alijs rebus, quia quælibet res recipit influentiam ſm modum ſuum. Vnde quanto res eſt inferior, tãto inferiori modo influentiam recipit. Res ergo inferiores non adæquantur ſuperioribus. Ita vt poſſint perfectionem aliquam recipere in illa excellentia in qua ſuperiores hñt. Hinc Author ad declarationem propoſiti adducit exemplum de alijs rebus, vt oſtendat ꝙ ſicut aliæ res inferiores à ſuperioribus recipiunt influentiam, & perfectionem modo magis infimo .i. magis particulari, & contracto quàm habeant res ſuperiores: ſic intelligentiæ ſecundæ quaſi inferiores recipiunt ſpecies intelligibiles ſecundum modum ſuum: qui eſt magis infimus magis particularis, & contractus quàm ſit modus recipiendi ſuperiorum intelligentiarum.

V ¶Notandum etiam quòd intelligentię ſuperiores in quatuor excẽdunt inferiores. Primo quia minus habẽt de potentialitate. Secundo quia plus habent de actualitate. Tertio quia ſunt propinquiores primo enti. Quarto quia quando volunt docere intelligentias inferiores diuidunt, & ſeparant conceptus, & ſpecies quas apud ſe habent. Ex his autem quatuor, ſumuntur quatuor rationes in littera aſſignatæ, quibus oſtendebatur, quòd intelligentiæ ſuperiores intelligunt per vniuerſaliores ſpecies quàm inferiores.

PROPOSITIO

PROPOSITIO VNDECIMA.

OMnis intelligentia intelligit res ſempiternas quæ non deſtruuntur nec cadunt ſub tempore.

¶Poſtquam Author determinauit de ſpeciebus intelligibilibus exiſtẽ- A
tibus in intelligentijs. In parte iſta determinat de actu intelligendi ip-
ſarum intelligentiarum qui ab eis egreditur mediantibus iſtis ſpeciebus. Et primo (vt dice-
batur) determinat de actu intelligendi practico. Circa quod tria facit quia primo p̄mittit In ꝓpoſi
propõnem quãdã. Secundo exponit eam, & tertio eam probat. Secũda ibi (quod eſt qm̃) tiõe. 10.
Tertia ibi (quia intelligentia quidem) Dicit ergo ꝙ (oı̃s intelligentia intelligit) ſupple in-
tellectu practico (res ſempiternas quæ non deſtruuntur nec cadunt ſub tempore.)
¶Dubitaret forte aliquis vtrum intelligentia intelligat, ſiue intelligere poſſit res ipſas ſem
piternas. Dicendum ꝙ ſi loquamur de intellectu ſpeculatiuo, certum eſt ꝙ intelligentia
intelligit non ſolũ res ſempiternas, ſed etiam res corporales, ſed ſi loquamur de intellectu
practico (ſequendo mentem huius Authoris) nihil intelligitur ab intelligentia quod non
ſit ſempiternum, & incorruptibile. Nam (vt ſupra dicebatur) motus a quo ſumit originem In propo
omnis corruptio non eſt ı̃mediatus effectus intelligentiæ, ſed aı̃æ cœli. Errauerunt .n. in ſitiõe. 3.
hoc, phyloſophi, & maxime Author huius libri credens, ꝙ nulla intelligentia poſſit aliqd I.K.
immediate operari circa aliquã rem corruptibilem. Et ideo (ſm̃ iſtum Authorem) loquen
do de intellectu practico intelligentia non intelligit niſi res ſempiternas quæ nõ deſtruũ-
tur nec cadunt ſub tẽpore. Ad hoc.n. ꝙ aliquid poſſit eſſe effectus intelligentiæ, non ſuf-
ficit ꝙ non deſtruatur, quia nec motus cœli deſtruitur (ſecundũ phyloſophos) & tamen
(ſecundum hunc Authorem) nõ eſt effectus intelligentię, ſed animæ. Illud ergo quod eſt
effectus intelligentię oportet ꝙ non deſtruatur nec cadat ſub tempore.
¶Vlterius forte dubitaret aliquis, ad quid Author adducit iſtam propõnem, & quare vo-
luit determinare de intelligere practico ipſarum intelligentiarũ. Dicendum ꝙ in propõne B
præcedenti non ſufficienter oſtenſum eſt ꝙ in intelligentijs ſint ſpẽs intelligibiles, ſed de-
clarabatur ibi, ꝙ ſi ſunt in intelligentijs ſpẽs intelligibiles, ꝙ in ſuperioribus intelligentijs
ſunt ſpẽs magis vniuerſales q̃ in alijs. Supponebatur ergo ibi tales ſpẽs eſſe, & probabatur
vniuerſalitas circa eas. Sed per ea quæ hic dicuntur ſufficienter probari põt tales ſpẽs eſſe
in intelligentijs. Nã quodlibet agens agit per formã, quam apud ſe habet, vt agens natu-
rale agit per formã naturalem, agens per intellectum agit per formã.i.per ſpẽm intelligi-
bilem. oportet ergo ꝙ intelligentia (cũ ſit agens per intellectum) habeat in ſe formas in-
telligibiles oı̃um illorum, quorum eſt cauſa. ¶Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propõnis vndecimæ.

QVod eſt quoniã ſi intelligentia eſt res ſempiterna quæ non moue- C
tur, tunc ipſa eſt cauſa rebus ſempiternis, quæ non deſtruũtur nec
cadunt ſub tempore, neq; ſub generatione & corruptione.

¶Exponit propõnem propoſitã. Cõtinuetur aũt ſic. Bene dictũ eſt ꝙ intelligentia res ſem
piternas intelligit ſupple intellectu practico. (Quod eſt, qm̃ ſi intelligentia eſt res ſempi-
terna, quæ non mouetur. Tunc ipſa eſt cã rebus ſempiternis quę non deſtruuntur, nec ca-
dunt ſub tempore, neq; ſub generatione & corruptione).q.d. ꝙ ı̃mobile non põt ı̃media-
te cauſare corporalia. quia ergo intelligentia non mouetur non põt ı̃mediate cauſare cor-
ruptibilia; ſed cauſabit res ſempiternas. Addendum eſt aũt ꝙ cum intelligentia. operetur

ntelligendo, & ipſa cauſet res ſempiternas oportet ꝙ intellectu Practico intelligat eas.
¶ Notandum aũt intentionem Authoris in hoc cõſiſtere, ꝙ cum effectus debeat propor-
tionari cauſæ, & intelligentia ſit res ſempiterna oportet ꝙ ipſa ſit cã rerum ſempiternarũ,
& per conſequens oportet ꝙ intellectu practico intelligat res ſempiternas.
D ¶ Dubitaret forte aliquis, Vtrũ verum ſit quod Author ait, vʒ ꝙ intelligentia nõ poſſit ha-
bere ĩmediate cauſalitatem niſi circa res ſempiternas eo ꝙ ipſa ſit ſempiterna & ĩmobilis.
Dicendum ꝙ ſi hæc ratio eſſet bona, Deus cũ ſit oĩno ĩmobilis, nihil mutabile & nihil no-
uum poſſet ĩmediate producere. Propter quod ſciendũ, ꝙ cum agens agat ſm modum
naturæ ſuæ, Deus aũt & intelligentię ſunt naturæ intellectualis, & iõ agunt intelligendo,
inde eſt ꝙ de Deo dicimus ꝙ ſuum dicere eſt ſuũ facere, & ꝙ ipſe dixit & facta ſunt, Nam
dicere eius nihil eſt aliud q̃ verbum formare. & quia ipſe operatur intelligẽdo, cum ſit na-
turæ intellectualis, per ſuũ verbum quod format & per ſuum dicere agit quicquid agit. Sic
& intelligentiæ p ſuum verbũ intelligibile qd formant, & per ſuũ intellectum agunt. Et ſi
E volumus bñ intelligere qũo Deus & ſubſtãiæ ſeparatæ agant. Videamus qũo aĩa moueat cor-
pus ꝓprium. Sed dices ꝙ aĩa noſtra mouet corpus p virtutem motiuã, quæ eſt in muſcu-
lis & neruis: ſed illa virtus motiua nõ plus facit niſi ꝙ reddit corpus habile vt ſit aptũ na-
tum obedire aĩæ, ad ſolum.n.nutum aĩę obedit ei corpus ꝓprium quãtum ad motũ. Qui-
libet.n. experitur in ſeipſo ꝙ ad nutum aĩæ eius, prout vult mouere mẽbra ſic mouentur,
ita intelligentiæ non hñt manus neq; pedes, ſed ad nutum earũ eis obedit natura corpora-
lis, prout eſt eis apta obedire. & ipſi Deo ad nutum eius obediunt oĩa: Intelligendo ergo
& volendo tã Deus quàm intelligentiæ operantur. Vñ ſicut loquimur de intelligere & vel-
F le Dei & intelligẽtiarũ ſic loqui debemus de cauſalitate & operatione ipſorũ ſicut ergo ma-
le argueret qui diceret, Deus eſt ſempiternus, ergo nec intelligit nec vult res corporales
corruptibiles: ita male arguit dicens. Deus eſt ęternus, ergo per ſeipſum nec cauſare nec
operari põt corruptibilia. Sicut ergo Deus põt oĩa cauſata intelligere, ſic põt oĩa ca face-
re. Hæc aũt phyloſophorũ rõ, licet ſit ſimpliciter falſa, Dat tñ nobis materiã deueniendi in
aliquã veritatem, quia ex parte ipſius Dei eſt oĩmoda ĩmobilitas, & oĩmoda æternitas.
Ita ꝙ Deus ipſe nihil intelligit intellectu temporali, nec aliquid vult voluntate mutabili,
ſed intellectu æterno, & voluntate æterna cauſat res nouas & mutabiles. Poſſet.n quis vo
luntate antiqua non mutata facere rem nouã, vt ſi aliquis homo, proponeret vsq; ad ma-
gnum tempus facere aliquid ſi ſemper perſiſteret in voluntate illa, & adueniente illo tem
pore faceret illud, diceremus ꝙ voluntate antiqua non mutata rem nouã faceret, ita Deus
nihil nunc de nouo facit, quod non ab æterno diſpoſuerit, ita ꝙ voluntate ęterna non mu-
tata efficit oĩa hmõi: noua & mutabilia. Cum ergo ꝑp productionem, nouorum & muta-
bilium nullam nouitatem, nec mutabilitatem ponamus in Deo, ampulloſa phyloſophorum
argumenta nihil contra religionẽ Chriſtianã concludunt. De intelligentijs aũt nulla eſt
quęſtio quia in eis nouitatem ponere nullum eſt inconueniens. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA pars principalis Commenti.

G ET intelligentia quidem nõ eſt ita: niſi quia intelligit rem per eſſe ſuũ.
Et eſſe eſt ſempiternum quod nõ corrumpitur. Cum ergo hoc ſit ita:
dicemus ꝙ res deſtructibiles ſunt ex corporeitate.ſ. ex cauſa corporea, &
temporali, non ex cauſa intelligibili æterna.

¶ Probat quod dixerat, intendit aũt talem rõnem omne agens agit ſm oẽm ſuũ modum
i. ſm modum ſui eſſe, & ſm modum ſuæ ſnbẽ. Sed eſſe, & ſubſtã intelligentię ſunt quid in-
corruptibile. Ergo corruptibilia nõ poſſunt eſſe ĩmediatus effectus intelligentiarũ, ſed aliqd
corpus, vt cœleſte, eſt cã corruptibiliũ. Cõtinuetur aũt ſic iſta rõ: Bñdictũ eſt, vel bñdico

ꝙ intelligentia nō cauſat ĩmediate corruptibilia, quia (& intelligentia quidē non eſt ita) .i. non eſt cā alicuius rei (niſi quia intelligit rē) illā (per eſſe ſuū).i.p modum ſui eſſe, & per modum ſuæ ſubę,quia oē agens agit p modū ſuę naturę,& ſui eſſe,(&)quia(eſſe ſuū).i.eſſe intelligentiæ(eſt ſempiternū qđ non corrūpitur.Cū ergo hoc ſit ita dicemus ꝙ res deſtruɫtibiles).i.corruptibiles (ſunt ex corporeitate.ſ.ex cā corporea,& tpali, nō ex cā intelligibili æterna) motus ergo cœli ſm phyloſophos eſt corruptibilis ſm ſuas ptes ideo pōt eſſe corruptibilium cā, non aūt (ſm hunc Authorē) intelligētia pōt eſſe hoc modo cā. ❡Notandum aūt ꝙ hæc rō non plus cōcludit niſi ꝙ æternū vt ęternum eſt nō agit nec operatur per intellectū & voluntatē mutabilē & tpalem. Sicut ergo Deus intelligit materialia ĩmateriaľr, & tpalia ęternaľr: Sic ęternaľr potuit in ſeipſo diſponere oĩa q̃ fecit in tpe, & voluntate ęterna potuit res temporales facere. De intelligentijs aūt non hēt difficultatem quod dicitur, quia ibi mutabilitatem aliquā ponere rōnabiliter poſſumus. tamen ſecundū hunc Authorem, intelligentia intellectu practico non intelligit niſi res ſempiternas. H

PROPOSITIO DVODECIMA.

PRIMORVM OMNIVM Quædam ſunt in quibuſdam, vt ſit vnum eorum in alio. A

❡Poſtq̃ Author determinauit de intelligere practico ĩtelligētiaꝝ,in pte iſta determinat de eaꝝ intelligere ſpeculatiuo. Ad cuius euidētiā ſciendū,ꝙ intelligentia ſm intellectū practicū intelligit ſolūmō aliqua,vt illa q̃ ꝓducit. Sed ſm intellectū ſpeculatiuū intelligit quodāmō oĩa, & quia intellecta ſunt in intelligente, ſi intelligētia per intellectū ſpeculatiuū intelligit quodāmō oĩa: opꝫ oĩa quodāmō eſſe in intelligētia. Volens ergo Author determinare de intelligere ſpeculatiuo intelligentiarū,& de mō intelligēdi eaꝝ, duo facit, quia prĩo oñdit ꝙ oĩa ſunt in oĩbus,& vnūqđq; eſt in vnoquoq; p modū vniuſcuiuſq;,ita ꝙ oĩa ſunt in ĩtelligentia p modū intelligētiæ.Scđo ex eo ꝙ oĩa ſunt in intelligētia mō dicto, oñdit qūo intelligētia ſe & alia cōtēplet ibi(oĩs intelligētia)in.13 ꝓpōe. Circa primū duo facit, quia prĩo p̃mittit ꝓpōem vnā. Scđo ꝓpōem illā declarat. ibi (qđ eſt quia in eſſe.) Dicit ergo ꝙ (primoꝝ oĩum q̃dā ſunt in quibuſdā, vt ſit vnū eoꝝ in alio) .i. vt ſit vnūquodq; in vnoquoq; p modū vniuſcuiuſq;.Eſt ergo intētio ꝓpōis ꝙ prĩa entia ſūt in ſeipſis p modū ſui, & vľiter vnūqđq; ens eſt ĩ vnoquoq; p modū vniuſcuiuſq; recipiētis.
❡Dubitaret forte aliquis,qūo p iſtā ꝓpōem,poſſimus aliquid ſcire de intelligere intelligētiaꝝ. Dicendū ꝙ ſi vnūqđq; eſt in vnoquoq; p modū vniuſcuiuſq;: tūc oĩa ſunt in intelligentia per modū intelligētię,& ſi oĩa ſunt in intelligētia p modum intelligētiæ, oĩa ſunt in ea per modū intelligibilem,& ſi oĩa ſunt in intelligentia per modū intelligibilem, vel per modum intellectualem, tunc intelligentia intelligit oĩa. Hoc eſt ergo quod Proclus dicit, ꝙ omnia ſunt in intellectu quæ ſunt ante ipſum modo intelligibili. B Proclus.
❡Vlterius forte dubitaret aliquis qūo ſunt oĩa in ĩtelligentia mō intelligibili.Dicēdū ꝙ ſm Cōmentatorem. 12. Methaphyſicæ: oēs formæ q̃ ſunt potentia in materia prĩa, ſunt actu in motore prĩo. Dr̃ n.motor primus habere apud ſe formas & Ideas oĩum quia hēt in ſe rōnes oĩum fiendoꝝ. Oē n.agens p intellectū hēt in ſe ſpēm formā & ideā eius qđ agit. Sed videmus ꝙ qñ aliquę formę, vel aliquæ ſpēs ſunt in actu,ſi ſit p̃ſens recipiēs ſimilitudines illaꝝ fiunt in recipiente ſm modū recipientis: vt ſi colores ſint in actu in aliquo corpore, & ſit præſens oculus: ſimilitudines iſtoꝝ coloꝝ recipienī in oculo ſm modū oculi: ex defectu n.actualitatis cōtingit ꝙ ſimilitudines ſpecierū exiſtentiū in aliquo nō multiplicēt ſe in paſſum ſm modū paſſi. Dicimus aūt ſm modū paſſi,quia poſſet eſſe paſſium improportionatū ad recipiēdū & tūc nō reciperet.Dicamus ergo ꝙ qa formę & ideę exiſtētes in mēte diuina ſūt in pleniſſima actualitate ſtatī cāta intelligētia fluxerūt ſpēs in eā deriuatæ ab ideis exiſtētibus in mente diuina. Nihil ergo eſt aliud oĩa eſſe in intelligētia p modū intelligētię,niſi C In fine cō. 18.

intelligentiā habere apud ſe ſpēs intelligibiles oīum. Vnde aūt fluxerunt illæ ſpecies, & qūo habent eſſe in intelligentia declaratum eſt per iam dicta. Ex hoc aūt patere pōt qūo intelligentia eſt plena formis, quia quantū pōt recipere de ſimilitudinibus illis influxum eſt ei a prima cā. Primū .n. ens a quo regulantur oīa, ſine inuidia cōmunicat ſeipſum totū cuiuſlibet, rei quātum quęlibet res de ipſo pōt capere. Et quia intelligentiæ tantum receperunt de formis intelligibilibus deriuatis ab illis Ideis quantum potuerunt capere. ideo dicuntur plenæ talibus formis. ❡Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propōnis duodecimæ.

D Vod eſt quia in eſſe ſunt vita & intelligētia, & in vita ſunt eſſe & intelligentia, & in intelligentia ſunt eſſe & vita. Veruntamen eſſe & vita in intelligentia duæ ſunt intelligentiæ; & eſſe & intelligentia, vt eſt in vita eſt quædā vita, & intelligentia & vita in eſſe ſunt duo eſſe.

❡Declarat quod dixerat, circa quod quatuor facit. Primo .n. declarat hoc in cauſis formalibus. Secundo in cauſis efficientibus. Tertio quę dixerat adaptat ad propoſitum. Quarto & vltimo epilogat circa determinata. Secunda ibi (& illud quidem) Tertia ibi (& nos quidem abreuiamus) Quarta ibi (quare redeamus & dicamus) Intentio aūt Authoris eſt oſtendere ꝙ vnūquodq; eſt in vnoquoq; per modū vniuſcuiuſq;, quod patet verū eſſe in cauſis formalibus. iſta .n. tria eſſe, viuere, & intelligere quæ ſunt quidā actus, & quædam perfectiones ſunt in ſeipſis ſm modum vniuſcuiuſq;, quia eſſe, & viuere ſunt in intelligere per modum intelligibilem, & intelligere & viuere ſunt in eſſe per modum entis. Et eſſe & intelligere ſunt in viuere per modum vitæ. Et quia ſic eſt in his perfectionibus ꝙ vnūquodq; eſt in vnoquoq; per modū vniuſcuiuſq;, patet verum eſſe quod ꝓponebatur. Cōtinuetur aūt ſic lr̄a. Benedictū eſt ꝙ quodlibet eſt in quolibet per modū cuiuſlibet (quod eſt, quia in eſſe ſunt vita & intelligentia, & in vita ſunt eſſe & intelligentia, & in intelligentia ſunt eſſe & vita. Verūtamen eſſe & vita in intelligentia ſunt duę intelligentię) q d. ꝙ eſſe in intelligentia eſt quędā intelligentia, ſicut aīal in hoīe eſt homo. Et vita in intelligentia eſt, etiā quædam intelligentia. Eſſe ergo & vita in intelligentia ſunt duę intelligentiæ. (& eſſe & intelligentia) quodlibet iſtorū duoꝝ (vt eſt in vita eſt quędā vita) & eſt ibi per modum vitæ (& intelligentia & vita in eſſe ſunt duo eſſe) .i. quodlibet iſtorum duorum vt eſt in eſſe eſt quoddam eſſe, & eſt ibi per modum entis.

E ❡Dubitaret forte aliquis qūo viuere & intelligere reſeruantur in eſſe. Hoc .n. non videtur verum quia inferiora non ſunt actu in ſuperioribus, licet ſuperiora ſint in inferioribus. In eſſe .n. non includitur viuere, licet in viuere includatur eſſe. Author tn̄ videtur dicere ꝙ quodlibet includatur in quolibet. Dicendum ꝙ liber iſte extractus eſt ex libro Procli, & iſte Proclus fuit totus Platonicus. Propter quod multæ probationes hic inducuntur modo Platonico. Si ergo eſſe & viuere, & intelligere eſſent perfectiones abſtractę (vt poſuit Plato) quodlibet iſtorum reſeruaretur in quodlibet. Hoc n. poſito, illud eſſe eſſet perfectius q̄ viuere, & viuere eſſet perfectius q̄ ſapere, vel q̄ intelligere. Viuere ergo eſſet perfectius in ipſo eſſe quàm in ſeipſo. Eſſet ergo viuere in eſſe per modum entis .i. modo excellentiori, & eſſe eſſet in viuere modo participatiuo. quodlibet ergo eſſet in quodlibet per modū cuiuſlibet. Non ergo adducuntur hic iſta verba quia vera ſit opinio Platonis, ſed vt per opinionem Platonis intelligatur hęc veritas, qūo .ſ. quodlibet reſeruatur in quolibet. Multæ enim opiniones phyloſophorum in ſe non ſunt verę, quę tamen iuuant intellectum noſtrum ad intelligendum aliquam veritatem. ❡Deinde cum dicit.

Proclus.

F Et illud quidem non eſt ita niſi quia vnūquodq; primorum, aut eſt cauſa, aut

ſa,aut eſt cauſatum. Cauſatum ergo eſt in cauſa per modum cauſæ,& cauſa eſt in cauſato per modum cauſati.

¶Declarat hoc idem in cauſis efficientibus,videlicet ꝙ quodlibet ſit in quolibet (& illud quidem non eſt ita) vȝ ꝙ quodlibet ſit in quolibet(niſi quia vnumquodqȝ primorum, aut eſt cauſa,aut eſt cauſatum. Cauſatum ergo eſt in cā per modum cauſę , & cā eſt in cauſato per modum cauſati) Formetur ergo ſic rō. Vnumquodqȝ vel eſt cā,vel eſt cauſatum. Sed oīs cā eſt in ſuo cauſato per modum cauſati,& oē cauſatum eſt in ſua cā per modum cauſę, ergo vnūquodqȝ eſt in vnoquoqȝ per modum vniuſcuiusqȝ. ¶Notandum aūt ꝙ illud qđ hic dr̄ de primis entibus.i.de intelligentijs,ꝙ vna ſit in altera per modum alterius veritatē hȝ de oībus entibus:quia ſic eſt vniuerſum connexū,ꝙ oīa ſunt quodā modo in oībus. ¶Dubitaret forte aliquis qūo vnūquodqȝ ſit in vnoquoque per modū vniuſcuiuſqȝ,& qūo cā ſit in cauſato per modū cauſati, & cauſatum in cā per modum cauſę. Dicendum ꝙ ſic perfectiones fluunt à cauſis incauſata,ꝙ non deſinunt eſſe in cauſis . Vt ſi color à pariete ſe multiplicat in oculum,ita fit ſimilitudo coloris in oculo,ꝙ tñ color ipſe nō deſinit ſubiectum proprium:& ſi ab intellectualibus fluunt,& cauſantur ſenſibilia,vt ab archa in mente artificis cauſatur archa in materia. Sic fit archa in materia,ꝙ tñ ipſa archæ non deſinit eſſe in mente artificis. Archa ergo iſta ſenſibilis virtualiter eſt in archa,quæ eſt in mente artificis:in quantum per iſtam archam hȝ fieri,& produci. Et Archa quę eſt in mente Artificis ſimilitudine eſt in archa,quæ eſt in materia , in quantum archa,quæ eſt in materia eſt expreſsiua ſimilitudinis illius archæ,quæ eſt in mente artificis. Si ergo in hoc exemplo archa intellectualis ſe hȝ,vt cā,& ſenſibilis ſe hȝ,vt cauſatum. Archa ſenſibilis eſt in intellectuali per modum cauſę. Quia eſt ibi per modum intellectualem . Et archa intellectualis eſt in archa ſenſibili per modum cauſati:quia eſt ibi per modum ſenſibilem. Archa intellectualis non pōt ſe facere in materia ſenſibili,niſi modo ſenſibili,Et Archa ſenſibilis non poteſt eſſe in mente artificis,niſi per modum intellectualem. Vnūquodque ergo receptum eſt in vnoquoqȝ recipiente per modum vniuſcuiuſqȝ recipientis,vt ſenſibilia ſunt in intelligibilibus intelligibiliter,& intelligibilia in ſenſibilibus ſenſibiliter,& breuiter omnia in omnibus ſm modum omnium. ¶Deinde cum dicit.

ET nos quidem abreuiamus,& dicimus,ꝙ res agēs in rem,per modū cauſæ,non eſt in ea,niſi per modū,qui eſt cauſa eius . Sicut ſenſus in aīa per modum animalem : Et anima in intelligentia per modum intelligentiæ , & intelligentia in eſſe per modum eſſentialem: Eſſe primum in intelligētia per modum intelligibilem: & intelligentia in anima per modum animalem , & anima in ſenſu per modum ſenſibilem. H

¶Quæ dixerat adaptat ad propoſitum oſtendens , ꝙ vnumquodqȝ eſt in vnoquoqȝ per modum vniuſcuiuſqȝ,vt oīa ſunt in aīa per modum aīalem in intellectu per modum intelligibilem,in ſenſu per modum ſenſibilem, ideo ait (& nos quidem abreuiamus,& dicimus, ꝙ res agens in rem per modum cauſæ,non eſt in ea,niſi per modum,qui eſt cā eius).i.ꝑ quē cāt illam,& quia cā eſt in ipſa re cauſata,ideo cā ſe facit in cauſatum ſm modum cauſati,& cauſatum in cā ſm modum cauſę,vt ſenſus.i.res ſenſibilis cauſatur ab aīa,anima vero(ſm hunc authorem) cauſatur ab intelligentia,intelligentia vero ab eſſe primo,ſiue à Deo.Ergo vnūquodqȝ erit in vnoquoque ſm modum vniuſcuiuſqȝ, Hoc eſt ergo quod dicit, ꝙ (ſicut ſenſus).i.ſicut res ſenſibilis,eſt(in aīa per modū aīalem , & aīa in intelligentia per modum intelligentię,& intelligētia in eſſe).i. in eſſe primo,ſiue in Deo (per modum eſſentialē) ſic ſupple ēcōuerſo(eſſe primū)vt ipſe Deꝰ eſt(in intelligentia per modū intelligibilem,& in-

telligentia in anima per modum animalem,& aĩa in ſenſu per modum ſenſibilem.) ¶Notiandum aũt ꝙ ſ̃m hunc Authorem)perfectiones deriuantur à Deo, ſiue ab eſſe primo in intelligentias,& ab intelligentijs in aĩas cœlorũ,& ab aĩabus cœlorum in materiam ſenſibilem. Sed illę perfectiones,quæ fluunt ab eſſe primo in intelligentias recipiuntur in intelligentijs per modum intelligentiæ,& quę fluunt ab intelligentijs in aĩas cœlorum,recipiuntur in eis per modum aĩalem,& quę fluunt ab aĩabus cœlorum in ſenſibilia recipiũtur in eis per modum ſenſibilem. ¶Deinde cum dicit.

I QVARE redeamus,& dicamus , ꝙ ſenſus in anima,& intelligentia in cauſa prima ſunt ſecundum modos ſuos.

¶Epilogat circa determinata dicens. (Quare redeamus , & dicamus ꝙ ſenſus in aĩa, & intelligentia in cã prima) & omnia ſupple in oĩbus(ſunt ſecundum modos ſuos.)

A PROPOSITIO TERTIADECIMA.

OMNIS intelligentia intelligit eſſentiam ſuam.

¶Poſtq̃ Author in propoſitione duodecima oſtendit qũo oĩa ſunt in intelligentia. Nunc in hac propõne. 13. oſtendit qũo intelligentia intelligit ſe,& alia præter ſe. Vnde patet ꝙ propoſitio. 12. eſt quaſi quoddam præambulum,& quoddam declaratiuum huius propõnis. Nam ſi oĩa ſunt in intelligentia modo intelligibili,ita ꝙ ipſa intelligentia eſt in ſeipſa modo intelligibili,& ẽt aliæ res ſunt in intelligentia modo intelligibili , conſequens eſt ꝙ ipſa ſeipſam,& alias res intelligat. Ordinate ergo ꝓcedit Author, ſi poſtq̃ oſtendit in propõne p̃cedenti,ꝙ oĩa ſunt in intelligentia modo intelligibili,poſtea in hac propõne declarat qũo intelligẽtia ſe,& alia intelligit. Duo ergo facit Author, quia primo oñdit qũo intelligentia intelligit ſe,ſcd̃o qũo intelligit alia. ibi(& qñ intelligentia ſcit eſſentiã ſuã)Circa primũ duo facit. Quia primo p̃mittit ꝓpõnem,ſcd̃o ſubiungit ꝓpõnis ꝓbationẽ. ibi(qđ eſt quia) Dicit ergo ꝙ(oĩs intelligentia intelligit eſſentiã ſuam.) ¶Notandũ aũt ꝙ iſta ꝓpoſitio(vt aliqualiter iam innuimus) ex p̃habitis eſt quaſi faciliter declarata, dicebať in ꝓpõne p̃cedenti,ꝙ vnũquodq; eſt in vnoquoq; per modũ vniuſcuiuſq;. Ita ꝙ oĩa ſunt in intelligentia modo intelligibili,& quia eſſentia intelligẽtiæ eſt in intelligẽtia, Ergo eẽntia intelligẽtiæ eſt in ea modo intelligibili:ſed vnũquodq; intelligẽs intelligit illud qđ eſt in eo mõ intelligibili. Ipſa ergo intelligentia intelligit eſſentiam ſuã,cũ hmõi eſſentia ſit in ea modo intelligibili.

In ꝓpoſitione p̃cedẽti, a.d. e.f.g.h.

B ¶Notandum ẽt ꝙ illud qđ eſt per ſe eſt vniuerſale. Nam non põt eſſe per ſe, niſi ſit de oĩ (vt ꝓbať primo poſteriorum) & quia hoc eſt per ſe , ꝙ quicquid eſt in intelligentia eſt in ea mõ intelligibili,ideo hoc erit vlẽ,& de oĩ. Vniuerſaliter ergo eſſentia vniuſcuiuſq; intelligentię erit in intelligentia modo intelligibili. Vniuerſaliter itaq; oẽs intelligentia eſt intelligens eſſentiam ſuam,vt propoſitio dicit. ¶Deinde cum dicit.

T. cõ.11. &.15.

Nota ꝙ hic doctor accipit vniuerſale prioriſtice, & nõ poſterioriſtice.

COMMENTVM propoſitionis Tertiædecimæ.

QVOD eſt quia intellectus,& intellectum ſunt ſimul,tum ergo intelligentia eſt intelligens intellectum,tunc proculdubio videt eſſentiam.

C ¶Probat quod dixerat,Circa qđ duo facit. Nam primo ꝓbat hoc ex eo, ꝙ intelligentia

intellectus eẽntię,& eẽntia ſunt ſimul. Scd̃o ꝓbat hoc ex eo ꝙ intellectus eẽntię,& eẽntia
in intelligentia ſunt,cõuertibilia. Scd̃a ibi.(& qñ videt eſſentiã ſuam.) In prima parte in-
tendit talẽ rõnem.Quicquid hꝫ ſimul intellectũ eſſentiæ,& eſſentiã, illud intelligit eſſentiã
ſuam. Intelligentia eſt hmõi,ergo &c. Continuet aũt ſic bñdico ꝙ oĩs intelligẽtia intelligit
eſſentiã ſuam,(quod eſt quia intellectus,& intellectum) ſupple in intelligentia(ſunt ſimul)
& quia ſic eſt(cum ergo intelligentia eſt intelligens) & cum eſt(intellectum tunc procul-
dubio) ipſa intelligentia(videt eſſentiam ſuam.)

¶Dubitaret forte aliquis vnde ſequitur hæc conſequẽtia,ꝙ intelligentia intelligat eſſentiã
ſuam,quia in ea intellectus,& intellm̃ ſunt ſimul. Dicendũ ꝙ dupplr̃ poſſumus declarare
ꝓpoſitũ,ſm̃ ꝙ quantum ad pñs ſpectat,intellectus dupplr̃ põt accipi. Vno mõ intellectus
põt dicere ipſam potentiã intellectiuã. Alio modo intellectus põt dicere rõnem intelligẽdi.

¶Prima via ſic pꝫ:nã ſi quis quæreret,cũ eſſentia lapidis intelligit̃,Quare eẽntia lapidis nõ Prima via
intelligit,plana eſt rñſio. Nã eſſentia lapidis nõ intelligit̃ per intellm̃,ſiue per potentiã in-
tellectiuã,quę ſit in lapide,ſed intelligit̃ per intellm̃.i. per potentiam intellectiuam,quæ eſt
in aĩa,vel quæ eſt in intelligentia. Ergo in lapide non ſunt ſimul,intellectus,& intellm̃. Eſt
quidem in lapide,ipſum intellm̃,quia eſt in eo eſſentia ſua,quæ eſt quid intellm̃, & quæ eſt
obiectũ intellectus,ſed non eſt in lapide ipſe intellectus,ſiue ipſa potentia intellectiua , Et
ideo lapis ita intelligit̃,ꝙ non ĩtelligit,ſed ſi lapis hr̃ent in ſe intellm̃.i.potentiam intellecti
uam,& in lapide eſſent ſimul ipſum intellectũ(.i.eſſentia lapidis,quę eſt quid intellectũ) &
intellectus.i.potentia intellectiua,tunc ꝓculdubio lapis intelligeret ſeipſum,& videret eſ-
ſentiam ſuã,Et quia hoc eſt in intelligentia.ſ.ꝙ in ea ſunt ſimul intellectus,& intellectum.i.
eſſentia quæ eſt quid intellectũ,& ipſa potentia intellectiua , quę poteſt dici intellectus,
ideo intelligentia ſeipſam intelligit. ¶Secunda via ad declarandum hoc idem ſumitur , ſi D
intellectus non ipſam potentiam intellectiuam,ſed rõnem intelligendi. Dicimus aũt ꝙ in Secunda
rebus materialibus aliud eſt res,& aliud intellectus rei,vt aliud eſt lapis,& aliud eſt intelle via.
ctus lapidis. Intellectus.n. lapidis eſt id quod intellectus format intelligendo lapidem illa
.n. ratio,quam format intellectus intelligendo lapidem,põt dici intellectus lapidis. Res igi
tur materiales non ſunt intelligibiles per ſe ipſas,lapis.n.per ſe ipſum non eſt in aĩa,nec la-
pis per ſe ipſum intelligitur,ſed eſt aliquid in aĩa quod eſt rõ intelligendi lapidem, & ꝙ põt
dici intellectus lapidis,In talibus ergo aliud eſt intellectus,& quod intelligitur,Intelligitur
.n.ipſa eſſentia lapidis,ſed non per ſe ipſam , ſed eſt aliquid in aĩa quod eſt rõ intelligendi
lapidem:quod(vt dicebatur) põt dici intellectus lapidis:ſed ſi lapis eſſet ſeparatus à mate-
ria,lapis intelligeretur per ſe ipſum,& tunc non e[illegible]et aliud quod intelligitur, & intellectus,
i. rõ intelligendi per quam intelligeretur. Hoc eſt ergo quod dr̃ in tertio de aĩa, ꝙ in ſe- T. cõ.15.
paratis à materia idem eſt intellectus,& quod intelligitur,talia.n.nõ intelliguntur per aliũ
intellectum.i per aliam rõnem intelligendi:ſed ipſa ſunt ſuus intellectus.i. ſua rõ intelligẽ-
di. Hoc viſo de leui pꝫ propoſitũ. Nam oĩs actio eſt à forma:illud aũt quod eſt formaliter E
tale,illud agit actionem,vt illud quod eſt formaliter calidum illud calefacit,illud aũt quod
eſt potentia calidum,non calefacit,ſed põt calefieri,Actio.n. principaliter,& per ſe egredi-
tur à forma non à materia ab eo quod eſt in actu , non ab eo quod eſt in potentia. Actio
ergo intelligibilis egreditur à ſpẽ intelligibili,vel ab eo quod eſt rõ intelligendi, & quia res
materiales non ſunt ſuus intellectus,nec ſunt ſua ratio intelligendi,quia non intelliguntur
per ſeipſas.Ideo actio intelligibilis à rebus materialibus progredi non põt,hñt.n.ſe res ma-
teriales reſpectu actus intelligendi non quaſi formalia,nec quaſi quid in actu , ſed quaſi
quid in potentia:& ideo ſicut eſt de actione tranſeunte in exteriorem materiã ita ꝙ ea quę
ſunt potentia talia,vt puta ea quę ſunt potentia calida,per ſe loquendo, poſſunt calefieri,
ſed non calefacere. Sic ſe habet de actione non tranſeunte,ita quòd ea quæ non participãt
de forma intelligibilitatis, & quæ nullo modo ſunt ratio intelligendi , & quę nullo mo-
do intelliguntur per ſeipſa, talia intelligi poſſunt, ſed non intelligere . Et in talibus
non ſunt ſimul intellectum , & intellectus, in talibus quidem eorum eſſentia , ita eſt F

V quid intellectum,ꝙ non eſt intellectus.i.non eſt rõ intelligendi. Sed dices ꝙ ipſa ſpẽs intelligibilis informans intellectum põt dici intellectus,& põt dici rõ intelligendi, & tñ illa ſpẽs non intelligit,ſed vt pȝ,Quæ non hñt per ſe eſſe,non hñt per ſe agere:ſed ſi iſta ſpecies hrẽt eſſe per ſe ipſam,intelligeret,& tunc ibi idem eſſet intellectus,& intellectum, & idem eſſet ibi quod intelligeretur,& ratio intelligendi,ipſa quidem ſpẽs ſe intelligeret ꝑ ſeipſam.

¶ His viſis patet intentio Authoris. Nam ſi in rebus materialibus non ſunt ſimul,nec ſunt idem intellectus,& intellectum quia talia non intelliguntur per ſeipſa,talia quidem nõ participant de forma intelligentis,nec de rõne intelligendi,& ideo talia ſic intelliguntur,ꝙ nõ intelligunt,ſed ſubſtantiæ ſeparatę,quia in eis ſunt ſimul,& ſunt quodammodo idem intellectus,& intellm̃,& quia talia quodãmodo intelligunt per ſeipſa,ideo talia ſeipſa intelligũt

G ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,cum dupplr̃ ſit declaratum intelligentiã intelligere eſſentiam ſuam,quia in ea ſunt ſimul intellectus,& intellm̃,quis iſtorum duorũ modorum ſit in hoc loco magis de intentione Authoris. Dicendum ꝙ ſcd's modus in hoc loco eſt magis de intentione Authoris,& magis ad propoſitũ ꝙ̃ primus. Sic.n.arguit Author, ꝙ quia in intelligentia eſt ſimul intellectus,& intellectum , ideo ſiue intelligentia ponatur eſſe quid intelligens,ſiue quid intellectũ,ſemper intelliget eſſentiam ſuam,ſed ſi ſm primum modũ ſimultatis vellemus arguere intelligentiam intelligere eſſentiam ſuam, vt diceremus quòd quia in intelligentia ſunt ſimul hęc duo,intellectũ.i.eſſentia ſua,quæ eſt quid intellectum, & intellectus.i.virtus ſiue potentia intellectiua,quę dr̃ intellectus,ideo intelligit eſſentiam ſuam:Tunc ſm iſtum modum exponẽdi verba,quę ſequunt̃. Vȝ ꝙ intelligentia proculdu-
H bio videt eſſentiam ſuã,ſiue ponatur eſſe quid intelligens,ſiue quid intellectum,nõ hẽrent veritatem. Nam & in aĩa nr̃a ſunt ſimul hoc modo intellectum,& intellectus,quia in ipſa eſſentia aię fundatur ipſa potentia intellectiua,nec tñ eſt verꝫ,ꝙ ſemꝑ qñ aĩa eſt intelligẽs
Decimoquarto de Trin. cap.6.
intelligat eſſentiam ſuam,loquẽdo de intelligere,vt loquitur phyloſophus. Poſſemus n.accipere intelligere,vt accipit Aug. qui ait ꝙ aĩa ſemper ſe intelligit. De quo modo intelligendi non eſt ad pñs curandum. Sed ſm modum intelligẽdi quo loquitur phylpſophus:aĩa non ſemper ſe intelligit,& cum intelligit nõ ſemper intelligit ſeipſam,nec ẽt intelligit ſeipſam primo. Immo intelligit ſe,intelligendo alia. Eſt ergo in aĩa nr̃a ſimul ipſa eſſentia,quæ põt dici quid intellectũ,& intellectus.i.potentia intellectiua,quę dr̃ intellectus,nec tñ ſemper eſt intelligens eſſentiam ſuam. Et ideo dicamus ſm modum eſſe magis ad ꝓpoſitum. Dicemus quidem ꝙ in ipſa intelligentia ſunt ſimul, & ſunt quodam modo idem intellectũ & intellectus,quia ipſa eſſentia intelligentię eſt ſuus intellectus.i. intelligitur per ſeipſam, ideo opȝ ꝙ ſit per ſe intelligens ſeipſam,& quia qđ eſt per ſe,eſt ſemper,ideo ſemꝑ intelligit ſeipſam,Non eſt aũt ſic de intellectu nr̃o.Intellectus.n.nr̃ non ſemꝑ intelligit ſeipſum, quia non eſt per ſe intelligibilis,& quantũ eſt de ſe,nihil hȝ de actu intelligibilitatis)vt.s. diximus)ſed ſm Cõmentatorẽ ipſe intellectus nr̃ in gñe intelligibiliũ eſt ſicut materia prima in gñe entiũ.Vñ ſicut mã efficit̃ ens actu ꝑ formam,& ſi nullã formã hrẽt,nullo modo eẽt actuẽs,ſed potentia ens,ſic intellectus nr̃ efficitur actu intelligibilis per ſpẽm intelligibilẽ, & ideo non põt intelligere ſeipſum,niſi informatũ ſpẽ.Et inde eſt quòd intelligẽdo alia quorum ſpẽ informat̃,intelligit ſeipm̃. Et quia nõ eſt per ſe intelligibilis,& non intelligit ſe per ſeipſum nõ ſemꝑ ſe intelligit,quia qđ nõ eſt per ſe cõtingit aliqñ nõ eſſe.Sed quia intelligẽtia eſt ꝑ ſe intelligibilis,& ſemꝑ ſeipſam intelligit,ideo ſemꝑ ſe intelligit.Et ſi nõ ſit vlr̃ verꝫ
Tertio de anima cõ. 5. in ſolutiõe ſecũdę & tertiæ q̃ſtionis.
I ꝙ oẽ non ꝑ ſe ꝯtingat nõ eſſe,quia forte erit accñs ĩſeparabile:eſt tñ vlr̃ verꝫ ꝙ oẽ ꝑ ſe hȝ ꝑ eẽ,& qa ꝑ ſe eſt ꝙ intelligẽtia ĩtelligat ſeipam,ſꝑ ſeipſam ĩtelligit.Pȝ ergo ꝙ ſi bñ cõſideret̃ ſeries textus,modus iſte ſm quẽ ponimus,ꝙ intelligẽtia hoc mõ ſit ſimul intellr̃s,& intellm̃, qa ipſa eẽntia intelligẽtiæ eſt ſuus intellr̃s.i.intelligr̃ ꝑ ſeipſam.Et ipſa intelligentia ſeipſam ꝑ ſeipſam intelligit,ideo ſemꝑ à ſe intelligit̃:& ꝑ ſuã eẽntiam intelligit ſe. Qđ eſt magis ad ꝓpoſitũ.Et iſte modus exponẽdi in hoc loco(vt vr̃) eſt magis de intẽtione Authoris ꝙ̃ alius.

K ¶ Vlteriꝰ forte dubitaret aliquis de toto hoc ꝓceſſu,vȝ ꝙ ſi ĩ ĩtelligẽtia ſunt ſimul intellr̃s, & intellm̃,ſiue intelligẽtia ponatur eſſe quidam intellr̃s,ſiue quoddã intellm̃, ꝙ ꝓculdubio

ſemper

ſemper intelligit eſſentiam ſuam. Dicendum ꝙ (vt patet per habita) intellectus appellatur id quod eſt ratio intelligendi, Intellectum vero vocatur id quod intelligitur, in illo ergo ſunt ſimul intellectus, & intellectum, in quo ſunt ſimul ratio intelligendi, quæ vocatur intellectus, & id quod intelligitur per illam rõnem intelligendi, quod vocatur intellectũ, ex quo proceſſu manifeſte ſequitur, ꝙ intelligere ſit actio non tranſiens in exteriorem materiam, quia loquendo de actione tranſeunte impoſſibile eſt, ꝙ ſint ſimul ratio agẽdi, & qđ agitur: vt (per ſe loquendo) impoſſibile eſt, ꝙ ſint ſimul ratio calefaciendi, & quod calefacit, vt in igne ratio calefaciendi eſt calor, quia ignis per calorem calefacit, Eſt igitur in igne id quod eſt ratio calefaciendi, ſed id quod calefit per calorem ignis non eſt in igne, ſed eſt aliquid extra ignem, ſed ſi calefacere eſſet actio non tranſiens, & ipſa natura ignis per ſeipſam calefieret, Tunc ignis calefaceret ſeipſum per ſeipſum. Idẽ ergo tunc eſſet calefaciens & calefactum. Hac.n. hypotheſi ſtante, ſi ignis calefaceret calefaceret ſeipſum, & ſi ignis calefieret, calefieret à ſeipſo. Hoc ergo poſito ſiue ignis poneretur calefaciens, ſiue calefactum, ſemper calefaceret ſeipſum. Ergo intelligentia ſi ponatur eſſe intellectus, ſiue intellectum, quia in ea ſunt ſimul ratio intelligendi, & quod intelligitur, ſemp intelligit ſeipſam, & ſemper intelligitur à ſeipſa. Et ita ſemper intelligit eſſentiam ſuam, Hoc eſt.n. intelligere rem.i. intelligere eſſentiam rei. In actionibus aũt tranſeuntibus de neceſſitate iſta ſeparantur, Non.n. valet ignibile calefit, ergo calefit à ſeipſo, quia in ignibili eſt id quod calefit, ſed non eſt in eo rõ calefaciendi. Nec valet ignis calefacit, ergo calefacit ſeipſum, quia in igne eſt rõ calefaciendi, ſed non eſt in eo id quod calefit: ſed ſi in vno, & eodẽ eẽnt iſta duo ſimul .ſ. id qđ calefit, & id quod eſt rõ calefaciendi, illud (vt dicebatur) ſi calefieret, calefieret à ſeipſo, & ſi calefaceret calefaceret ſeipſum. Et quia hoc eſt in intelligentia, quia ipſa eſſentia intelligentiæ eſt rõ intelligendi, & eſt id quod intelligitur, intelligitur.n. per ſeipſam. Ideo in intelligentia, ſiue in eius eſſentia congregantur hęc duo, videlicet ꝙ eſt id quod intelligitur, & ꝙ eſt ratio intelligendi, Et ideo ipſa ſeipſa, ſemper intelligit. L

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod hic Author dicit, videlicet ꝙ in intelligentia ſunt ſimul intellectus, & intellectũ, Deberet.n. dicere, ꝙ ſunt idem: ſic.n. & phyloſophus loquitur, tertio de aĩa vbi ait, ꝙ in ſeparatis à materia idem eſt intellectus, & quod intelligit loco ergo eius quod intelligitur, poſuit Author iſte intellectum. Vnde quæſtio eſt, quare ſic Author dicit, ꝙ in intelligentijs iſta ſunt ſimul, phyloſophus vero ait, ꝙ in intelligentijs, ſiue in ſeparatis à materia iſta ſunt idem. Dicendum ꝙ vera eſt ſententia phyloſophi, ꝙ in ſeparatis à materia idem eſt intellectus, & qđ intelligitur, vel idem eſt qđ intelligitur, & rõ intelligendi, quia talia intelligunt per ſeipſa. Tñ aliquid boni latet in verbis huius Authoris, qui potius dixit talia eſſe ſimul q̃ eſſe idẽ, Propter qđ ſciẽdũ, ꝙ eſſe idem, id qđ intelligit & rõnem intelligendi põt intelligi duplr̃, Primo ſimplr̃, & abſolute. Scđo participatiue, & pp quendã determinatũ modũ, in illo.n. eſt ſimplr̃, & abſolute idem qđ intelligit, & rõ intelligendi, qđ non determinat ad ſpẽalem modũ, nec rõne intellectoꝝ, nec rõne intelligẽtis. Et hoc eſt in ſolo primo. In Deo.n. ſua eſſentia eſt rõ intelligendi ſimplr̃: quia eſt rõ intelligẽdi oĩa, Deus.n. intelligendo eſſentiã ſuã intelligit oĩa per candẽ eſſentiam ſuã. Sʒ in intelligẽtia ſua eſſentia nõ eſt rõ intelligendi oĩa, ſed eſt ſolũ rõ intelligendi ſeipſam, Intelligentia quidẽ ſeipſam per ſeipſam intelligit: ſed alia intelligit per ſpẽs quas hʒ apud ſe. Si ergo cõſideramꝰ ipſa intellecta, Eẽntia intelligentię nõ eſt rõ intelligẽdi ſimplr̃, quia nõ eſt rõ intelligẽdi oĩa. Ruꝛſus ſi conſideramus ipſos intelligẽtes, eſſentia intelligentię nõ eſt rõ ſimplr̃ intelligẽdi ẽt ſeipſam: quia nõ intelligit ab oĩbus per ſeipſam. Nam lʒ quælibet intelligentia intelligat eſſentiã ſuam per ſeipſam, tñ ſi eſſentia vnius intelligentię dʒ intelligi ab alia intelligentia non intelligẽt ab ea per ſeipſam: ſed per ſimilitudinem ſuã, quia vna intelligentia nõ illabit alteri nec põt eſſe rõ intelligendi alteri. Et ſi aliquis dubitaret de intelligentijs, Certum eſt ꝙ Deus nihil intelligit p ſe, & primo, niſi ſeipm, Et vileſceret ĩtellectꝰ eiꝰ ſi aliqd aliud pficeret ipſum. Eſſẽtia ergo intelligentiæ nõ poterit informare intellectũ diuinũ, nec poterit eſſe rõ quare Deus intelligat, eſſentia ergo intelligentiæ ſic intelligitur à Deo, ꝙ in tali ĩtel-

M
T. cõ. 15.
N

V ligere ipſa eſſentia intelligentiæ non eſt rō intelligendi. Deus ergo non intelligit eſſentiā intelligentiæ per ſeipſam,ſed per eſſentiam ſuam,& eſſentiā intelligentiæ,& cætera oīa intelligit Itaq; eſſentia intelligentiæ quantū ad ipſos intelligētes non eſt rō intelligēdi oīb9, ſed diuina eſſentia eſt rō intelligēdi quæcunq;.& eſt rō ꝙ intelligatur à quocūq; intelligit. Nullus.n.pōt videre ipſam diuinā eſſentiā,niſi intelligat eam per ſeipſam,ꝙ ſi quærat vnde iſta cōtingunt.Dicemus ꝙ ipſa diuina eſſentia eſt actus purus,& pura forma nullā hñs potentialitatē admixtā. Et quia ſemꝑ ipſa p̄dicamenta,vel ipſa gña prædicamentoꝝ,& ea quæ ſunt in hmōi gñibus dñt aliq̄ potentialitatē admixtā. Quia genus dicit formam mediā in-
Cō.17. ter potentiam,& actū(vt dicit Cōmentator ſuper.1.metaphyſ. Ideo Deus nō determinatur
O ad aliquod genus,Nec determinatur ad aliquod prędicamentū, Nam eſſentia ſua nō determinatur ad repręſentandū hoc,vel illud,ſed oīa ſimplr̄ repræſentat. Rurſus quia ipſa diuina eſſentia eſt ſic quid infinitum nihil infra eam pōt repręſentare ipſam, quia quicquid eſt infra eam eſt aliquid determinatum,& repræſentat quid determinatum. Ea.n. quę determinantur ad genus aliquod non pñt repręſentare id quod in gñe nullo clauditur,ſed continet oē genus.& perfectiones oīum gñum,Intellectu ergo eſſentiali (vt ꝙ ipſa eſſentia videatur) non pōt ipſa diuina eſſentia intelligi,niſi per ſeipſam,Eſſentia aūt intelligentię non eſt actus purus,ſed eſt participās actualitatem:Et ideo non eſt rō intelligendi ſimplr̄ ſed eſt ratio intelligēdi aliquid,non eſt rō intelligendi cuilibet intelligenti eam , ſed eſt ſolum rō intelligendi ei cuius eſt eſſentia. Ideo forte Author huius libri videns.ꝙ eſſentia intelligētię nō erat per oēm modum rō intelligendi,nec alia nec ſeipſam, ideo forte non eſt auſus dicere,ꝙ eſſentia intelligentiæ ſit omnino idem ꝙ ſuus intellectus,nec omnino idem,ꝙ rō intelligendi , ſed dixit in intelligentia hęc eſſe ſimul,In quantum vnū participat aliud, quia eſſentia intelligētiæ aliquo modo participat,ꝙ ſit rō intelligēdi ſeipſam. ¶ Deinde cū dicit.

P ET qñ videt eſſentiam ſuā ſcit ꝙ intelligit per intelligētiam ſuā.Et qñ ſcit ꝙ intelligit ꝑ intelligētiā ſuā,ſcit ꝙ intelligit per intelligentiā eſſentiā ſuā.

¶ Probat hoc idem.ſ. ꝙ intelligentia intelligat eſſentiam ſuam , ex eo ꝙ intelligētia eius.i. operatio eius intelligibilis,vel potentia intellectiua eius,& ſua eſſentia per quandam concomitantiam ſe reſpiciant. Intelligentia.n.non pōt intelligere eſſentiam ſuam,niſi intelligat eam per intelligentiā ſuam,nec pōt intelligere per intelligentiam ſuā,niſi intelligat eſſentiā ſuam Formetur aūt ſic rō,quicquid non pōt intelligere per intelligentiam ſuā, niſi intelligat eſſentiam ſuā,illud cū intelligit,de neceſſitate intelligit eſſentiam ſuā. Intelligentia eſt hmōi ergo. Ait ergo ꝙ(& qñ) intelligentia(videt eſſentiam ſuam ſcit ꝙ intelligit per intelligentiam ſuā,&) econuerſo(qñ ſcit ꝙ intelligit per intelligentiam ſuam,ſcit ꝙ intelligit per intelligentiam eſſentiam ſuam) qđ ſupple non eſſet,niſi ſemꝑ cum intelligit intelligeret eſſentiam ſuam. Et quia nunq̄ eſt ocioſa quin intelligat eſſentiam ſuam.

¶ Notandum aūt ꝙ hoc nomen intelligentia,eſt valde æquiuocū. Nam aliqñ ſignat ipſam eſſentiā intelligentiæ,aliqñ vero ipſam potentiam intellectiuam,& aliqñ ipſum actū intelligendi, Quodlibet.n.iſtorum dici pōt intelligentia, Cum ergo dr̄,ꝙ intelligentia nō intelligit per intelligentiam ſuam,niſi intelligat eſſentiam ſuā. Eſt ſenſus,ꝙ intelligentia.i.ſubſtātia intelligentię,non intelligit per intelligentiam.i. per potentiam intellectiuam , ſiue per actum intelligendi,niſi intelligat eſſentiam ſuam.

Q ¶ Dubitaret forte aliquis quō verificatur iſtud ꝙ intelligentia nunq̄ intelligit per intelligentiā ſuā,niſi intelligat eſſentiā ſuam. Dicendū ꝙ intelligentia in intelligēdo ꝑꝑ claritatē ſui luminis intellectualis non cōponit nec diuidit,ſed ſimul intelligendo ſubiectū intelligit ea,quę ſunt in ſubiecto,non diſcurrit,ſed ſimul intelligendo principia intelligit cōcluſiones in principijs,ſimul fertur in rōnem & in obiectum,vt ſi,a,ſit rō intelligendi,b, ſimul intelliget,a,&,b,Intellectus aūt nr̄ diſcurrit,& tpe prius cognoſcit vnum q̄ aliud. His aūt prælibatis dicamus,ꝙ intelligentia h3 apud ſe multas ſpēs per quas pōt intelligere alia à ſe,Vnde

dicitur plena formis,intelligendo aūt per alias ſpēs pōt vti quacunq; ſpē ſibi placet. Niſi aūt omnes illas ſpēs intelligeret caſuale eſſet, ꝙ eſſet in ſua ptāte intelligere hoc, & illud. Dicemus ergo ꝙ ſemper intelligit omnes ſpēs. Erit ergo iſte modus,ꝙ intelligentia intelligendo eſſentiam ſuam intelligit oēs ſpēs quas hꝫ in eſſentia ſua,quia dictum eſt ꝙ non componit,ſed ſimul intelligendo ſubiectum intelligit ea,quę ſunt in ſubiecto,ſimul intelligēdo ſubſtantiā ſuam intelligit ea,quæ ſunt in ſubſtantia ſua,intelligendo itaq; eſſentiam ſuam intelligit oēs iſtas ſpēs,& intelligendo iſtas oēs ſpecies pōt vti qualibet iſtarum, vt intelligat per eam oīa,quæ ſunt apta nata repręſentari per illam. Simul ergo intelligentia intelliget eſſentiam ſuā,& oēs ſpēs quas apud ſe hꝫ,in quantum ſunt in eius eſſentia, & habebit vſum vnius illaꝝ ſm,ꝙ ſuę voluntati placebit. Hæc aūt oīa ſunt ſimul,quia non diſcurrit,nec cōponit,nec diuidit. Eſſentia ergo intelligentiæ eſt illud primordiale principium, vn̄ oritur totū intelligere eius,& niſi eſſentiam ſuam intelligeret(loquendo de ſuo intelligere naturali) nec alia à ſe intelligeret,Vtrum aūt habeat aliquod intelligere qd̄ poſſit ſibi cōpetere pręter hoc ꝙ intelligat eſſentiam ſuā. Et vtrum cōpetat ei intelligere aliquid aliud qd̄ per accn̄s faciat ipſam intelligere eſſentiā ſuā,non eſt pn̄tis ſpeculationis. Sufficiat aūt nunc ſcire,ꝙ ipſa nihil pōt intelligere(loquendo de ſuo intelligere naturali) niſi intelligat eſſentiā ſuam,quia eſſentia ſua eſt aliquo modo rō intelligendi alia,quia ſi nō intelligeret eſſentiam ſuā,nō intelligeret ſpēs quas hꝫ apud ſe,Et ſic vel nihil intelligeret,vel caſuale eſſet.ꝙ aliquid intelligeret. Ergo quia ſic eſt,intelligentia nihil pōt intelligere per ſuam intelligentiā i.per ſuam potentiam intellectiuam,ſiue per ſuū actū intelligendi, niſi intelligat eſſentiam ſuam. De neceſſitate ergo intelligit eſſentiam ſuam,quia aliter nihil intelligeret,vel caſualiter intelligeret quod non eſt dicendum. ℭ Deinde cum dicit. R

SECVNDA pars principalis Commenti.

ET QVANDO intelligentia ſcit eſſentiam ſuam,ſcit reliquas res quæ ſunt ſub ea,quoniam ſunt ex ea. S

ℭ Oſtendit qūo intelligentia intelligit alia à ſe,& duo facit quia primo oñdit ꝙ intelligētia intelligendo ſe intelligit alia à ſe,Scd̄o declarat conuerſam eius vꝫ ꝙ intelligendo alia à ſe, intelligit ſe. ibi,(& qn̄ ſcit reliquas res) Circa primū duo facit,quia primo oñdit qūo intelligentia intelligit alia à ſe(loquendo de alijs,quę ſunt ſub ea,& q̄ ſunt cauſata ab ipſa:Scd̄o oñdit vł'qūo intelligentia intelligat q̄cūq; alia à ſe. ibi (veruntn̄ oīa ſunt in ea)in pria pte intēdit talem rōnem. Quicquid ſcit ſe eſſe cām aliquoꝝ illud intelligendo ſe intelligit ea quoꝝ eſt cā. Intelligentia eſt huius ergo &c. Ideo ait quòd(& qn̄ intelligentia ſcit eſſentiam ſuā ſcit reliquas res,q̄ ſunt ſub ea,qm̄ ſunt ex ea) .i. quoniam ſunt cauſata ab ea.

ℭ Dubitaret forte aliquis qūo intelligentia intelligendo eſſentiam ſuam intelligat reliquas res,quæ ſunt ſub ea,qm̄ ſunt cauſata ex ea. Dicendū quòd vnūquodq; agens agit ſm modum naturę ſuę. Cū ergo intelligentia ſit naturæ intellectualis, opꝫ quòd agat intelligēdo, ſed(vt patuit) ipſa nihil intelligit,niſi intelligat eſſentiam ſuam. Si ergo,intelligentia intelligendo agit,opꝫ quòd intelligat ea,quæ cāt,ſꝫ quia non pōt exire in actum intelligēdi, niſi intelligat eſſentiam ſuā,ideo erit hic ordo quòd intelligēdo eſſentiā ſuam poterit intelligere alia,& intelligēdo ea cābit illa. Eſſentia aūt intelligentiæ lꝫ non ſit ſufficiens ad repræſentandū alia,tn̄ nihil pōt intelligentia intelligere,niſi intelligat eſſentiā ſuā. Intelligendo ergo eſſentiam ſuā exit in actū intelligēdi,& facta in actu intelligēdi,per ſeipſam pōt ſe facere ī actu intelligēdi alia,q̄ ſunt ſub ipſa,& q̄ p intellm̄ cāntur ab ipſa,ꝙ ſi adhuc dubitatur de iſto modo queſtio p̄cedens totam ambiguitatē tollit.Nam(vt dicebatur) intelligētia intelligens eſſentiā ſuam intelligit oēs ſpēs,quę ſunt in ea, intelligendo aūt illas ſpēs pōt vti quacunq; ſpē ſibi placet,& per illam intelligere quæcunq; ſunt apta nata repręſentari per illam ſpeciem. Intellectus ergo alioꝝ ſumit originem ex intellectu ꝓprię eſſentiæ. Et ideo dictum eſt quòd intelligentia intelligendo eſſentiam ſuā ſcit reliquas res,quę ſunt ſub ea. T Supra.R.

V ¶Vlterius forte dubitaret aliquis de eo quod Author dicit. vʒ ꝙ intelligentia intelligendo eſſentiã ſuam intelligit reliquas res quæ ſunt ſub ea. Eſt ergo dubiũ quare nõ dixit hoc abſolute.ſ.ꝙ intelligentia intelligat reliquas res intelligendo ſe. Dicẽdum ꝙ certũ eſt. Intelligentiã habere apud ſe ſpẽs eoꝝ quæ cauſat. Aliter.n.non ageret per intellectũ. & quia intelligere per ſpẽs ſumit originem ex intelligere per eſſentiam, prout ad propoſitũ ſpectat. Intelligentia.n.alia per ſpẽs non intelligeret niſi intelligeret ſe per eſſentiam: Et ideo dixit ꝙ intelligendo eſſentiam ſuam intelligit ea quę ſunt ſub ea,& quę ſunt cauſata ab ipſa quia certum eſt ꝙ talium habet ſpecies. ¶Deinde cum dicit.

Alia lr̃a hẽt verũ tñ ſcit ea ꝑ materiam intelligibilẽ.

Verũtamen oĩa ſunt in ea per modum intelligibilem. ergo intelligentia, & res intellectæ ſunt vnum quod eſt, quia ſi res intelligibiles, & intelligentia ſunt vnum, & intelligentia eſſe ſuum ſcit: tunc proculdubio quãdo ipſa ſcit eſſentiam ſuam ſcit reliquas res.

¶Adducit ſecundam rõnem oſtendens vniuerſaliter de oĩbus, ꝙ ſi intelligentia ſcit eſſentiam ſuam ꝙ ſciat oĩa alia: intendit aũt talem rõnem: quicquid habet eſſentiam intelligibilem illud intelligẽs eſſentiam ſuã intelligit oĩa illa quæ ſunt in ea modo intelligibili: Intelligentia eſt hmõi: ergo intelligendo eſſentiam ſuã intelligit quęcũqʒ alia, quia oĩa alia ſunt in ea modo intelligibili. Cõtinuetur aũt hic teſtus ad propõnem præcedentem,hoc modo. Dictum eſt ſupra ꝙ oĩa ſunt in intelligentia (verũtamen oĩa ſunt in ea per modum intelligibilem: ergo intelligentia) i.ſubſtantia intelligentię (& res intellectæ ſunt vnum) res aũt intellectę dñr eſſe vnum cum intelligentia, quia ſunt in intelligentia per modum intelligentiæ & ſubdit (quod eſt).i. ꝑꝑ quod eſt, ſiue ꝑꝑ quod ſequitur(quia ſi) ipſę (res intelligibiles, & intelligentia ſunt vnum) quia ſunt in ea per modum vnum.i.per modũ ſubſtãtiæ ſuæ. Si ſic eſt (& intelligentia eſſe ſuũ ſcit).i.ſcit ſubſtantiam ſuã (tunc ꝓculdubio quãdo ipſa) intelligentia (ſcit eſſentiam ſuam, ſcit reliquas res.) ¶Notandum aũt vim rõnis huius in hoc conſiſtere ꝙ cum oĩa ſint in intelligentia per modũ intelligibilem,& per modum ſubſtantię ſuę, quia ergo ſic eſt, intelligentia ſciendo ſubſtantiã ſuam ſcit oĩa alia, quia omnia alia ſunt in ea per modũ ſubſtantię ſuę. ¶Notandum etiã ꝙ intelligentia eſt naturę intellectualis, & ſubſtantia intelligentiæ eſt quædã forma intellectualis. Sunt ergo oĩa in intelligentia per modũ intelligibilem. Intelligentia itaqʒ ſcit ſubſtantiam ſuam quæ eſt quid intelligibile.Et ſciẽdo ſubſtantiam ſuã ſcit reliquas res, quia reliquę res ſunt in ea per modum ſubſtantiæ ſuæ, & per modum intelligibilem. ¶Deinde cum dicit.

X

Et quando ſcit reliquas res ſcit eſſentiam ſuam, quia quando ſcit res nõ ſcit res niſi quia ſunt intellectæ ergo intelligentia ſcit eſſentiam ſuam & ſcit res intellectas ſimul ſicut oſtendimus.

¶Oſtendit cõuerſam huius. Nam nõ ſolum ſciendo eſſentiã ſuam ſcit reliquas res, ſed etiã econuerſo, ſciendo reliquas res ſcit eſſentiam ſuã. Ideo ait. (&) quia ſupple intelligentia (quãdo ſcit reliquas res, ſcit eſſentiã ſuam, quia quãdo ſcit res) ipſa intelligentia (nõ ſcit res niſi quia ſunt intellectæ).i.niſi quia ſunt in ea modo intelligibili.i.quia ſunt in ea per modũ ſubſtantiæ ſuæ. Ergo non põt ſcire reliquas res niſi ſciat modum ſubſtãtię ſuæ,& niſi ſciat ꝑ cõſequens ſubſtantiã ſuã. Et quia ſic eſt (ergo intelligentia ſcit eſſentiã ſuam,& ſcit

Y res intellectas ſimul ſicut oſtendimus.) ¶Notandum aũt ꝙ Author hic ſupponit ꝙ omnia quæ ſunt in intelligentia ſunt in ea per modũ intelligibilem & per modum ſubſtantiæ ſuæ: quia omne quod recipitur in aliquo eſt in eo per modum rei recipientis, & non per modum rei receptæ. ¶Notandum etiam ꝙ non põt perfectæ ſciri res, niſi ſciatur modus

rei, &

rei, & non pót ſciri modus rei niſi ſciatur res. Eſt ergo intentio huius Authoris, ꝙ intelli-
gentia ſciendo ſubſtantiã ſuam ſcit modum ſubſtãtiæ ſuæ, & ſciendo modum ſubſtãtię ſuæ
ſcit reliquas res, quæ ſunt in ea per modũ ſubſtantię ſuę. Rurſus non modo ſciendo ſubſtã-
tiam ſuã ſcit res: ſed etiam ſciendo res alias: ſcit ſubſtantiam ſuã Nam ſciẽdo res alias ſcit
modum ſubſtantiæ ſuę, & ſciendo modum ſubſtãtiæ ſuæ ſcit ſubſtantiã ſuam, & ita in intel-
ligentia ex cognitione ſubſtantiæ ſuæ arguitur cognitio rerũ, & ex cognitione rerum ar-
guitur cognitio ſuę ſubſtantię. ¶ Notandum etiã ꝙ ſicut accidentia ſunt quidã modi ſub- Z
ſtantiæ, quia alia & alia ſubſtantia habet alia & alia accidentia, ita ſimilitudines rerũ quæ
ſunt in ſubſtantia intelligentiæ ſunt quaſi quidã modi illius ſubſtantiæ. Et ideo ſicut non
plene poteſt cognoſci ſubſtantia niſi cognoſcantur accidentia debita illi ſubſtantię, & ecõ-
uerſo, nõ poſſunt plene cognoſci accidentia niſi cognoſcatur & ſubſtantia. ita non pót in-
telligentia plene cognoſcere ſubſtantiã ſuam niſi cognoſcat ipſas ſimilitudines rerũ, & ip-
ſas res vt ſunt in ſubſtantia ſua. Rurſus ſi cognoſcat ipſas res, oportet vt cognoſcat eas vt
ſũt in ſubá ſua, & cognoſcere eas vt ſũt in ſubá ſua nõ pót, niſi cognoſcat ipſam ſubám ſuã.

PROPOSITIO QVARTADECIMA.

IN omni anima ſunt res ſenſibiles per hoc ꝙ ſunt exemplum A
ei. Et res intelligibiles ſunt in ea, quia ſcit eas.

¶ Poſtquã Author determinauit de cauſa prima & de intelligẽtia: In par-
te iſta determinat de ipſa aĩa. Et diuiditur pars iſta in partes duas. Quia
primo determinat de aĩa in cõparatione ad alia, ſecundo in comparatione ad ſeipſam ibi
(omnis ſciens qui ſcit) in propõne. 15. Determinat autem primo de aĩa in comparatione
ad alia, oſtendens qũo aĩa cognoſcat alia a ſe, Circa quod duo facit, primo.n.pręmittit pro
põnem quandam, ſecundo ſubiungit propõnis declarationem & ꝓbationem. ibi (& nõ eſt
facta ita.) Dicit ergo ꝙ (in oĩ anima ſunt res ſenſibiles per hoc ꝙ ſunt exemplum ei, & res
intelligibiles ſunt in ea quia ſcit eas) ¶ Notandum aũt ꝙ dñia eſt inter exemplũ & exem-
plar. Nam exemplar ſm ꝙ hmõi habet rõnem cauſæ exemplum vero habet rõnem cauſati.
Illud aũt eſt exemplar ad cuius ſimilitudinem fit exemplum: & id eſt exemplum quod fit
ad ſimilitudinem exemplaris. ¶ Notandum etiã, ꝙ anima (loquendo de aĩa cœli de qua
hic Author loquitur) eſt cã iſtorum ſenſibilium, nã anima cœli mouet cœlũ, & mouendo
cœlum eſt aliquo modo cauſa oĩum ſenſibilium quę hic aguntur, Ex quo ſequitur ꝙ anima
(eo ꝙ habet rõnem cauſę reſpectu iſtoꝝ ſenſibilium) ſit quaſi quoddã exemplar ipſorũ, &
ipſa ſenſibilia ſunt quaſi quoddam exemplum, ſiue quoddã exemplatum ab ea. ¶ Notã- B
dum etiam ꝙ ex his dictis pót haberi intellectus propõnis. Nam aĩa cognoſcit ſenſibilia &
intelligibilia ꝓut habent eſſe in ea tam hęc q̃ illa quia nihil cognoſcit aliquid niſi ſm mo-
dum quo cognitum eſt in cognoſcente, ſed ſenſibilia ſunt in aĩa inquantum ſunt exemplũ
ei.i.inquantum ſunt quid exemplatũ, & quid cauſatum ab ea. Sed intelligibilia ſunt in aĩa
inquantum ſcit ea.i.inquantum recipit influentiam ab eis. ¶ Notandum etiam ꝙ (ſm in-
tentionem huius Authoris) ita ſe habet aĩa ad intelligibilia, & ſenſibilia, ſicut ſe hẽt intel-
ligentia ad id quod eſt ſupra ſe, & ad id quod eſt ſub ſe, quia ſicut intelligentia eſt media
inter ea quæ ſunt ſupra ipſam, & ea quę ſunt infra, ſic aĩa eſt media inter intelligibilia quę
ſunt ſupra eam, & ſenſibilia quæ ſunt ſub ea, idem ergo dicit hæc. 14. Propõ de anima
quod dixit. 8. Propõ de intelligentia, ibi.n.ſic habetur ꝙ oĩs intelligentia ſcit quod eſt ſub
ſe, qm̃ eſt cauſa ei, & ſcit quod eſt ſupra ſe, qm̃ acquirit bonitates ab eo. Sic aĩa ſcit ſenſibi-
lia, qm̃ ipſa ſunt exẽplum ei.i.ſunt quoddã exemplatũ, & quoddam cauſatũ ipſius animæ.
Anima ergo cœli ſcit iſta ſenſibilia inquantum ſunt cauſata ab ea, & ipſa eſt cauſa eorum, &
ſcit intelligibilia, quoniam ſcit ea.i.quoniam acquirit ſcientiam & alias bonitates ab eis.

C ¶Notandum etiam ꝙ Proclus, quaſi dicit idem in. 104. Propõne ſui libri. ibi.n.ait ꝙ oīs
Proclus. aīa eſt oīs res exemplariter quidẽ ſenſibilia: Iconice aũt intelligibilia. Aīa ergo eſt ſenſibilia exẽplariter, quia eſt exẽplar eis, eſt aũt intelligentia iconice, quia eſt icos & imago, & ſimilitudo, & repſentatio ipſoꝝ. Oīa ergo iſta ſonant ꝙ aīa reſpectu ſenſibilium hẽt quaſi rõnem cauſę, & rõnem exẽplaris, reſpectu vero intelligibilium, hẽt quaſi rõnem cauſati, & eſt quaſi icos & ſimilitudo expſſa ab eis. Et iõ aīa eſt quodãmõ oīa, & eo modo quo eſt oīa ſcit oīa, ita ꝙ ſenſibilia eſt cauſalr, & exemplr, & ſcit ea quia eſt cã hñs in ſe exẽplaria ipſoꝝ. Sed intelligibilia eſt ſimilitudinarie quia reſpectu ipſoꝝ non eſt exẽplar, ſed exeplum, & hoc appellat Proclus eſſe iconice, & ſicut eſt illa ita ſcit illa, qualiter aũt habeãt veritatẽ dicta hu-
propõne 8.&.9. ius Authoris, & qũo aīa ſit cauſata ab intelligentijs ſupra diffuſius diſputauimus. ¶Notãdum etiã ꝙ vt ſit breuiter dicere, tota intentio Authoris in hac propõe eſt ꝙ aīa ſcit ſenſibilia, quia eſt cã eis, & ſcit intelligibilia quia eſt cauſata ab ipſis. qđ qũo veritatem habeat ex his quæ diximus in. 8. Propõe ſufficienter patere põt, vbi quaſi eadẽ dñr de intelligentia reſpectu ſuorum ſuperiorum & inferiorum, quæ hic dicta ſunt de anima reſpectu ſenſibilium & intelligibilium.

D ¶Dubitaret forte aliquis ꝙ nõ videtur eſſe dr̃ia inter intelligibilia & ſenſibilia, prout hñt eſſe in aīa. Nam (vt Author ait) Intelligibilia ſunt in aīa, quia aīa ſcit ea, ſed ſenſibilia etiã ſic ſunt in aīa, quia.ſ.aīa ſcit ea. Nã ſemper ſcita ſm ꝙ hmõi ſunt in eo a quo ſunt ſcita, ergo eodem modo ſunt in aīa hæc & illa. Dicendũ ꝙ quodlibet ſciens vt per ſcientiã ſuam comparatur ad alia a ſe, reſpectu eorum, vel hẽt ſcientiam practicã, vel ſpeculatiuam, ea aũt reſpectu quoꝝ hẽt ſcientiam practicã non dr̃ ſcire tantum, ſed etiã cauſare. Sed quicquid reſpectu aliquoꝝ hẽt ſcientiam ſpeculatiuam tantũ, opꝫ ſcientiam illã eſſe quid cauſatum. Reſpectu.n.ſui ipſius põt quis habere ſcientiã ſpeculatiuã a nullo alio a ſe, cauſatã, ſed reſpectu aliorũ habere ſcientiã per quã non poſſit eſſe eorum cã, hoc eſt habere ſcientiam cauſatã. Vult ergo Author ꝙ ſenſibilia ſunt in aīa non ſolũ quia ſcit ea, ſed etiam quia cauſat ea, ſunt.n. ſecundũ ipſum ſenſibilia in aīa nõ ſolum ſecundũ ſcientiam ſpeculatiuã, ſed etiam ſecundũ practicã. Ea vero quæ ſcimus practice non dicimur ſcire tantũ, ſed ſcire & cauſare, ſed intelligibilia ſunt in aīa ſecundũ ſcire tantum. Ad quod deſignãdũ Author, cum prius dixiſſet ꝙ ſenſibilia ſunt in aīa quia ſunt exemplata ab ea, poſtea dixit ꝙ intelligibilia ſunt in aīa quia ſcit ea.i. quia habet de eis ſcientiã ſpeculatiuam, quæ eſt ſcire tantũ, & quia hmõi ſcĩa reſpectu aliorum ſe habet vt quid cauſatũ, Practica vero ſe hẽt vt cã, intẽtio Authoris eſt, ꝙ aīa ſcit ſenſibilia p ſcĩam cauſantẽ, ſcit aũt intelligibilia p ſcĩam cauſatã.

E ¶Vlterius dubitaret forte aliquis a quo ſit cauſata ſcĩa aīarum. Dicendũ ꝙ (ſm intentionem huius Authoris) ſcĩa animarũ cœlorum cauſat iſta ſenſibilia, & eſt cauſata ab intelligẽtijs. ita ꝙ aīa ſcit intelligentias per ſcĩam quã habet ab eis, & per ſpẽs intelligibiles deriuatas ab eis, & ſcit iſta ſenſibilia per ſcĩam per quã cauſat ea, ſed hoc nõ eſt nunc neceſſarium. Põt.n. Deus per ſeipſum imprimere ſpẽs intelligibiles in quamlibet intelligentiã, & in quãlibet aīam cœlorum. Intelligent ergo animæ cœlorum ipſas intelligentias per ſcĩam cauſatam, & per ſpẽs influxas ſibi ab alio, ſed non opꝫ ꝙ ſpẽs illæ in aīabus cœlorum ſint deriuatæ ab intelligentijs ſed ſunt deriuatæ a cauſa prima. ¶Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propõnis quartæ decimæ.

F ET non eſt facta ita, niſi quia ipſa eſt expanſa inter res intelligibiles: quæ non mouentur, & inter res ſenſibiles quæ mouentur: & quia anima ſic eſt, fit ꝙ imprimit res corporeas. Quapropter facta eſt cã corporum, & facta eſt cauſata ex intelligentia quæ eſt ante ipſam.

¶Probat qđ dixerat, circa qđ tria facit, quia prīo oñdit qũo aīa ſe habeat ad ſenſibilia &

ad intelligibilia. Scdo ex his q̃ dixerat oñdit ꝓpoſitũ. Et tertio epilogat circa determinata. ſcda ibi (res igiĩ quæ ĩprimunĩ) Tertia ibi. (Iã ergo oñſum eſt.) Dicit ergo (& nõ eſt facta ita). i. & aĩa nõ eſt ita facta, ꝙ ſupple habeat in ſe res ſenſibiles & intelligibiles mõ quo diximus. (Niſi quia ipſa eſt expãſa inter res intelligibiles, q̃ non mouenĩ & inter res ſenſibiles quę mouenĩ, & quia aĩa ſic eſt) ſupple expanſa. i. ſic eſt media inter ſenſibilia & intelligibilia iõ (fit quod ĩprimit). i. cauſat (res corporeas Quapp facta eſt cã corpoꝝ, & facta eſt cauſata ex intelligentia quæ eſt añ ipſam). q. d. ꝙ aĩa hoc modo ſe hẽt ad ſenſibilia, & ad intelligibilia, quia eſt media inter hæc & illa, & reſpectu ſenſibiliũ eſt cã, reſpectu vero intelligibilium eſt cauſata. ❡Notandũ aũt ꝙ qñcunq; dicimus aĩam cauſatã eſſe ab intelligentijs, nõ eſt hoc referendũ ad ipſam ſubſtantiã aĩę: ſed ad aliquas bonitates quas acquirit aĩa ex intelligentijs. ❡Notandũ etiã ꝙ aĩa dr̃ expanſa inter res ſenſibiles & intelligibiles: quia illud eſt expanſum inter aliqua ꝙ attingit vtrũq; illorũ: vt punctus exiſtens inter aliqua puncta, non dr̃ expanſus inter ea quia nõ attingit vtrunq; illoꝝ In eodẽ. n. continuo pũctus puncto nec eſt continuus nec conſequẽter ſe habens. Sed linea põt dici expanſa inter duo puncta, quia attingit vtrũq; punctoꝝ. Scd̃m ergo hanc ſimilitudinem aĩa dr̃ expanſa inter ſenſibilia & intelligibilia ſiue inter intelligentias & corpora, quia attingit vtrũq; eorum. nam aĩa cœli ẜm ſubſtantiã attingit intelligentias, quia ſubſtantia illius aĩæ menſuraĩ æternitate, non æternitate ſimpl̃r, ſed participata, ſicut & intelligentiæ ſed ſecundum operationem attingit corpora: nam operatio eius, eſt motus, qui menſuratur nõ æternitate, ſed tempore, non menſura permanente, ſed ſucceſsiua. ❡Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars principalis Cõmenti.

RES igitur quæ imprimũtur ex aĩa ſunt in aĩa per intentionẽ, vel per virtutẽ exẽpli. quia. ſ. res ſenſibiles exẽplificantur, & ſunt exẽplum animæ, & res quæ cadunt ſupra aĩam ſunt in anima per modũ acquiſitum. Hoc ergo cũ ſit ita, redeamus & dicamus ꝙ res ſenſibiles oẽs ſunt in anima per modũ cauſæ pp hoc ꝙ aĩa eſt cauſa exemplaris ſenſibilium. G Alia lr̃a hẽt exẽplificanĩ ẜm exẽpluꝫ aĩę.

❡Ex his q̃ dixerat oñdit ꝓpoſitum. i. oñdit qũo hæc & illa hũt eſſe in aĩa: fuit. n. propõ ꝓpoſita qũo in aĩa ſint ſenſibilia & intelligibilia. Tria aũt facit, q̃a prĩo oñdit hoc in gñali, qũo ſ. hęc & illa ſint in aĩa. Scdo ne laboret in æquoco oñdit de qua aĩa intelligit. Tertio oñdit magis in ſpãli, qũo ſenſibilia & intelligibilia ſint in aĩa. Scda ibi (& intelligo p aĩam) tertia ibi (verũtñ virtus in aĩa.) Continueĩ aũt ſic lr̃a. Dictũ eſt ꝙ aĩa eſt media inter intelligibilia & ſenſibilia: & quia ſic eſt. (Res igiĩ quæ ĩprimunĩ ex aĩa). i. res ſenſibiles q̃ cauſanĩ ex ea (ſunt in aĩa per intentionẽ vel per virtutẽ exẽpli: quia. ſ. res ſenſibiles exẽplificanĩ) ab aĩa (& ſunt exẽplũ aĩę) res ergo ſenſibiles ſunt in aĩa ſicut cauſata in cã (& res q̃ cadunt ſupra aĩam ſunt in aĩa per modum acquiſitũ). i. per modũ cauſatũ. q. d. ꝙ ſenſibilia ſunt in aĩa tanq̃ in re cauſante, intelligibilia vero tanq̃ in re cãta, Et iõ ſubdit (hoc ergo cũ ſit ita, redeamus & dicamus, ꝙ res ſenſibiles oẽs ſũt in aĩa p modũ cauſę, pp hoc ꝙ aĩa ẽ cã exẽplaria). i cã exẽplaris ſupple ĩpoꝝ (ſẽſibiliũ) ẽ ergo aĩa exẽplar ſẽſibiliũ, & exẽplata ab ĩtelligibilibus.

❡Dubitaret forte aliquis, qũo iſta ſenſibilia quę hic aguntur cõparenĩ ad aĩas cœlorum. H Dicẽdũ ꝙ hęc ſenſibilia tripl̃r hñt comparari ad aĩas cœlorũ. Prĩo vt corporalia ad ſpũalia, ſecundo vt inferiora ad ſuperiora, Tertio vt artificiata ad artem. Scientia. n. in aĩabus cœlorum (ſecundũ intentionem huius Authoris) eſt quaſi quædã ars per quam producuntur hæc inferiora. quaſi artificialia illius artis. Immaginatur. n. Author iſte ꝙ ſicut ars per inſtrumentũ inducit in materiã formã artis: ita ſcĩa in aĩa cœli quæ eſt quaſi q̃dã ars: p motũ cœli, qui eſt inſtrumentũ illius artis, inducit formas ſenſibiles in hãc materiã inferiorem.

Dicemus ergo quòd iſta ſenſibilia ſunt in anima cœli per intentionem & ſunt ibi per virtutem,& per modum exempli. Nam quia illa ſunt corporalia & iſta ſunt ſpiritualia: ideo ſunt ibi per intentionem:Nam corporalia ſunt in anima tanquam in re ſpirituali intentionaliter:prout vero hęc ſenſibilia comparantur ad animas cœlorũ,ſicut inferiora ad ſuperiora ſunt ibi virtualiter, quia habere aliquid virtualiter eſt habere illud modo excellentiori,ſecundum quòd dicimus quòd calor eſt in igne formaliter, in ſole vero virtualiter: quia excellentiori modo eſt in ſole quàm in igne. Sed tertio prout iſta inferiora ſe habent ad ſcientiam,quę eſt in anima cœli, vt artificialia ad artem dicuntur iſta eſſe per modum cuiuſdam exempli.i.cuiuſdam exemplati ab ipſa arte. ℭDeinde cum dicit.

I E T intelligo per animam virtutem agentem res ſenſibiles.

ℭNe laboret in æquiuoco oſtendit de qua anima intelligat dicens (& intelligo per aſam virtutem agentem res ſenſibiles) ſupple mediante cœli motu. ℭDeinde cum dicit.

V E R V N T A M E N virtus in anima efficiens,nõ eſt materialis:& virtus in anima corporea eſt ſpiritualis, & virtus imprimens in rebus hñtibus dimenſiones,vel diuiſiones, eſt ſine dimẽſione, vel diuiſione.

ℭQuia dixerat quaſi in generali qũo ſenſibilia,& intelligibilia ſunt in aĩa, ideo hic exponit magis ſeipſum,& dicit hoc idem magis in ſpeciali,& duo facit, quia primo oſtendit qũo in aĩa cœli ſunt res ſenſibiles. Secundo qũo ibi ſunt res intelligibiles.ibi (Res aũt intelligibiles ſunt in aĩa) Continuetur aũt ſic lr̃a. Dictum eſt ꝙ res ſenſibiles ſunt in aĩa per virtutem exempli(Veruntamen virtus in aĩa efficiens) ſupple iſta ſenſibilia(nõ eſt materialis,& virtus in anima corporea).i.efficiens corpora(eſt ſpũalis)non corporalis (& virtus) in aĩa,quæ eſt(imprimens in rebus hñtibus dimenſiones,vel diuiſiones, eſt ſine dimenſione,vel diuiſione.) ℭNotandum aũt triplicem dr̃iam eſſe tactam inter iſta ſenſibilia,& virtutem cœleſtis aĩæ cauſatricem ipſorum.Nam iſta ſenſibilia ſunt materialia ſunt corporalia,& ſunt dimenſionata,& diuiſibilia: ſed virtus exiſtens in aĩa cœli per quam iſta cauſantur,eſt immaterialis,ſpiritualis,in demenſionata,& ſine diuiſione.

ℭNotandum etiam ꝙ ex hoc apparet lucide,& expreſſe qũo iſta ſenſibilia ſint in aĩa cœlinam cum ſint materialia corporalia,& dimenſionata,ſiue diuiſibilia,ſunt ibi in materialiter incorporaliter,& ſine dimenſione,ſiue indiuiſibiliter.

K ℭDubitaret forte aliquis qũo res ſenſibiles cum ſint in ſeipſis diuiſibiliter ſint in aĩa cœli indiuiſibiliter. Dicendum ꝙ iſta ſenſibilia ſunt materialia,& corporalia: ſed aĩæ cœlorum & vniuerſaliter omnes intelligentię ſunt entes præter oẽm materiam ſenſibilem,& intelligibilem(vt declarari hʒ in.8.metaphyſ. Formæ aũt materiales diuiduntur,quia cum ſint re-

T.cõ.16. ceptæ in materia in diuerſis partibus materiæ poſſunt recipi diuerſę formæ. Ideo in his ſenſibilibus formę ſunt diuiſibiliter,quia pñt plurificari ſub eadem ſpẽ,ſed in aĩa cœli, & in qualibet intelligentia ſunt indiuiſibiliter,quia cum ſint immateriales nõ pñt plurificari ſub eadem ſpẽ,ipſa ẽt forma cœli,& ſi non actu ſit diuiſibilis,imaginatione tñ, & intellectu põt diuidi:poſſum.n.intelligere diuerſas partes eiuſdem cœli quaſi diuerſas partes eiuſdem aëris ſolo numero differentes,& ita aliquo modo forma cœli multiplicatur ſm numerum ſub eadem ſpẽ:ſed formæ in aĩabus cœlorum,& multo magis in intelligentijs ſm naturæ curſum,vel ſecundum hunc ordinem quem videmus ſub eadem ſpecie, nullo modo diuiſionẽ ſuſcipiũt: ita ꝙ in eadem anima,vel in eadem intelligentia poſſint eſſe duæ formæ ſolo numero differentes, quod totum ex hoc contingit, quia ſunt immateriales, & in extenſę. ℭDeinde cum dicit.

Res autem

Res aũt intelligibiles ſunt in anima modo accidentali: quia res intelligibiles quæ nõ diuiduntur ſunt in anima per modum animalẽ ſpũalem vnitum, res intelligibiles vnitæ quieſcẽtes ſunt in aĩa per modum qui multiplicatur, & res intelligibiles quæ nõ mouentnr ſunt in aĩa per modũ motus.

❡Oſtendit qũo res intelligibiles habeant eſſe in anima cœli dicens. (res aũt intelligibiles ſunt in aĩa modo accidentali) .i. modo diuiſibili, ꝙ aũt ſic ſit patet (quia res intelligibiles, quę non diuiduntur ſunt in aĩa per modum animalem ſpũalem vnitũ) patet etiam ꝙ (res intelligibiles vnitæ quieſcentes ſunt in aĩa per modum qui multiplicatur: & res intelligibiles quæ non mouentur ſunt in aĩa per modum motus.) ❡Notandum aũt ꝙ ſicut Author dedit triplicem drĩam inter ſenſibilia vt ſunt in ſeipſis, & vt ſunt in aĩa cœli: ita hic dat tres differentias inter intelligibilia vt ſunt in ſeipſis, & vt ſunt in aĩa. Nã intelligibilia in ſe ipſis ſunt intelligibiliter, vnitæ & quieſcenter: ſed in aĩa ſunt animaliter diuiſę & per modum motus: & ideo ait ꝙ intelligibilia ſunt in aĩa per modum aĩalem, per modũ qui multiplicatur.i.per modum diuiſibilem, & per modum motus. ❡Notandũ etiam ꝙ intelligibilia per ſe ſunt vnita, & vt ſunt in anima, etiã ſunt aliquo modo vnita, ſed in ſe ſunt vnita modo intelligibili, in aĩa vero ſunt vnita, modo aĩali, iõ ait ꝙ (res intelligibiles vnitæ ſunt in anima per modũ aĩalem ſpũalem vnitum) .q.d. ꝙ res intellectuales ſunt vnitæ in ſe, & ſunt vnitę in aĩa. Sed ſunt vnitę in aĩa per modum aĩæ, ſiue per modum aĩalem: quia omne quod recipitur in aliquo eſt in eo per modum rei recipientis. ❡Notandũ etiam ꝙ aĩa eſt infra intelligentiã, & ideo eſſe in aliquo modo animali eſt eſſe infra modum intelligibilem. Cum ergo dicit Author ꝙ intelligibilia ſunt in aĩa modo animali: vult dicere ꝙ intelligibilia prout ſunt in anima ſunt inferiori modo q̃ in ſeipſis. ❡Notandum etiã ꝙ nõ oĩa vnita ſunt vnita eodẽ modo: imo ſunt aliqua vnita magis aliqua minus: & minus vnita:cõparata ad magis vnita reſpectu eorũ quaſi diuiſa & multiplicata dñr: ſpũalia itaq; in ſeipſis vnita ſunt: & etiã ſunt in aĩa per modum ſpũalem vnitum: tũ intelligibilia ſunt magis vnita prout ſunt in ſeipſis: q̃ prout ſunt in aĩa. Et ideo cum prius dixiſſet ꝙ res intelligibiles ſunt in aĩa per modum vnitum, poſtea dixit ꝙ res intelligibiles vnitę ſunt in aĩa per modum qui multiplicatur. Ex quo datur intelligi ꝙ res intelligibiles (vt ſunt in aĩa) ſunt vnitæ: tñ quia non ſunt ita vnitę, nec ſunt in aĩa ſicut ſunt in ſeipſis: iõ vnitas quã habent intelligibilia in aĩa eſt quaſi q̃dã diuiſio & multiplicatio reſpectu vnitatis quã hñt in ſeipſis. M

❡Dubitaret forte aliquis qũo res intelligibiles ſint in aĩa modo accidentali. Dicendum ꝙ diuiſio accidit rebus ex eo ꝙ in eis eſt aliquid per accidens. Et ideo quia in Deo nihil eſt per accidens, ſed ibi omnes perfectiones ſunt idem ꝙ ſubſtantia eius. ideo ibi nulla diuiſio, nec vlla compoſitio: ibi ſũma vnitas & nulla multiplicitas eſt. Immo accidens ſonat quaſi extraneum. Illud.n.videtur rei accidere, quod competit ei per aliquod extraneum, & per aliquod ſuperadditum ſubſtantiæ ſuæ. Extraneitas aũt ſine diuiſione eſſe non põt. Nam hoc ſonat extraneum, quaſi alienum & diuiſum. habere igitur aliqua modo accidentali, eſt habere illa modo diuiſibili: & quia res intellectuales ſunt in aĩa modo magis diuiſibili q̃ ſint in ſeipſis: ideo dicuntur eſſe in aĩa modo accidentali: Poſſumus aũt hoc aliter declarare & quaſi in idem redit. Dicemus.n.ꝙ intellectuale (vt intellectuale eſt) habet eſſe vnitum, & ſimplr: ideo Deus quia eſt naturæ ſũmæ intellectualis eſſentialr eſt ſũme vnus: & ſũme ſimplex. & iſta ſenſibilia quia valde recedunt à natura intellectualitatis ſũt valde diuiſibilia: & valde cõpoſita. Diuiſio ergo accidit rei intellectuali vt ĩtellectualis eſt: & eſt extranea ab ea. Hr̃e ergo intellectualia mõ accidentali, & mõ extraneo: eſt hr̃e ea mõ diuiſo. Et hoc eſt qđ Author dicit in lr̃a: ꝙ res intelligibiles ſunt in aĩa modo accidentali, quia (vt ſubdit) res intellectuales quæ non diuiduntur ſunt in anima per modum diuiſibilem. patet ergo qũo res intellectuales ſunt in aĩa modo accidentali, quia.ſ. ſunt in ea modo diuiſibili: qũo aũt hoc dicaĩ eſſe accidentale & extraneũ eſt per habita manifeſtum. N

O ¶Vlterius forte dubitaret aliquis qūo res intellectuales dicantur eſſe in aīa modo acciden
Supra.10 tali.i.diuiſibili & multiplicato. Dicendum ꝙ ſicut inter ipſas intelligētias diſtinguebamus,
G. & dicebamus: ꝙ illud quod intelligit intelligentia ſuperior per vnum conceptū & per vnā ſpēm hoc intelligit intelligentia inferior per multos cōceptus: & per multas ſpēs. Sic poſſumus diſtinguere de ipſis aīabus reſpectu intelligentiaꝝ. Nam ipſæ aīæ ſunt infra intelligentias:intelligimus.n.per aīas ipſos motores orbium.Per intelligentias vero intelligimus ſubſtantias ſeparatas quarū non eſt īmediate mouere corpora. oportet ergo ꝙ aīæ quę attingūt corpora cæleſtia quę ſunt ſupræma infimorum, ſint infima ſuppremorū. Vnde animæ cœlorū intelliguntur eſſe quædam infimæ intelligentiæ. Habent ergo ſic ſe aīæ ad intelligentias, ſicut intelligentiæ inferiores ſe habent ad ſuperiores. Et ideo quod verificatur de intelligentijs inferioribus reſpectu ſuperiorum: hoc verificatur de aīabus cœlorum reſpectu intelligentiarum. Et ideo dñr intelligibilia eſſe in aīa modo diuiſibili, quia ſpēs intelligibiles, & intellectuales conceptus qui ſunt in intelligentia modo vnito, ſunt in aīa modo diuiſo, & plurificato. Nam quod intelligit intelligentia per vnā ſpeciem & per vnū cōceptū,aīa (quia nō eſt tātæ pſpicacitatis) intelliget p multas ſpēs, & p multos cōceptus.

P ¶Vlterius forte dubitaret aliquis qūo res intelligibiles quę non mouentur ſint in aīa per modum motus. Dicendum ꝙ aīa eſt naturæ intellectualis, & vnūquodq; agens agit per modum naturę ſuæ. ideo aīa cœli intelligendo agit, & per ſuum intelligere,& per ſuum velle mouet cœlum, Immaginantur aūt phyloſophi ꝙ oportet mobile eſſe proportionatū mobili: & ꝙ maxime hoc oportet eſſe in corporibus cœleſtibus: & in animabus eorū. Vn
T.cō.52. de & phyloſophus in. 12. Methaphyſicæ: innuit ꝙ corpora cœleſtia, & ſubſtantiæ ſeparatæ ſe habent in vniuerſo quaſi liberi in domo, qui non licentiantur ad opera extranea: Poſſumus aūt dicere quòd extraneū opus eſt ſi ſit in proportionatum. Ideo in cœlo ſecundum phyloſophorū dicta, eſt maxima proportio inter motorem & motum. Vult ergo Author dicere quòd conceptus intelligentiarum ſunt ita alti: & eorū intelligere eſt ita ſublime, quod non eſt proportionatū rebus mobilibus, & ideo a tali intelligere, & a talibus conceptibus, nō poteſt īmediate fluere motus. Et ideo (ſecundum eos) inter intelligentias & cœlos oportet dare quaſdam alias ſubſtantias medias: quas vocāt animas a quibus poteſt īmmediate fluere motus. Ea ergo (ſecundum hunc modum loquendi) quæ ſunt in intelligentijs modo non mobili, ideſt modo non proportionato mobili, ſunt in animabus per modū motus, ideſt per modum proportionatum motui: quia a cōceptibus qui ſunt in intelligentia nō poteſt īmediate fluere motus tanquā a proportionatis, ſed poteſt īmediate fluere motus a conceptibus, qui ſunt in anima tanquam a proportionatīs.

Q ¶Vlterius forte dubitaret aliquis. Vtrum ſit vera iſta phyloſophorum opinio. Dicendum quòd aut intelligitur de neceſſario, aut de cōgruo, ſi intelligitur de neceſſario, vt ipſi phyloſophi intellexerunt falſa eſt. Immaginantur enim phyloſophi ipſi quòd intelligētia ſuperior non poſſit mouere orbem inferiorem,& quòd nō poſſit mouere immediate vnum lapidem hic inferius exiſtentem. Sed iſtud eſt fatuum cogitare. Nam cum agant per liberū arbitrium & volūtatem, ſi poſſunt maius poſſunt & minus. Si enim ignis eſſet dominus ſuæ actionis, & ageret per liberū arbitrium ſi poſſet calefacere multum, poſſet & parum. Sed ſi intelligatur non de neceſſario: ſed de congruo. habet aliquam veritatem. Congruū eſt enim quòd infimæ inter intelligentias ſint motores corporū, & congruum eſt quòd natura corporalis adminiſtretur per intelligentias infimas non per ſupræmas: & hoc oīno concordat cum dictis ſanctorū. Immaginabimur ergo quòd formę vt ſunt in intelligentijs ſupræmis, ſunt modo valde vniuerſali vnito & ſimplici. &(vt ſunt in rebus ſenſibilibus)ſunt modo valde particulari & contracto. Sed (vt ſunt in intelligentijs infimis quas vocat Author cœlorum animas) ſunt quaſi modo medio: & ideo tales conceptus in animabus cœlorum dicuntur eſſe per modum motus, quia ſunt magis proportionati rebus mobilibus. Propter quod congruentius eſt quòd a talibus cōceptibus īmediate cauſetur motus,& adminiſtratio corporū: ꝙ̄ a cōceptibus exiſtētibus in ſupmis intelligētijs. ¶Deinde cū dicit.

Iam ergo oſtẽſum eſt ꝙ res intellectuales & ſenſibiles ſunt in anima. Veruntamen res ſenſibiles corporeæ motæ, ſunt in anima per modum animalem, & ſpiritualem vnitũ, & res intellectuales vnitæ quieſcentes ſunt in anima per modum qui multiplicat motum. R

❡Epilogat circa determinata dicens.(Iã ergo oſtenſum eſt ꝙ res intellectuales & ſenſibiles ſunt in aĩa. Veruntamen res ſenſibiles corporeæ motę ſunt in aĩa per modum animalem, & ſpiritualem vnitum, &) etiam manifeſtum eſt ꝙ (res intellectuales vnitæ quieſcentes ſunt in anima per modum qui multiplicat motum.) ❡Notandũ autem ꝙ quicquid eſt in anima eſt in ea per modum animę.i.animaliter: & quia anima eſt ſupra ſenſibilia & infra intelligẽtias res ſenſibiles, quia ſunt in aĩa animaliter, ſunt in ea ſuperiori modo quàm in ſe ipſis, Intelligibilia autem econuerſo. ❡Notãdum etiam quòd ea quæ ſunt in anima ſunt in ea per modum motus non formaliter ſed cauſaliter, non quia.ſ.in anima ſit formaliter motus, ſed quia ab anima ĩmediate cauſatur motus. Ea ergo quę ſunt in anima cõparata ad corporalia ſe habent vt quieſcentia eo ꝙ in aĩa formalr̃ non ſit motus, comparata vero ad intellectualia, ſe habent per modum motus eo ꝙ ab aĩa ĩmediate cauſetur motus.

PROPOSITIO QVINTADECIMA.

Omnis ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa. A

❡Poſtquã Author determinauit de anima in cõparatione ad alia, oſtendens quõ anima cognoſcat alia a ſe, in parte iſta (vt dicebatur) determinat de aĩa in cõparatione ad ſeipſam oſtendens qũo anima cognoſcat ſeipſam & eſſentiam ſuã. Eſt aũt intentio Authoris quòd anima cognoſcit ſeipſam & eſſentiam ſuã, quia eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione cõpleta. Duo aũt facit, quia primo proponit hanc veritatem ſiue hanc propoſitionem. Secũdo propõnem propoſitam declarat & manifeſtat. ibi, (quod eſt quia.) Dicit ergo quòd (omnis ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa.) In propõ ne.14.A.

❡Dubitaret forte aliquis de quo proprie dicitur quòd ſciat eſſentiam ſuã. Dicendũ quòd ſecũdum Authorem iſtũ, triplex eſt ſubſtantia intellectualis cauſata vꝫ intelligentia aĩa cœleſtis & aĩa humana; quæ ſic differunt, quia aĩa humana eſt coniuncta corpori ſecundum eſſe & ſecundũ operationem. Nam aĩa humana & habet vnum eſſe cum corpore, quia eſt forma corporis, & habet operationẽ in corpore, quia eſt motor corporis, aĩa vero cœleſtis coniungitur corpori ſᷓm operationẽ quia eſt motor cœli ſed non cõiungitur ei ſᷓm eſſe, qa non ſit vnum ſᷓm eſſe ex aĩa cœli & cœlo. Intelligẽtia vero nec cõiungitur corpori ſᷓm eſſe nec ſᷓm operationẽ: Voluit.n. Author iſte ꝙ intelligentię nõ eſſent motrices corpoꝝ:, largẽ aũt loquendo de ſcire: tã intelligẽtia q̃ aĩa cœli q̃ etiã aĩa humana põt ſcire eſſentiã ſuã. Sed ſi volumus facere vim in hoc verbo ſcire: & ſi volumus ſᷓm q̃dã appropriationẽ loqui, dicemus ꝙ intelligentia intelligit eſſentiã ſuã: Aĩa cœleſtis ſcit eſſentiã ſuã: Aĩa vero humana addiſcit vel ꝑ inuẽtionẽ noſcit eſſentiã ſuã. Propter hoc ſciẽdũ ꝙ illud qđ eſt ꝓpria operatio potẽtiæ, & in qđ ꝑ ſe & ĩmediate ferẽ potẽtia ſortitur nomẽ potẽtiæ: illud vero in qđ nõ per ſe & ĩmediate ferẽ potẽtia ſortitur nomẽ aliud: vt qa voluntas ꝑ ſe & prĩo ferẽ in finẽ. Iõ reſpectu finis dr̃ eſſe ipſum velle: quia vero in ea, q̃ ſunt ad finẽ voluntas nõ ferẽ per ſe, & prĩo, ſed ꝑ aliud, vt ꝑ finẽ: iõ reſpectu taliũ non dr̃ eſſe velle, ſed eligere. & iõ ſcribit tertio Ethicorũ, ꝙ volũtas ſiue velle eſt ipſius finis: Eligere vero eorũ, quæ ſunt ad finem. Sic etiam quia intellectiua potentia fertur in ipſa principia, non autem in concluſiones. Ideo reſpectu principiorũ dr̃ eſſe intellectus ſiue ĩtelligere: reſpectu aũt cõcluſionũ eſt ſcĩa ſiue ſcire. Quę ſi volumus adaptare ad ꝓpoſitũ, dicemus ꝙ ſᷓm hunc Authorem. Propria B cap.5.

operatio intelligentię eſt intelligere. Sed propria operatio animę cœleſtis non eſt intelligere: ita ꝙ ſecundum ſeipſam anima cœleſtis intelligat. Nam ipſa ſuſcipit impręſſionē ab intelligentia, & eſt etiam quaſi ſtramentum intelligentiæ. Propter quod aię cœleſti (ſecundum hunc Authorem) cōpetit intelligere per participationem, participando. ſ. intelligentiam vel ſuſcipiendo impræſſionem ab ea. & quia magis propriæ (ſm hunc modum loquendi) competit intelligere intelligentiæ q̃ aiæ. Ideo id quod nouit intelligentia, proprie dici debet, ꝙ illud intelligat, quia propria operatio eius eſt intelligere, ſed id quod nouit anima cœleſtis magis proprie debet dici ꝙ illud ſciat q̃ ꝙ illud intelligat. Et hoc ſequendo poſitionem huius Authoris, quia ſecundum ipſum deficit aía cœleſtis ab ipſo intelligere, quia eius propria operatio eſt mouere. Nam ꝙ moueat anima cœleſtis habet ex ſe, ꝙ aūt intelligat (ſecundum hunc Authorem) habet ex impreſſione intelligentię. Cū ergo ſcientia nihil aliud ſit q̃ quædā firma notitia deficiés ab intellectu. noſcere aię cœleſtis qa eſt qd firmum, & deficit ab intelligere intelligentiaꝝ. ideo tale noſcere poteſt dici quædā ſcientia & quoddam ſcire. Differt ergo anima cœleſtis ab intelligentia quia intelligentia intelligit eſſentiam ſuam, anima vero cœleſtis deficit a tali intelligere propter quod dici poteſt ꝙ non intelligat: Sed ſciat eſſentiam ſuam, Anima autem humana (quia naſcitur ignorans) per addiſcere vel per inuentionem eo modo quo pōt, venit in notitiam eſſentiæ ſuæ. Poterit ergo eſſe intellectus propōis, ꝙ oís ſciens qui ſcit eſſentiam ſuam. i. omnis anima cœleſtis cuius eſt ſcire eſſentiam ſuam hoc modo ſcit ipſam eſſentiam ſuam, ꝙ redit ad eam reditione completa.

C (margin, at "dum hunc Authorem")

D ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis vtrum de intelligentia verificetur ꝙ ſit rediens ad eſſentiam ſuam. Dicendum ꝙ redire ad aliquem dicit aliquē receſſum ab illo: intelligentia ergo in intelligendo eſſentiam ſuā, non proprie dr̄ redire ad ſeipſam: quia nullā habet operationem magis propriam q̃ intelligere. Vnde ei non cōpetit intelligere eſſentiam ſuam redeundo ad eſſentiam ſuā: ſed intelligit eſſentiam ſuā, eo ꝙ intellectus eius principaliter fertur in eſſentiam ſuā: Sed (vt diximus) propria operatio aiæ cœleſtis (ſm hunc Authorem) eſt mouere, & ex eo ꝙ propria operatio eius eſt mouere: dr̄ quodāmodo recedere ab intelligere: pp quod competit ei ſcire & intelligere eſſentiā ſuam redeundo ad eſſentiam ſuam.

In q̄ſtiōe ꝓcedenti (margin)

E Sciendū autem ꝙ ſi redire ad eſſentiam ſuā dicat ſolam conuerſionē ad eſſentiam ſuam: Sic omne quod cognoſcit eſſentiam ſuā, dr̄ redire ad eſſentiam ſuā, quia per intellectū conuertit ſe ſuper eſſentiam ſuā: Et ſm hunc modum loquēdi, loquitur Proclus. 83. Propōe ſui libri. cum ait. ꝙ omne ſui ipſius cognitiuum eſt ad ſeipſum oī quaqꝫ conuerſiuum. Sed ſi per redire ad eſſentiā ſuam non ſolum intelligimus per intellectū ſe conuertere ſupra eſſentiam ſuā: Sed etiam aliquo modo diſcedere ab intelligentia eſſentiæ: ſic redire conuenit ſm hunc Authorem, aię cœleſti, & non intelligentiæ. Aía .n. cœleſtis aliquo mō diſcedit, vel recedit, ſiue deficit ab intelligere, cum eius propria operatio ſit aliquid aliud ab intelligere: quia eſt ipſum mouere. Ergo aīa cœli intelligit vel ſcit eſſentiā ſuam redeundo, vel conuertendo ſe ſupra eſſentiam ſuā. Anima aūt humana ab alio modo dr̄ redire ad eſſentiam ſuā, quia. ſ. non intelligit eſſentiam ſuam, per eſſentiam ſuam, Sed per ſpecies aliorū: ideo dicitur in Tertio de anima ꝙ intellectus noſter ſic ſeipſum cognoſcit, cognoſcendo. ſ. alia, & per ſpecies aliorum.

Proclus. (margin)

T. cō. 13. & 15. (margin)

F ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis quid appellet hic Author redire ad eſſentiam ſuā reditione completa. Dicendū ꝙ illud eſt complete tale, quod eſt ſm oía tale: & illud cōplete redit ad eſſentiam ſuam quod ſm oía ſua redit ad eam. In re aūt non ſunt niſi tria, ſubſtantia, virtus, & operatio. Sed virtus & operatio non dicunt aliud & aliud redire. Nam hoc modo virtus redit in aliquid: quando ſm operationem tendit in illud. Immo ſi vellemus aliter diſtinguere diceremus. ꝙ in re ſunt quatuor, vꝫ, ſubſtantia, eſſe, virtus, &, operatio, ſed ſubſtantia, & eſſe, non habent aliud & aliud redire: Sic virtus, & operatio, non habent aliud & aliud redire. Duplex eſt ergo reditio ad eſſentiam ſuā, vel ſm ſubſtantiā, vel ſm operationem. Redire.n. ad ſeipſum ſm operationem, eſt habere operationem ad ſe conuerſiuam,

ſe conuerſiuam, vel habere operationem quę terminetur ad ſeipſum, ſiue ad ſuam eſſentiam. Redire ad ſeipſum ſm̄ ſubſtantiā, eſt habere ſubſtātiam per ſe ſtantē non alij in hęrentem. Illud ergo conuertitur ad ſuam ſubſtantiā per ſuam ſubſtantiā vel ad ſeipſum per ſeipſum quod ſe ipſo ſtat, vel per ſeipſum exiſtit. Propter qđ cōuerti ad ſe ipſum ſm̄ ſubſtantiam idem eſt, ꝙ conuerti ſm̄ eſſe, vel idem eſt ꝙ eſſe & exiſtere per ſe, & in ſe, non autem in alio & per aliud. Secūdum quem modum formę materiales non cōuertuntur ad ſeipſas ſecundū ſubſtantiā, quia non ſunt ſubſtantiæ per ſe exiſtentes, ſed ſubſtantiæ inhærentes materiæ. Intelligentię vero & aīę conuertuntur ad ſeipſas ſecundum ſubſtantiam, quia ſunt ſubſtantiæ per ſe exiſtentes. Conuerti aūt ad ſeipſum vel ad ſubſtantiā ſuam ſecundum virtutem, ſiue ſecundū operationem, (vt dicebamus) eſt habere operationē quę terminetur ad ſeipſum. Sicut cum aliquid intelligit, vel cognoſcit ſeipſum. Redire ergo ad ſe, vel ad ſuam ſubſtantiam. reditione cōpleta contingit tam ſecundum ſubſtantiā q̄ ſecundum operationem. Dicemus ergo ꝙ formæ materiales nullo modo redeunt ad ſeipſas nō G
quidem ſecūdum ſubſtātiam, cū non ſint ſubſtantię per ſe exiſtentes: nec ſecundum operationem ad ſeipſas redeunt cum non habeant niſi operationem tranſeuntē in exteriorem materiam: ignis.n.non calefacit ſeipſum, ſed aliud. Iſta aūt corpora, ſiue iſta cōpoſita aliquo modo redeunt ad ſeipſa ſm̄ ſubſtantiam: quia per ſe exiſtunt. Compoſiti.n. eſt per ſe exiſtere: partes autem nō exiſtunt per ſe, & in ſe: Sed ſunt per totum, & in toto Attamen huiuſmodi corpora, & huiuſmodi compoſita non redeunt ad ſe reditione completa: quia non redeunt ad ſe ipſa ſecūdum operationem, quia nō habent operationem, quæ terminetur ad ſe ipſa: Sed intelligentiæ & animæ cœlorū (loquendo de reditione, prout reditio non dicit receſſum: Sed prout dicit tantum conuerſionem ad ſeipſum) redeunt ad ſe reditione completa: quia & ſecūdum ſubſtantiam, & ſecūdum operationem cōuertūtur ad ſe. Secundum ſubſtantiam quidem: quia ſunt ſubſtantiæ per ſe ſtantes, ſecundū operationem vero quia habēt operationem ſupra ſe conuerſiuam. Vnde patet quòd nō valet: Iſtud eſt ad ſe conuerſiuū ſecundum ſubſtantiam: ergo eſt ad ſe conuerſiuum ſecūdum operationem: quia multa exiſtunt ad ſe, & per ſe, quę nō habent operationem quę terminetur ad ſe: Sed bene valet econuerſo: hoc conuertitur ad ſe ſecundū operationem, ergo conuertitur ad ſe ſecundū ſubſtantiam: quia quicquid non indiget alio vt operetur, nō indiget alio: vt exiſtat. Si quid.n. poteſt operari in ſe ipſo, oportet ꝙ exiſtat in ſeipſo. Eſt.n. H
ſubſtantia nobilior, & minus dependens q̄ operatio. quicquid ergo habet operationē non indigentem materia extrinſeca & non indigentem alio in quo recipiatur habet & ſubſtantiam per ſe exiſtentem & nō indigentem alio in quo exiſtat: ꝙ ſi ſecus eſſet magis dependeret eius ſubſtantia q̄ eius operatio: quod eſt incōueniens. Et quia ſciens eſſentiam ſuā: & id quod cognoſcit ſeipſum eſt ad ſe cōuerſiuum ſm̄ operationem, & non indiget alio in quo recipiatur eius operatio, oportet ꝙ ſit ad ſe conuerſiuū ſm̄ ſubſtantiam, ita ꝙ non indigeat aliquo in quo ſubſtantia ſua ſuſtentetur. & quia hoc eſt conuerti & redire ad eſſentiam ſuā, conuerſione & reditione completa.qñ.ſ aliquid eſt tale tam ſm̄ operationem q̄ ſm̄ ſubſtantiam: Ideo bene dictū eſt ꝙ quicquid ſcit eſſentiam ſuā, & quicquid cognoſcit ſeipſum, ꝙ redit ad eſſentiam ſuā reditione cōpleta, vel ꝙ cōuertitur ſupra ſe ipſum conuerſione cōpleta. Eadem eſt ergo hæc propō. 15. de cauſis.ſ.quòd omnis ſciens eſſentiā ſuam eſt rediens ad eſſentiā ſuam reditione cōpleta, cum propōne. 83. Procli, quòd omne ſui ipſius cognitiuū eſt oiq̄uaq;.i per omnem modū ad ſe ipſum conuerſiuum.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis (quū dictum, ſit ꝙ hęc corpora, & iſta compoſita aliquo modo conuertuntur ad ſeipſa ſm̄ ſubſtantiam) verum ita proprie dictum ſit de corporibus quòd cōuertuntur ad ſeipſa ſm̄ ſubſtantiā ſicut de ſubſtantijs ſeparatis. Dicendū quòd ſicut conuerti ad ſe ſm̄ operationem eſt habere operationem non indigentē alio ad quod terminetur. Sic redire vel cōuerti ad ſeipſum ſm̄ ſubſtantiam eſt habere ſubſtantiam fixā per ſe ſtantem non indigentē alio ad ſui ſubſtētationē. Sed nō indigere alio ad ſui ſubſtentationē q̄tum ad pręſens ſpectat pōt eſſe tripl'r: vel quia nō indiget alio tanq̄ materia I

in qua exiſtat: vel quia non indiget alijs tanquā partibus per quas exiſtat, vel quia non indiget alio tanquā cā a qua exiſtat. Formę ergo materiales non cōuertuntur nec redeūt ad ſe ſm ſubſtantiam: quia indigent alio.i materia in qua exiſtant: & in qua recipiātur indigent etiā partibus cum diuiſibiles ſint ſaltim per accidens, recipiuntur.n.in materia extenſa & diuiſibili. Indigent tertio cauſa agente, & educente eas de potentia ad actum: Sed huiusmodi corpora quæ videmus aliquo modo redeunt ad ſeipſam ſm ſubſtantiam: quia:
K non indigent aliquo tanquā materia, in quo recipiantur. Ipſum.n. totum quantuncunq; materiale ſm ſe totum non recipitur in materia. Nam cum totum dicat materiam & formam, ſi totum ſecundū ſe totum reciperetur in materia: forma & materia reciperentur in materia. Reciperetur ergo aliquid in ſeipſo: quia materia reciperetur in materia, quod eſt inconueniens: quia ſi aliquid poſſet recipi in ſeipſo poſſet aliquid eſſe denudatū a natura ſui ipſius: cum recipiens debeat eſſe denudatum a natura recepti vt declarari habet
Cō. 4. & 5. in tertio de anima. Corpora ergo iſta ad ſui ſubſtentationem non indigent alio tanquā materia in qua recipiantur: Sed bene indigent alijs tanquā partibus per quas exiſtant: & etiā indigent alio tanquā cauſante, & producente ea. Subſtantiæ autem ſeparatæ ſunt magis ad ſe conuerſiuę ſecundū ſubſtantiam: quia nec indigent alio tanquā materia in qua recipiantur, nec quantū ad naturam ſuā indigent partibus per quas exiſtant, quia ſubſtantia ſeparata ſiue intelligentia eſt ſubſtantia quę non diuiditur, vt declaratum fuit in propoſitione ſeptima. Natura enim earū eſt ſimplex non compoſita ex partibus Attamen ta-
ibi.a. les ſubſtantiæ quantūcunq; ſeparatę indigent alio tanquā cauſa a qua exiſtunt quia indigent cauſa prima a qua ſunt productæ, & per quā conſeruantur in eſſe. Solus autē Deus eſt iſto modo ſubſtantialiter in ſe ipſo: quia nullo modo indiget eſſentialiter alio: nec tanquam materia nec tanquam partibus, nec tanquam cauſa. ❡Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propōnis quintæ decimæ.

L QVod eſt, quia ſcientia non eſt niſi actio intelligibilis. Cum ergo ſcit ſciens eſſentiam ſuam tunc redit per operationem intelligibilem ad eſſentiam ſuam.

❡Poſita propōne manifeſtat & declarat eam. Declarat autē eodem modo ꝙ.ſ.ſciens eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiam ſuam reditione completa: Sicut Proclus declarat ꝙ
Proclus. ſui ipſius cognitiuū eſt omni quaq;.i.per omnem modū & complete ad ſe ipſum conuerſiuum. Nam idem eſt vnum quod aliud. Idem enim eſt ſcire eſſentiam ſuā & eſſe ſui ipſius cognitiuum: & idem eſt redire ad eſſentiam ſuā reditione completa, & eſſe ad ſeipſum omniquaq;, ideſt per omnem modum conuerſiuum. Declarat autē Proclus ꝙ ſui ipſius cognitiuum eſt oī quaq; ad ſeipſum conuerſiuū, quia omne tale (vt probat) conuertitur ad ſe ipſum oīquaq; i.per oēm modum, tam ſecūdum operationem q̄ ſecundū ſubſtan
Author. tiam: Sic & iſte Author probat quòd ſciens eſſentiam ſuam redit ad eſſentiam ſuā, ideſt ad ſeipſum complete.i. ſecūdum omnem modum: tam.ſ.ſecundū operationem quàm ſecundum ſubſtantiam. Duo ergo facit, quia primo probat quòd ſciens eſſentiam ſuā redit ad eſſentiam ſuam ſecūdum operationem. Secundo probat quòd redit ad ſeipſum ſecundum ſubſtantiam ibi (& non ſignifico per reditionem.) Probare autem quòd cognoſcens eſſentiam ſuam eſt rediens ad ſeipſum per operationem habet triplex dubium. Nam dubium pōt eſſe ex parte operationis. Secundo poteſt eſſe dubium ratione ſui ipſius. Et tertio poteſt eſſe dubium ratione reditionis. Nam dicens quòd hoc redit ad ſeipſum ſecūdum operationem tria dicit. Nam dicit quòd redit. dicit ꝙ redit ad ſe ipſum: & dicit ꝙ redit ad ſe ipſum ſecūdum operationem: Ideo hæc tria declarat, ſed non hoc ordine. Nam primo declarat hoc de operatione, ſecundo declarat hoc de ſe ipſo. Et tertio hoc declarat de

reditione. Secunda ibi (& hoc non eſt ita) Tertia ibi (quod eſt quia.) Dicit ergo (quod eſt), ideſt quod contingit: quod ſciens eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiam ſuã complete quia redit ad eam, tam ſecũdum ſubſtantiã quàm ſecũdum operationẽ. Et primo patet ꝙ redit ſecundũ operationem (quia) vt ait (ſcientia non eſt niſi actio intelligibilis, cũ ergo) ſic (ſcit ſciens eſſentiã ſuam, tunc redit per operationem) ſuã (intelligibilẽ ad eſſentiam ſuã) Formetur ergo ſic rõ. Quicquid redit ad eſſentiã ſuam per ſciam redit per operationẽ, quia ipſa ſcía non eſt aliud niſi quædã actio, & quædã operatio intelligibilis. Sed ſciens eſſentiã ſuã redit ad eſſentiã ſuã p ſciam, ergo redit ẜm operationẽ, declaratũ eſt ergo quod erat ibi dubiũ: ex parte opationis. Oñſum eſt.n. ꝙ redire per ſciam eſt redire per operationem, quia ſcía non eſt aliud niſi quædam actio & quędam operatio. M

¶Dubitaret forte aliquis, qũo verum ſit ꝙ ſcía non ſit niſi actio intelligibilis. Dicendum ꝙ tripliciter poſſumus verificare quod dr̃, Primo vt ſpectat ad propoſitũ: ſecũdo vt cõſideramus modũ intelligendi ſubſtantiarum ſeparatarum: tertio vt cõſideramus earũ intellectũ, ſiue earum potentiam intellectiuam. ¶Prima via ſic patet: Nã ſcía non eſt niſi actio intelligibilis. Iõ redire ad ſeipſum per ſciam non eſt niſi redire per actionẽ intelligibilem. Nam redire per ſciam ſuper aliq̃ rem, hoc eſt p conſiderationem & p operationem intelligibilem conuertere ſe ſup illam rẽ: ſic & in ꝓpoſito hoc modo aía cœli ſcit ſciam ſuam, & hoc modo p ſciam ſuam redit ad eſſentiã ſuam, prout per cõſiderationem & per actionem intelligibilem conuertit ſe ſupra eſſentiam ſuam. Sic ergo poſſumus difficultatem effugere, quia non oportet (ẜm dictum Authoris) ꝙ ſcía ſit formalr̃ ipſa actio: Sed ſufficit ꝙ redire ſuper aliquid per ſciam ſit redire, & conuertere ſe ſuper illud per conſiderationem ſiue per actionem intelligibilẽ. Secundo mõ hoc põt verificari ſi conſideremus modũ intelligendi ſubſtantiarum ſeparatarum. Nã ſubſtantiæ ſeparatæ ſiue ſint intelligentiæ non mouentes, ſiue ſint aíæ cœlorum motrices orbium ſemper actu intelligũt eſſentiam ſuam (vt in quæſtionibus nr̃is de angelis diffuſius diximus) ſciam ergo intelligentię (loquendo de eius ſcía qua ſcit eſſentiã ſuã) non eſt niſi actio intelligibilis. Quia ſemper ẜm talem ſciam actu intelligit eſſentiã ſuam. Erit ergo ẜm hoc, ſenſus ꝙ conuerti per ſciam ſupra ſeipſum, hoc eſt conuerti per operationẽ; quia non aliter redimus per ſciam ſupra rẽ aliquã niſi quia per conſiderationem, & per operationẽ intelligibilem conuertimus nos ſupra rem illã (vt dicebat via prima) vel erit quia ſcire eſſentiam ſuã, & conuerti per ſciam ſuper eſſentiam ſuã, hoc eſt conuerti & redire per actionẽ intelligibilem, quia intelligentiæ & aíæ cœlorũ hoc modo ſciunt eſſentiam ſuã, quia.ſ. ſemper actu intelligunt ſeipſas, vt hæc ſecunda via declarat. Tertio modo põt verificari quod dr̃, quia aliter intelligentia, & aía cœli ſciũt eſſentiã ſuam, & alr̃ ſciunt res alias. Nam res alias ſciunt per ſpẽs aliorum Intelligentia n.& aía cœli plenæ ſunt formis & ſpeciebus rerũ, prout ergo ſe cõuertunt ſuper aliquam ſpẽm: tunc ab illa ſpẽ generatur actio intelligibilis in intellectu earũ. Pręter ergo eſſentã intelligentię, & præter intellectũ eius eſt dare ſpẽs intelligibiles in ipſa intelligentia, quia ſciam quã habet de alijs rebus non ſolum dependet ex eius eſſentia, ſed etiam ex ſpẽ intelligibili: ſcía tamen quã habet intelligentia de ſe ipſa nõ eſt per aliquã ſpeciem ſed eſt per ſuã eſſentiam. Ita ꝙ ab ipſa eſſentia intelligentiæ tanq̃ ab aliquo quod eſt actu intelligibile mouetur intellectus eius, & cauſatur actio intelligibilis. Sicut.n.a ſenſibili in potentia nõ mouetur ſenſus, ſed a ſenſibili in actu, ſic ab intelligibili in potentia non mouetur intellectus, ſed ab intelligibili in actu, & quia aía noſtra tenet vltimum gradũ in genere intelligibiliũ, ideo eſſentia aíæ noſtræ non põt mouere intellectũ proprium, vt intelligat ſe ipſam: Sed intelligit ſe intelligendo alia: Vtrũ aũt aliquo modo verificari poſſit ꝙ aía nr̃a intelligat ſe ipſam per ſeipſam (quia hoc vr̃ dicere Auguſtinus) non eſt præſentis ſpeculationis. Nõ enim hic loquimur de illo mõ intelligendi. Sed intelligentia (cuius eſſentia eſt quid intelligibile in actu) intelligit ſeipſam per eſſentiam ſuã, nec indiget ad ſe intelligendũ aliqua alia ſpẽ, ſed ab ipſa eſſentia ſua cauſatur in intellectu eius actio intelligibilis per quam intelligit ſeipſam: qa ergo præter eſſentiã intelligentiæ & p̃ter intellectũ eius nihil aliud re-

Pría via.

Sc̃da via

N

O

Tertia via.

14. De Trin.ca. 6.

quiritur, vt ipſa eſſentiã ſuam poſſit intelligere: ideo ſcía per quã ſeipſam intelligit nihil eſt aliud q̃ actio intelligibilis. Hoc ergo modo certificat, ꝙ ſcía intelligentię non eſt, niſi actio intelligibilis, non de qualibet ſcía eius intelligendo illud dictum: Sed de ſcía tm̃ per quam intelligit eſſentiam ſuam. Scd̃m hoc ergo erit ſenſus, ꝙ aía, vel intelligentia ſciens eſſentiã ſuam, vel conuertens ſe per ſcientiam ſuper eſſentiam ſuã conuertit ſe ſuper eam per actionem intelligibilem: quia ſcía per quam intelligit eſſentiam ſuam, præter eſſentiam, & pręter intellectum intelligentiæ aliquod aliud principium non habet. Nihil eſt ergo aliud ſcientia intelligentię, q̃ actio intelligibilis. ¶ Deinde cum dicit.

P ET hoc nõ eſt ita niſi quia ſciens & ſcitum ſunt vna res. Quoniam ſciẽtia ſcientis eſſentiam ſuam eſt ex eo & ad eum, ex eo quia eſt ſciens eſſentiam ſuam, ad eum: quia eſt ſcitum.

¶ Declarat quod dixerat ex parte ſui ipſius. Nam ſi ſcía eſt ipſa actio, illud quod conuertit ſe, per ſcíam conuertit ſe per actionem, & per operationem intelligibilem: ſed propter hoc nondum conuerſum eſt ſic, ꝙ ipſa cõuerſio ſit ſupra ſeipſum, vel ſit reſpectu ſui ipſius. Ideo in hac parte declarat hoc dicens, ꝙ (& hoc) vʒ, ꝙ ſciens eſſentiam ſuam conuertat ſe ſupra ſeipſum (non eſt ita, niſi quia ſciens, & ſcitũ ſunt vna res) & ideo in talibus ſciens, & ſcitum ſunt vna res (qm̃ ſcía ſcientis eſſentiam ſuam eſt ex eo, & ad eum: ex eo, quia eſt ſciens eſſentiam ſuam: ad eum, quia eſt ſcitum.) ¶ Notandum aũt ꝙ ſemper ſciens aliquid per actionem intelligibilem conuertit ſe ſuper illud quod ſcit, Sed qñ ſcit aliud à ſe: tunc talis conuerſio non eſt ſupra ſeipſum, & tunc ſciens, & ſcitum nõ ſunt vna res: ſed qñ ſciens ſcit eſſentiam ſuã: & per ſcíam conuertit ſe ſuper eſſentiã ſuã, tunc non ſolũ eſt ibi conuerſio: ſed & eſt ibi conuerſio ſupra ſeipſum: & tũc ſciens, & ſcitũ ſunt vna res: & tunc eſt ibi proceſſio ab eodem ad idem, ſiue ab eo & ad eũ: vt cũ aía intelligit ſeipſam eſt ibi ꝓceſſus ab aía, & ad aíam: ab aía, vt eſt ſciens: & ad aíam, vt eſt ſcita: ſic & cũ intelligentia intelligit ſeipſam eſt ibi proceſſus ab intelligentia, & ad intelligentiam. ¶ Deinde cum dicit.

Q QVOD eſt, quia cũ ſcientia eſt ſcientia ſcientis, & ſciens ſcit eſſentiam ſuam: eius operatio eſt rediens ad eſſentiam ſuam. Ergo ſcientia eius eſt rediens ad eſſentiam ipſius iterum.

¶ Oſtendit ꝙ in tali proceſſu quum. ſ. aía, vel intelligentia ſcit ſeipſam non ſolũ eſt ibi cõuerſio per operationem, ſiue per actionem: quia talis ſcía eſt ipſa actio intelligibilis (vt dicebat declaratio prima) Et non ſolum eſt ibi conuerſio intelligentię, vel animæ ſupra ſeipſam: quia in tali proceſſu idem eſt ſciens, & ſcitum (vt dicebat declaratio ſecunda) ſed & eſt ibi conuerſio quæ dʒ dici reditio: quæ eſt ab eodem in idem. Sic & in tali proceſſu cum intelligentia intelligit ſeipſam, eſt ibi proceſſus ab eodẽ in idem: vt ab intellectu ſciente ad intelligentiam ſcitam: ideo dicit. (Quod eſt) propterea (ꝙ cum ſcía eſt ſcientia ſcientis, & ſciens ſcit eſſentiã ſuam,) quia ſic eſt (eius operatio eſt rediens ad eſſentiam ſuam. Ergo ſcía eius eſt rediens ad eſſentiam ipſius iterum) ſcientia ergo, & operatio intelligibilis (cum res intelligit ſeipſam) incipit ab eſſentia, & iterum redit, & terminatur in eſſentiam.

R ¶ Notandum aũt ꝙ operatio intelligitur eſſe media inter operantem, & operatum: ita ꝙ operatio incipit ab operante, & terminatur in operatum. Operans enim per ſuam operationem tendit ad ſuum operatum: ſic ſcía, & operatio intelligibilis intelligitur eſſe media inter ſciens, & ſcitum: ſiue inter intelligens, & intellectum: Ita quòd ſciens per ſuam ſcientiam tendit in rem ſcitam: & intelligens per ſuam operationem intelligibilem tendit in rem intellectam: Si ergo idem ſit intelligens, & intellectum: & ſciens

& ſcitum:ita quòd res aliqua ſciat:& intelligat ſeipſam, & per ſcientiam in ſeipſam tendat: tunc tale tendere non erit,niſi quoddam reuerti:& quoddam redire:ſcientia.n.& operatio intelligibilis incipit à re,vt eſt ſciens,& intelligẽs:& redit,& terminatur in rem,vt eſt ſcita & intellecta. Cum ergo res intelligit ſeipſam eſt ibi conuerſio per operationem intelligibilem,& eſt ibi conuerſio rei ſupra ſeipſam,& eſt ibi conuerſio,quę debet dici reditio. Res ergo aliqua ſciens eſſentiam ſuam per operationem intelligibilem eſt rediens ad ſeipſam,& ad eſſentiam ſuam. ❡Deinde cum dicit.

SECVNDA pars principalis Commenti.

ET non ſignifico per Reditionem ſubſtantiæ ad eſſentiam ſuã: niſi quia eſt ſtans fixa per ſe non indigens in ſui fixione: & ſui eſſentia re aliqua regente ipſam quoniam eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiens per ſe ipſam. S

❡Poſtquàm Author oſtendidit quòd ſciens eſſentiam ſuam per operationem intelligibilẽ redit ad eſſentiam ſuam:declarat quòd ſciens eſſentiam ſuam non ſolum ſcḋm operationẽ, ſed ẽt ſecundum ſubſtantiam redit ad eſſentiam ſuam:dicens(& non ſignifico)vel & nõ eſt ſignificatio(per reditionem ſubſtantiæ ad eſſentiam ſuam,niſi quia) ſupple res ſciens eſſentiam ſuam(eſt ſtans fixa per ſe non indigens in ſui fixione:& ſui eſſentia re aliqua regente ipſam:quoniã) ſupple res talis ſciens ſeipſam(eſt ſubſtantia ſimplex ſufficiẽs per ſeipſam) ❡Notandum aũt quòd quicquid in ſui operatione non indiget alio: opꝫ ꝙ ſit ſubſtantia fixa ſimplex per ſe ſtans ſufficiens per ſeipſam,non indigens materia, vel corpore regente, & ſubſtinente ipſam. Ideo dr̃ in propõne 44. Procli,quòd oẽ ad ſe ipſum conuerſiuũ eſt autipoſtaton.i.per ſe ſufficiens,vel per ſe exiſtens. Cum ergo intelligens eſſentiam ſuam ſit ad ſe ipſum conuerſiuum,quia per actionem intelligibilem conuertit ſe ſupra ſeipſum, opꝫ ꝙ id quod eſt tale ſit quid immateriale,per ſe exiſtens non indigẽs alio regente ipſum: Vñ aĩa ipſa humana lꝫ ſit immaterialis:quia non eſt de materia educta:tñ quia eſt pfectio materię:non põt libere ſe ſupra ſeipſam conuertere. Nihil n.naturaliter põt ſe libere ſupra ſe ipſum conuertere,niſi ſit in corporeum,& a corpore abſolutum. Dicimus aũt naturaliter, quia tenet fides noſtra:ꝙ corpus quod nunc eſt aĩæ ad ſarcinam, in reſurrectione erit ei ad alleuiationem,& ad ſolatium,ſed hoc non erit ex natura,ſed ex virtute diuina: Ideo dr̃ in.15.propoſitione Procli,ꝙ omne ꝙ eſt ad ſe conuerſiuum incorporeum eſt:& decimaſexta propõne eiuſdem ſcribitur,ꝙ oẽ qđ eſt ad ſe conuerſiuum hꝫ ſubſtantiam ſeparabilem ab omni corpore. ❡Notandum ẽt ꝙ de ſcientẽ eſſentiam ſuam duo declarata ſunt: quoꝝ primum eſt ꝙ tale ſciens per operationem intelligibilem redit ad eſſentiam ſuam, quia ibi idem eſt ſciens,& ſcitum.Secundo declaratum eſt ꝙ ſciens eſſentiam ſuam non ſolum ſm operationem intelligibilem:ſed ẽt ſm ſubſtantiam redit ad ſe ipſum,& ad eſſentiam ſuam: quia quod ſcit eſſentiam ſuam redit ad ſeipſum ſm ſubſtantiam,quia hꝫ ſubſtantiam per ſe ſtantem non indigentem alio: Cum ergo duo declarata ſint unum ſequitur ad aliud. Nam redire uel reuerti ſecundum ſubſtantiam ſequitur ad redire uel ad conuerti ſecundũ operationem:quia quicquid non indiget alio:in quo ſua operatio recipiatur,redit uel eſt ad ſe conuerſiuum ſecundum ſubſtantiam:quia non indiget alio:in quo ſua ſubſtantia ſubſtentetur:ideo dr̃ in .44.propõne Procli,ꝙ oẽ quod ſm operationem ad ſeipſum eſt conuerſiuũ, eſt antipoſtaton. ❡Notandũ ẽt ꝙ redire reditione completa eſt redire ſm ſubſtantiam, & ſecundum operationem. Et quia ſciens eſſentiam ſuam(vt declaratum eſt)redit ad eſſentiã ſuam,& ſecundum ſubſtantiam,& ſecundum operationem,cum hoc ſit redire cõplete,bene dictum eſt ꝙ ſciens eſſentiam ſuam eſt rediens ad eſſentiã ſuam reditione completa. ❡Dubitaret forte aliquis,cum dictum ſit ꝙ redire complete eſt redire ſm ſubſtantiam, & ſecundum operationem. Vtrum in ſola reditione ſcḋm operationem ſit aliqua reditio cõ-

Proclus. T Proclus. Proclus. V

pleta. Dicendum ꝙ cum ſciens ſcit eſſentiam ſuam,& per operationem intelligibilẽ redit ſupra ſeipſum ex ſola operatione intelligendi:tunc in tali reditione eſt triplex completio: quarũ vna ſumitur ex parte ipſius reditionis,alia ex parte ipſius ſcientis: & tertia ex parte modi ſciendi. Ex parte quidem ipſius reditionis:eſt ibi reditio completa : quia nullus ſcit directe eſſentiam ſuam,niſi ſciat eam per eſſentiam ſuam. Vnde & aĩa nr̃a,quia nõ cognoſcit ſe,niſi cognoſcendo alia:non cognoſcit ſe directe,ſed quaſi per quandam reflexionem.

X Sciens ergo directe eſſentiam ſuam:ſcit ſeipſum per ſeipſum. Operatio ergo intelligibilis in ſciente eſſentiam ſuam incipit ab eſſentia,& per eſſentiam terminatur in eſſentiam: ita ꝙ ibi eſſentia eſt res ſciens,eſt medium ſciendi,& eſt ipſa res ſcita : Eſt ergo ibi proceſſus ab eodem in idem. Et quia hoc eſt redire complete:ideo ex parte ipſius reditionis in tali ꝓceſſu eſt reditio completa. Scđo eſt ibi reditio completa ex parte ipſius ſcientis. Nam ſcitum eſt in ſciente non per modum ſciti,ſed per modum ſcientis: quia receptum eſt in recipiente per modum recipientis:& non per modum recepti. Si ergo idem eſt ſciens,& ſcitum: ſcitum erit in ſciente per modum ſciti: vel per modum ſui ipſius cum idem ponatur eſſe ſciens,& ſcitum. Sed quod eſt in aliquo per modum ſui ipſius eſt ibi perfecte: & tunc tale ſciens perfecte ſciet ſeipſum,& tale ſcitum erit perfecte ſcitum. Ergo in tali ſcĩa,vel in tali reditione ex parte ipſius ſcientis erit quidam perfectionis modus. Tertio eſt ibi perfectio ex parte modi ſciendi. Nam ſciens directe eſſentiam ſuam non intelligit diſcurrendo:ſed totũ intelligit ſimul. Propter quod directe intelligens eſſentiam ſuam,nihil reſtat ei intelligendum de eſſentia ſua & quia hoc eſt quidam perfectionis modus,ꝙ nihil ibi reſtet vltra intelligere. Ergo eſt ibi ex parte modi intelligẽdi quædã perfectio,& quędã cõpletio.

A PROPOSITIO SEXTADECIMA.

OMNES virtutes quibus non eſt finis Pendentes ſunt per infinitum primum,quod eſt virtus virtutum. Nõ quia ipſæ ſunt fixæ ſtantes in rebus entibus: Immo ſunt virtus entibus habentibus fixionem.

¶ Poſtꝗ Author determinauit de Deo:de intelligentijs : & de aĩabus cœlorum:ſiue de ipſis vniuerſalibus cauſis ſecundum ſe. In parte iſta determinat de eis ſecundum earum operationes componendo eas adinuicem. Circa quod tria facit:quia primo oſtendit qũo ſe habeant inferiora ad ſuperiora. Scđo qũo econuerſo vȝ qũo ſe hñt ſuperiora ad inferiora. Tertio cõparat vniuerſaliter oĩa ad oĩa. Scđa ibi. (Cauſa primo regit oẽs res) in principio.xx.propõnis. Tertia ibi (ſubſtantiæ vnitę intellectuales) in principio xxv. propõnis. Cõparando aũt inferiora ad ſuperiora duo facit : quia primo oſtendit ꝙ inferiora dependent à ſuperioribus ſcđm virtutem. Scđo declarat ꝙ dependent ſecundũ eſſentiam:ibi(res oẽs) in principio.18.propõnis. Circa primum duo facit: quia primo oſtẽdit,ꝙ inferiora à ſuperioribus ſcđm virtutem dependent. Scđo declarat ꝙ in ipſis virtutibus ſunt gradus:quia quędam virtutes ſunt magis vnitę,& magis infinitæ:& magis propinquę primo:quædam vero minus vnitæ magis finitę,& magis remotę à primo. Scđa ibi(oĩs virtus vnita) in principio decimęſeptimę propoſitionis. Circa primum duo facit: quia primo proponit propoſitionem quandam , ſecundo propoſitionem propoſitam declarat. ibi (quod & ſi aliquis.)

¶ Dicit ergo ꝙ(oẽs virtutes quibus non eſt finis pendentes ſunt) vel vt hñt quidã textus, dependentes ſunt(per infinitum primum,quod eſt virtus virtutum. Nõ quia ipſæ ſunt fixæ ſtantes in rebus entibus,immo ſunt virtus) rebus (entibus hñtibus fixionem.)

¶ Notandum aũt ꝙ in hac ꝓpõne duo tanguntur. Quorum primum eſt , qũo virtutes

quibus non eſt finis.i. qñ̃o virtutes intelligentiarum ſe hñt ad infinitum primum.i. ad deũ. quia ſunt pendentes,vel dependentes per ipſum Deum, ſiue per ipſum infinitum primum quod eſt virtus virtutum,quia nulla virtus hꝫ rõnem virtutis, niſi per ipſum: Secundum quod in propoſitione tangitur eſt qũo res fixę ſtantes ſe hñt ad intelligentias. Propter qđ ait ꝙ ipſæ intelligentię,ſiue ipſæ virtutes quibus non eſt finis non ſunt fixæ ſtantes in rebus entibus,ſed ſunt virtus talibus rebus entibus hñtibus fixionem. Eſt ergo propoſitionis intentio,ꝙ virtutes quibus non eſt finis ſicut virtutes intelligentiarum dependent ab infinito primo:& hoc quantum ad partem primam propoſitionis:& ꝙ res fixæ ſtãtes in rebus entibus dependent ab ipſis intelligentijs: quia ipſæ intelligentię nõ ſunt hmõi res fixę ſtantes in rebus entibus,Immo intelligentiæ ipſæ ſunt virtus talibus entibus fixionem habentibus:& hoc quantum ad ſecundam propoſitionis partem.

¶Notandum ẽt ꝙ hanc ſecundam propoſitionis partem vꝫ non quia ipſæ ſunt fixę ſtãtes in rebus entibus,Immo ſunt &c Quidam legunt ſingulr̃, & dicunt cõiter textus hos eſſe corruptos,referunt aũt hoc ad ipſum Deum:ſiue ad ipſum primũ dicentes:ꝙ ipſe Deus non eſt fixus ſtans in rebus entibus:immo eſt virtus rebus entibus hñtibus fixionem: ſed cum oẽs textus habeant hoc dictum pluralr̃,& non ſingulariter,& cum habeant bonum intellectum:referendum eſt hoc plr̃ ad ipſas intelligentias,vel ad ipſas virtutes quibus non eſt finis,& non ſunt fixę ſtantes &c. Immo meliorem intellectum hꝫ referendo hoc ad intelligentias q̃ ad Deum:quia ſi referatur ipſa ſecunda pars propoſitis ad Deum , non erit niſi quædam inculcatio:& quędam replicatio prioris dicti:nam in prima parte propoſitionis dr̃ ꝙ virtutes quibus non eſt finis dependent per infinitum primum quod eſt virtus virtutũ. Si ergo ſecunda pars legatur ſingulr̃ erit replicatio prioris dicti:vꝫ ꝙ ipſum primum nõ eſt tales virtutes fixæ,ſed eſt virtus earum. Sed ſi legatur plr̃ de ipſis intelligentijs habebit alium intellectum,& alium ſenſum à prima parte,Nam in prima parte erat ſenſus ꝙ virtutes intelligentiarum ſunt dependentes per ipſum primum infinitum,in ſecunda vero parte erit ſenſus,ꝙ intelligentiæ ſunt virtus rerum ſtantiũ in rebus entibus,& rerum fixarũ. B

¶Dubitaret forte aliquis,quia videtur hoc eſſe falſum . Vꝫ ꝙ ipſæ virtutes quibus non eſt finis,ſiue ipſæ intelligentiæ non ſint fixæ ſtantes in rebus entibus. Nam quãto aliquid eſt ſuperius:tanto in gñe entium,ſiue in rebus entibus magis hꝫ eſſe fixũ,& ſtans. Si ergo ipſæ intelligentiæ,ſiue ipſæ virtutes quibus non eſt finis ſunt virtus rebus entibus hñtibus fixionem:Sequitur ꝙ ipſæ intelligentiæ ſint ſupra hmõi res fixas,& per conſequens ſequitur,ꝙ ipſę ſint magis fixę,& magis ſtantes. falſum eſt ergo quod dr̃,ꝙ ipſæ intelligentiæ non ſunt fixę ſtantes in rebus entibus. Dicendum ꝙ facienda eſt uis in eo quod dicit, in rebus entibus: ꝙ ſi exponatur textus,ꝙ intelligentię non ſunt fixę ſtantes in rebus entibus. (vt iam expoſitum eſt).i.in gñe entium non accipitur ibi genus pro gñe prædicabili, ſed pro ſuſceptibili,Et eſt ſenſus,ꝙ intelligentiæ non hñt fixionem,& ſtatum circa aliquod determinatũ ſubiectum,ſiue circa aliquod determinatum corpus:Intelligentiæ ergo non ſunt fixę ſtantes in alio:Ita ꝙ determinent ſibi aliquod determinatum corpus ſubiectum, ideo ſignanter loquitur Author dicens,quòd non ſunt fixę ſtantes in rebus entibus. Poſſumus aũt diſtinguere,vel quandam adaptationem facere inter eſſe fixum,& eſſe ſtans in aliquo. Dicemus enim ꝙ intelligentię (ſecundum modum loquendi phyloſophorum) ſunt omnino abſolute à corpore. Intelligentiæ ergo non ſunt in rebus entibus: nec ſunt in rebus alijs, ſed hñt eſſe abſolutum,& ſunt per ſe exiſtentes.Sed animæ ſunt fixæ,vel ſunt ſtantes in rebus entibus,quia ſunt coniunctę corporibus . Iuxta ergo duo gña animarum poſſumus dupp!iciter loqui de animabus. Nam quædam animæ coniunguntur corporibus ſolum ſecundum operationem,vt animę cœlorum,quędam autem ſecundum operationem , & ſm̃ eſſe,vt animę noſtræ, vel etiam aliorum animalium,vel etiam plantarum. Aĩę ergo cœlorum ſunt fixę in rebus entibus.i. habent operationem fixam,& determinatam ad aliquam rem,vel ad aliquod ens,ſiue ad aliquod corpus:vt motor orbis ſaturni(ſm̃ modum loquẽdi phyloſophorum) ita fixam hꝫ operationem ad orbem illum,ꝙ nullum alium orbem, C D

nec aliquod aliud corpus mouere poſſit: Et ideo motores orbium appropriatos appellauerunt phyloſophi, orbium animas. Quia ſicut anima ita mouet proprium corpus ꝙ aliud corpus ſiue magnum ſiue paruum mouere non poſſit niſi mouendo proprium corpus: vt anima equi non poſſet immediate mouere corpus canis, licet corpus caninum ſit multo minus corpore equi. Sed ſi anima equi vult mouere corpus caninum mouebit proprium corpus, & proprium corpus impinget in canem, ſic anima orbis ſaturni (ſecundũ phyloſophos) non poteſt mouere aliud cœlum non obſtante ꝙ huiuſmodi orbis ſit maximus omniũ orbium Planetarũ. Sed hoc modo anima orbis ſaturni mouet alios orbes, quia mouet proprium orbem, & mouendo ipſum motu reuolutionis mouet & reuoluit omnes alios orbes inferiores. Dicere.n.ꝙ anima vnius orbis poſſit immediate mouere alium orbem vel aliquod aliud corpus eſſet ponere (ſecũdum phyloſophos) ꝙ ars textoria ſubintraret fiſtulas. Sicut.n.variæ artes requirunt diuerſa organa, vt ars textoria requirit pectines, tibicines vero vtuntur fiſtulis, ita ꝙ ars textoria non ſubintrat fiſtulas nec vtitur fiſtulis: Sic vna aĩa non ſubintrat aliud corpus, nec (ſecundũ phyloſophos) immediate po

B teſt mouere aliud corpus. Vtrũ autem hæc phyloſophorum ſentẽtia veritatem habeat de animabus cœlorum. Ita ꝙ motor vnius orbis nullo modo ĩmediate mouere poſſit aliquod aliud corpus: & vtrum veritatẽ habeat de aĩa humana, ita ꝙ etiã abſoluta a corpore nullum aliud corpus mouere poſſit (ſicut quidam Theologorũ ponunt) non eſt præſentis ſpeculationis: ſufficiat autem ad præſens ſcire hoc, ꝙ intentio phyloſophorũ fuit, ꝙ animæ ſiue cœlorũ ſiue aliorum corporum ita habent operationem fixam, & determinatã ad proprium corpus, ꝙ nulla conditione contingente poſſunt aliquod aliud corpus mouere. Animæ ergo cœlorum quia cõiunctę ſunt corporibus ſecundũ operationem, ſunt fixę in rebus entibus.i.habent operationes fixas & determinatas ad aliquas res entes, vt ad propria corpora: Sed aĩę noſtrę & multo magis aliorum aĩalium & plantarum ſunt ſtantes.i. exiſtentes in rebus entibus: qm̃ non habent eſſe per ſe, ſed habent eſſe & exiſtere in aliquibus rebus entibus, vt in proprijs corporibus. Intelligentię autẽ (quas Author appellat virtutes quibus non eſt finis) nec ſunt fixæ nec ſtantes in rebus entibus: quia nec ſecundum eſſe nec ſecundum operationem coniunguntur corporibus.

F ¶Vlterius forte dubitaret aliquis. Quare Author cũ dixit ꝙ virtutes quibus nõ eſt finis, vel intelligentiæ nõ ſunt fixę ſtãtes in rebus entibus, poſtea ſubiunxit ꝙ ſunt virtus rebus entibus habentibus fixionẽ. Videtur.n.ꝙ ſicut prius fecit mentionem de duobus, vȝ ꝙ intelligentiæ nec ſunt fixæ nec ſunt ſtantes in rebus entibus poſtea debuit facere mentionem de duobus vȝ ꝙ ſunt virtus rebus entibus habentibus fixionem & ſtatum. Dicẽdum ꝙ per aĩas habentes fixionem in rebus entibus, intelligimus aĩas coniunctas corporibus ſecũdum operationẽ, per aĩas vero ſtãtes.i.exiſtentes in rebus entibus intelligimus animas coniunctas corporibus ſm̃ exiſtere ſiue ſecundũ eſſe. poſuerunt ergo phyloſophi hũc ordinem vȝ ꝙ Deus immediate influat in intelligentias & præſertim in primam. Intelligentiæ autẽ ſecundum ipſos influunt ĩmediate in aĩas cœlorum, aĩę vero cœlorum mediante motu cœli influunt in iſtas aĩas inferiores. Vñ in ſupremo gradu eſt ipſe Deus, in ſecundo vero gradu ſunt intelligentiæ, in quas influit ipſe Deus. In tertio aũt gradu ſunt aĩę fixæ in rebus entibus.i.ſunt aĩæ cœlorum, quæ ſunt fixę & coniunctę corporibus ſecũdum operationem: ſed in quarto gradu ſunt aĩę ſtantes.i.ſunt aĩæ iſtę inferiores quæ ſunt coniunctæ corporibus ſecũdum exiſtere ſiue ſecundũ eſſe. Deus ergo eſt virtus intelligentiarũ & hoc dicit pars prima propõnis. Intelligentię ſunt virtus aĩarum fixarũ, & hoc dicit propõnis pars ſecunda, poſſet aũt eſſe & tertia pars propõnis, ꝙ aĩę fixę eſſent virtus aĩarũ ſtantium, ſed de hoc non curauit Author, quia ſufficienter hoc tertium dictum datur intelligi per duo antecedentia dicta. Ad quæſtionẽ ergo propoſitã patet reſponſio per iam dicta. Nam verũ eſt ꝙ intelligentię non ſunt fixæ ſtãtes in rebus entibus, quia nec ſunt cõiunctæ corporibus (vt diximus) ſecundum operationẽ, nec ſecundũ eſſe. Attamen intelligentiæ (ſecundũ prætaxatum phyloſophoꝝ modum) nõ ſunt immediate virtus aĩarum ſtantium.i.

exiſtentiũ

exiſtentium & coniunctarũ ſuis corporibus ſecũdum eſſe,ſed imediate ſunt tantum virtus animarũ fixarum.i.coniunctarum corporibus ſuis ſm fixam & determinatam operationem. Volens ergo Author oſtendere quõ intelligentię ſunt virtus, noluit mentionem facere de ſtatione, ſed de fixione tñ quia (vt dictum eſt) intelligentiæ non ſunt immediate virtus animarum ſtantium, ſed tantum fixarum.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, Vtrũ animę iſtæ inferiores debeant dici ſtantes & non fixæ. Dicendum ꝙ (ſm prętaxatum loquẽdi modum) aïę iſtę inferiores dicuntur ſtãtes.i. exiſtentes in rebus entibus, quia non ſunt per ſe ſtantes, nec habent per ſe eſſe, ſed ſunt & exiſtunt in alijs, vt in corporibus. Propter quod certum eſt, aïas iſtas inferiores non eſſe ſtantes nec exiſtentes per ſe, ſed eſſe ſtantes & exiſtentes in alijs rebus entibus vt in corporibus. Sed vtrum debeant dici fixæ vel non. dicere poſſumus ꝙ figere ſe alicubi eſt determinate agere in illud.determinatio aũt poteſt intelligi & quantũ ad operationẽ & quantum ad rẽ operatam. Aïæ ergo cœlorũ (ſecundum prętaxatum loquendi modum) vere ſecundũ operationem ſunt fixę in rebus entibus: quia & earum operatio eſt fixa & determinata, & etiã fixum & determinatum quid eſt illud circa quod operari hñt. Eſt.n.earum operatio fixa & determinata, quia ſemper mouent eodem modo, ſemper æqualr reuoluũt ſua corpora, & non ſolum eſt ibi fixio quantum ad operationem, quia ſemper agunt eodẽ modo: ſed etiã eſt ibi fixio quantũ ad rem operatã, quia ſemper agunt circa idem corpus. Illis.n.aïabus (vt probari habet in de cœlo & mundo) non accidit laſſitudo: ideo ſemper menſurantibus temporibus peragunt menſurabiles motus. Aïę autem iſtæ inferiores & ſi ſemper imediate operentur circa idẽ corpus: attamen quia eis accidit laſſitudo nõ ſemper operantur eodẽ modo. ideo iſtę inferiores aïæ & ſi ſint ſtantes.i.exiſtentes in corporibus, non tamen in eis habent fixionem.i.fixam operationem. Dicemus ergo ꝙ intelligẽtię nec ſunt fixæ nec ſtantes in alijs rebus entibus; quia nec determinantur ad corpus ſecũdũ eſſe nec ſecundum operationẽ. animæ aũt cœlorum ſunt fixę ſed non ſtantes: quia nõ habent in corporibus eſſe, vel exiſtere: Sed hñt in eis fixionem.i.fixã operationem.Iſtæ autem aïę inferiores ſunt ſtantes.i.exiſtentes in rebus entibus: Sed nõ fixæ, habent.n.in corporibus eſſe, vel exiſtere, ſed non hñt in eis fixionem.i.fixã operationem, per quandam ergo adaptationem aïæ cœlorum: ſunt fixæ in rebus entibus: & aïæ iſtæ inferiores ſunt ſtãtes.Tñ cõiter, ſtans põt accipi pro fixo,& econuerſo: ſm quẽ modũ loquendi aïę cœlorũ ſunt fixę & ſtantes, iſtæ etiã aïæ inferiores habent eſſe fixũ & ſtans. ¶ Deinde cum dicit.

G

H

In ſcdo de cœlo T.c.3. & 71.

H

COMMENTVM Propõnis ſextæ decimæ.

QVod & ſi aliquis dicat ꝙ ens primũ cauſatũ intelligẽtia ſit virtus cuius non eſt finis: dicemus ꝙ non eſt verũ: imo eſt ei virtus quædã.

¶ Propoſita propõne declarat ipſam. Habebat autem propoſita propõ partes duas. Quarum prima erat: ꝙ virtutes quibus non eſt finis.i.intelligentiæ habebant infinitatem virtutis ſuę per dependentiam ab alio.i.ab infinito primo. Secunda vero pars erat ꝙ ipſæ intelligentię non erant fixæ in rebus entibus: nec ſtantes, quia non erant coniunctæ corporibus,ſed erant virtutes in entibus habentibus fixionem.i.erant virtus aïabus cœlorum:quæ in aliquibus entibus, vt in corporibus cœleſtibus hñt fixionem.i.fixã operationem. Tria ergo facit. quia primo determinat partem propõnis primã. Secundo ſecundam: & Tertio epilogat circa determinatã. Secunda ibi (ens ergo primum) Tertia ibi (redeamus ergo & dicamus) Circa primum duo facit: quia primo facit quod dictum eſt: Secũdo ex his quæ dixerat concludit intentum ibi (tũc proculdubio) Circa primum: quatuor facit ſm ꝙ quadruplr oſtendit ꝙ infinitas virtutis intelligentiarum dependet ab aliquo alio, vt ab infinito primo. & primo probat hoc ex eo ꝙ intelligentiæ hãt virtutem particulatam. Secundo

ex eo ꝙ ſi habent aliquo modo virtutem infinitam non habent eam ſimplr̃ infinitam, ſed ſolũ ad inferius. Tertio ex eo ꝙ cũ hoc ꝙ habent virtutẽ non omnimode infinitam hñt eã defectiuam. Quarto probat ꝙ virtus intelligentiaꝝ dependet ab alio, non ſolum quia eſt particulata (vt dicet rõ prima) & non ſolum quia non eſt per oẽm modum infinita (vt dicet rõ ſecunda) & non ſolum quia virtus intelligentiæ eſt defectiua (vt dicet rõ tertia) ſed
I etiam quia eſt ab alio acquiſita. Secunda ibi (& virtus quidẽ) tertia ibi (& eſt res) quarta ibi (ens aũt primum.) Dicit ergo (ꝙ &) ſupple ꝙ intelligẽtia & infinitas virtutis eius dependeat ab alio vt ab infinito primo (ſicut dictũ eſt in prima parte propõnis) patet, quia (ſi aliquis dicat, ꝙ ens primum cauſatũ intelligentia).i.(ſit virtus cuius non eſt finis) ſupple ſimplr̃ (dicemus ꝙ non eſt verum: imo eſt ei virtus quædã).q.d. ꝙ quantũcunq; intelligentia ſit primum cauſatũ. Attamen eo ipſo ꝙ eſt cauſatũ non eſt ipſa virtus eſſentialr̃. Sed ineſt ei virtus quædã.i.competit ei habere virtutẽ quandam.i virtutem particulatam. Formetur ergo ſic ratio. Quicquid non eſt eſſentialr̃ ipſa virtus, ſed habet virtutem quandã.i. particulatam habet tã virtutem q̃ infinitatem virtutis dependentẽ ab alio. Sed intelligentia eo ipſo ꝙ eſt quid cauſatũ eſt huiuſmodi, ergo &c. ¶Notandum aũt ꝙ non negat Au-
K thor ꝙ intelligentia habeat aliquo modo virtutem infinitã. Sed negat ꝙ intelligentia ſit ipſa virtus infinita, vel ꝙ ſit ipſa virtus cui nõ eſt finis, quia non eſt eſſentialr̃ ſua virtus. ¶No tandum etiã ꝙ eo ipſo ꝙ aliquid eſt quid cauſatũ ab alio, & eſt etiã per aliud, hoc ipſum quod agat habet per aliud. & per aliquid ſuper additum ſuæ ſubſtantię. Si.n. aliqua res cauſata ageret ĩmediate per ſuam eſſentiã. agere eſſet ei eſſentiale. Non ergo ageret vt mota ab alio ſed eſſentialr̃ competeret ei ꝙ ageret. Propter quod nõ ageret vt organũ, nec vt inſtrumentum (de cuius rõne eſt ꝙ agat motum & agitatum ab alio) quod non põt competere alicui cauſato: quia quodlibet cauſatum agit in virtute alicuius cauſæ, & agit vt organum & vt motũ ab aliqua cauſa. Signanter ergo loquitur Author cum dicit ꝙ cauſatũ non eſt virtus, ſed in eſt ei virtus quędã. Intelligentia ergo eo ipſo quod eſt quid cauſatũ nõ eſt eſſentialr̃ ſua virtus: Sed agit per virtutem quandã particularã ſuperadditã ſuę ſubſtantię.
L ¶Dubitaret forte aliquis, qũo ex his verbis habeatur ꝙ infinitas virtutis intelligẽtiæ dependet ab aliquo alio. Dicendum quòd quicquid non eſt ipſa virtus, ſed ineſt ei virtus, habet virtutem particulatã: & quicquid habet virtutem particulatã habet virtutem dependentem ab alio. Dato etiam quòd aliquo modo habeat virtutem infinitã habet hanc infinitatem ſuæ virtutis ab alio dependentem. Quia ergo intelligentia non eſt ipſa ſua virtus. Dato quòd virtutis eius quodãmodo non ſit finis, oporret quòd in hoc ſit dependens ab aliquo alio, vt ab infinito primo, quę oĩa ſic declarantur. Nã ſi intelligentia eo ꝙ quid cauſatum eſt, non eſt ſua virtus, ſed ineſt ei virtus (vt in notabilibus declarauimus) cum omne quod recipitur in aliquo recipiatur in eo per modum rei recipientis & nõ rei receptę. Virtus ergo intelligentię quia eſt virtus recepta nõ recipitur ibi per modum plenitudinis virtutis, vel ſecũdum omnem modũ virtutis, ſed ſecundum modũ intelligentiæ, ita quòd virtus illa non erit in omni ſui plenitudine ſed erit particulata & contracta ſecundũ modum intelligentiæ recipientis, propter quod declaratũ eſt primum videlicet quòd (eo ipſo quòd intelligentia non eſt ipſa ſua virtus) Sed ineſt ei virtus, habet virtutem quan-
M dam.i.contractam & particulatã. Secundum etiam de leui declaratur, videlicet ꝙ ſi intelligentia habet virtutem quandã & particulatam quòd habet virtutem dependentẽ ab alio.
T.cõ.18. Nam magis & minus, vt declaratur in. 4. Methaphyſicæ. Semper ſumitur per comparationem ad ſimpliciter, & ſemper dependet a ſimpliciter. In virtute autẽ particulata recipitur magis & minus. Nam ex hoc eſt virtus particulata & contracta, quia eſt virtus recepta ſecundum magis vel minus, ergo vel in eſſentia recipientis, vel in virtutibus receptis in ea oportet eſſe magis & minus, non in eſſentia recipientis, quia omnis forma nõ mo
Author ſex principiorũ. do ſubſtantialis ſed etiam accidentalis (ſecundum Authorem ſex principiorum) eſt ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens, ſed in virtutibus receptis, omnis autem talis virtus ſuſcipiens magis & minus dependet a virtute quæ eſt virtus per eſſentiam: & quæ eſt virtus

virtutum. Bene ergo dictum eſt quòd intelligentia eo ipſo quòd habet virtutē quandam, ideſt particulatam habet virtutem dependentem ab infinito primo quod eſt virtus per eſſentiam: & eſt virtus virtutum. Tertium etiam declaratur videlicet quòd ſi intelligentia habet virtutem dependentem ab alio, dato quod virtus illa ſit aliquo modo infinita. oportet infinitatem illam ab aliquo dependere. Nam infinitas virtutis dicit quendam modum virtutis, a quo autem dependet res oportet quòd dependeat & modus rei. Habens ergo aliquo modo virtutem infinitam, ſi ſua virtus dependet ab alio, oportet quòd & infinitas illius virtutis ab alio ſit dependens. ¶ Deinde cum dicit.

Et virtus quidem eius non eſt facta infinita niſi inferius, non ſuperius. Quoniam ipſa non eſt virtus pura, quæ non eſt virtus niſi quia eſt virtus. N

¶ Oſtendit hoc idem ex eo quòd intelligentia non habet infinitam virtutem per omnem modum dicens (& virtus quidem eius). ſ. intelligentiæ (non eſt facta infinita niſi inferius, non ſuperius. Quoniam ipſa non eſt virtus pura quæ) .ſ. virtus pura (non eſt virtus niſi quia eſt virtus) Formetur ergo ſic ratio. Quicquid non eſt infinitum per omnem modum dependet ab eo quod non eſt niſi virtus & quod eſt virtus infinita per omnem modū, ſed virtus intelligentię eſt huiuſmodi. quia non eſt infinita per omnem modum, non eſt enim infinita niſi inferius. ergo &c.

¶ Dubitaret forte aliquis quomodo intelligentia ſit infinita ad inferius & nō ad ſuperius. Dicendum quòd (ſecundum phyloſophum) in tertio phyſicorum, infinitum eſt cuius partem accipientibus ſemper eſt aliquid extra ſumere. Virtus ergo intelligentiæ eſt infinita ad inferius quia nunq; ſic compræhenditur ab inferiori quia ſemper ſit aliquid extra ſumere. Nunquā enim compræhenditur ab inferiori totaliter: ſed non eſt infinita ad ſuperius quia licet ſit infinita & incompræhenſa ab inferiori, non tamen eſt infinita, & incōpræſa a ſuperiori: quia a ſuperiori etiam totaliter cōpræhēditur, Saltim ab infinito primo, ſiue ab ipſo Deo. T. C. 61.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis quomodo intelligentia non ſit virtus pura quę non eſt virtus niſi quia eſt virtus. Dicēdum quòd Auguſtinus. 8. de trinitate cap. 3. probat quòd Deus (quia non eſt niſi bonum, ideo eſt ſummum bonum & omnis boni bonum, ita a ſimili dicere poſſumus quòd id quod non eſt niſi virtus & quod eſt pura virtus, oportet ꝙ ſit ſumma virtus, & omnis virtutis virtus, quod ſic declaratur, Nam quod eſt pura virtus, & quod non eſt niſi virtus oportet quòd ſit eſſentialiter virtus & quòd ſit virtus non recepta. Nam quod habet virtutem receptam eſt aliud ꝙ̄ virtus: quia ſemper natura recipientis eſt aliud a natura recepti. Quod ergo non eſt niſi virtus non eſt virtus recepta in alio. Virtus autem non recepta in alio, eſt ſumma virtus & habet omnem rōnem virtutis. Sicut ſi eſſet albedo ſeparata haberet omnem rōnem albedinis. Deus ergo eſt virtus pura quia eſt virtus quę non eſt niſi virtus. Cætera autem entia ſunt aliquid aliud a virtute, & habent virtutem in alio receptam. Virtus etiam aliorum entiū non poteſt eſſe infinita ſimpliciter, ſed oportet quòd dependeat a virtute ſimpliciter infinita. Intelligentia ergo non eſt virtus pura, nec eſt virtus infinita, per omnem modum, nec eſt virtus quę non eſt niſi virtus. Propter quod oportet quòd eius virtus dependeat ab eo quod non eſt niſi virtus & quod eſt omnium virtutum virtus. ¶ Deinde cum dicit. O Auguſtinus.

Et eſt res quæ non finitur neq; ſuperius neq; inferius. Ens autem primū cauſatum ſ. intelligentia habet finem et virtus eius eſt finis qm̄ remanet ens. P

¶ Adducit tertiā rationem ſumptam ex eo quòd virtus intelligentiæ eſt defectiua dicens. (& eſt res quæ nō finitur neq; ſuperius neq; inferius) videlicet prima cauſa quę eſt nulla parte habet finem, & ſubdit quòd (ens autem primum cauſatum, ſcilicet intelli-

gentia) quę eſt primum ens cauſatum(h3 finem,& virtus eius eſt finis) i. eſt finita(quoniā remanet ens).i.eſt ens remanens,& defectiuum. Nam illud dr̄ remanere, quod incōpletū permanet,& non h3 oē cōplemētum. Formetur aūt ſic ratio. Quicquid eſt ens remanens i.imperfectum,& h3 virtutem cui eſt finis.i.finitam illud h3 virtutem dependētem ab alio: hmōi eſt intelligentia,ergo &c. ¶Notandum aūt ꝙ Author aliquando vocat intelligentias,virtutes quibus non eſt finis:aliquando aūt dicit intelligentiam hr̄e finem,& virtutis eius dicit eſſe finem,quorum vtrunq; verum eſt. Nam virtus intelligētiæ eſt finita,& infinita, finita ad ſuperius infinita vero ad inferius. Eſt enim virtus eius infinita quodammodo nō autem per omnem modum.

Q ¶Dubitaret forte aliquis. Vnde ſequitur hæc conſequentia,ꝙ ſi intelligentia h3 virtutem, quæ remanet.i.virtutem defectiuam,ꝙ h3 virtutem dependentem. Dicendum quòd hęc loquutio eſt ſimilitudinaria ad modum quem videmus in ponderibus. Nam qui non pōt totum portare pondus ōp3,quòd aliquid remaneat de illo pondere quod non portetur,ex defectu ergo virium eſt,quòd aliquid remaneat de pondere. Sic cum virtus non pōt totū facere,aliquid remanet de effectu quem non pōt virtus complere.Talis ergo virtus defectiua eſt. Hmōi aūt eſt oīs virtus cauſata,quia nihil pōt talis virtus facere,niſi pręſuppoſita actione ſuperioris cauſæ.Vere ergo oīs talis virtus in oī opere ſuo remanet.i.in oī opere ſuo deficit,Et quia virtus deficiens in agendo dependet ab eo per qđ perficitur eius actio. Ideo oīs virtus cauſata eo,quòd eſt virtus defectiua,eſt virtus dependens. Bene ergo dictū eſt,quòd intelligentia ex eo,quòd habet virtutem remanentem,& deficientem habet virtutem ab alio dependentem. ¶ Deinde cum dicit.

R ENS autem primum creans eſt infinitum primum purum , quod eſt quia entibus fortibus non eſt finis , propter acquiſitionem ſuam ab infinito primo puro:propter quod ſunt entia infinita. Et ideo eſt ens primum pure aliquid quod ponit res quibus non eſt finis.

¶Adducit quartam rōnem ſumptam ex eo,quòd intelligentia h3 virtutem ab alio acquiſitam dicens, quòd(ens aūt primum creans) vel cauſans aliqui textus habēt cauſatum, ſed videtur littera eſſe corrupta,vt p3 ex antiquis textibus. Ens ergo primum creans,ſiue cauſans(eſt infinitum primum purum,quod eſt,quia entibus fortibus non eſt finis).i.entia fortia,cuiuſmodi ſunt intelligentiæ ſunt infinitæ,vel habent quendam modum infinitatis(propter acquiſitionem ſuam ab infinito primo puro propter quod) infinitum primum purum (ſunt entia infinita).q.d. quòd entia fortia ſunt entia infinita propter infinitum primū purum,& propter acquiſitionem quam hn̄t ab infinito primo puro, & ſubdit (& ideo eſt ens primum pure)Aliqui textus hn̄t,& non eſt ens primum,ſed eſt lr̄a corrupta (vt p3 ex antiquis textibus.) Ideo ergo eſt ens primum ipſum (aliquid quod ponit res quibus non eſt finis).i. quod dat rebus,ꝙ participent aliquid de infinitate. Formetur ergo ſic rō. Quæcunq; hn̄t infinitatem ſuæ virtutis acquiſitam ab alio depēdent ab illo quod ponit res quibus non eſt finis.i.quod dat rebus,ꝙ participent aliquid de infinitate , & ſint entia fortia. Intelligentię ſunt hmōi ergo &c. ¶Notandum autem quòd illud dicitur forte de cuius manibus nihil poteſt eripi. Ideo intelligentiæ dicuntur fortes ſecundum naturam, quia ſua naturalia perdere non poſſunt.

S ¶Dubitaret forte aliquis qūo prima cauſa,ſiue Deus ſit infinitum primum purum. Dicēdum quòd infinitum idem eſt,quòd non hn̄s finem,ſiue non hn̄s terminum,Iuxta ergo duplicem terminum erit duplex infinitum. Eſt.n. terminus ſecundum quantitatem ſecundū, quòd dicimus punctus eſt terminus lineæ linea ſuperficiei:& ſuperficies corporis. Secundū hoc ergo dicetur linea infinita ſi non erit aſſignare vltima puncta inter quæ linea ipſa contineatur,& ſuperficies dicetur infinita (& potiſſime ſuperficies plana,ſi non erit aſſignare

lineas

lineas inter quas talis ſuperficies contineatur, & corpus dicetur infinitum, ſi non erit aſſignare ſuperficiem, vel ſuperficies cõtinentes ipſum. Et quod dictũ eſt de quantitte cõtinua veritatem habet de quantitate diſcreta. Nam ſicut in quantitate continua aſſignamus terminos: puncta vel lineas vel ſuperficies: ſic in diſcreta aſſignabimus terminos ipſas vnitates. Si ergo non eſſet deuenire ad vltimã vnitatem continentẽ vel terminantem numerum oporteret ꝙ ille numerus eſſet infinitus. Vno ergo modo dicitur infinitũ quod caret fine, & termino quantitatiuo. Alio vero modo dicitur infinitũ quod quantum eſt de ſe non habet finem, & terminũ perfectionis: quod dupliciter põt contingere, vel propter perfectionis defectum, vel propter perfectionis excellentiã. Primo modo materia prima dicitur eſſe quid infinitũ, & quid indeterminatũ, & quid indiſtinctum. Ipſa.n.materia prima, quãtum eſt de ſe non eſt quid finitum, nec quid perfectum, nec quid determinatum, ſed eſt in potentia ad perfectionem, finem & terminum. quia eſt in potentia ad ipſam formam quę eam perficit, finit, & terminat: Hoc ergo modo dicitur infinitũ propter carentiam perfectionis, & ſecũdum hunc modum infinitatis, omnia quæ ſunt in potentia ſecundum ꝙ huiuſmodi ſunt infinita & interminata: quia ſecũdum quod huiuſmodi carent fine & termino. Vnde cõmuniter talia infinita vocantur infinita priuatiue, quia licet non ſint finita, ſunt tamen apta nata finiri. Hoc enim importatur nomine priuatiui, videlicet quòd eſt id quod non eſt tale, eſt tamen aptum natum eſſe tale, ſic materia de ſe non eſt finita, nec terminata, nec perfecta, eſt tamen apta nata finiri, terminari, & perfici, ſimiliter etiã quęcunq; ſunt in potentia ſunt infinita & interminata priuatiue, quia carent perfectione & ſunt apta nata perfici, carent fine & ſunt apta nata finiri. Secundo modo dicitur infinitum quod caret termino perfectionis nõ propter perfectionis defectũ, ſed propter perfectionis excellentiam. Nam ſi eſſet aliquod quod tantũ haberet de perfectione, quòd nõ determinaretur ad aliquod genus perfectionis, ſed eſſet quoddam pelagus infinitũ ſubſtantiæ, & haberet in ſe perfectiones omniũ generum, non ſolũ quę ſunt, ſed etiam quę poſſunt eſſe & etiam (ſi dici poteſt) vltra quàm eſſe poſſunt, tale quid eſſe infinitum quia nõ haberet finem & terminũ perfectionis, nõ propter perfectionis carentiam, ſed propter perfectionis excellentiã. Tale quid infinitum eſt ipſe Deus: qui non determinatur ad aliquod genus perfectionum. Sed in ipſo congregantur perfectiones omnium generũ (vt declarari habet in. 5. Methaphyſicæ: huiuſmodi autẽ infinitum, dicitur infinitum negatione, ideſt nõ finitum. Non enim tale infinitum eſt infinitum priuatiue ita quòd ſit aptum natum finiri, ſed eſt infinitum negatiue, quia non habet finem, & terminum perfectionis. Vnde & cõmuniter diſtinguitur duplex infinitum priuatiue.ſ. & negatiue dictum: Sed licet huiuſmodi diſtinctio ſit vera eſt tamen valde ſuperficialis, propter quod melius eſt diſtinguere de infinito modo quo dictum eſt, videlicet ꝙ eſt infinitũ propter perfectionis carentiam: & ſic quicquid eſt in potentia ſecundũ ꝙ huiuſmodi eſt infinitũ, & hoc modo infinitatis potiſsime eſt quid infinitum ipſa materia prima, cui eſſentiale eſt eſſe in potentia, vt declarari habet inde ſubſtantia orbis. Alio modo dicitur infinitum propter perfectionis excellentiam, & ſic nihil eſt ſimpliciter infinitũ niſi ſolus Deus. Ex hoc autẽ apparet ꝙ materia eſt infinitum vltimum, Deus autẽ infinitum primũ. Nam quanto aliquid eſt imperfectius: tanto tenet inferiorem gradũ in genere entium. Si ergo materia eſt infinita propter perfectionis carentiam & ei potiſsime cõpetit talis modus infinitatis, oportet ꝙ ipſa ſit ſumme imperfecta. Propter quod erit infinitũ vltimum, vt ibi vltimum idem ſonat ꝙ infimum. Deus autem qui eſt infinitus propter perfectionis excellentiã oportet ꝙ teneat ſupremum gradũ in entibus. Propter quod erit infinitũ primum, & ſupremum. Ex hoc etiam patere poteſt ꝙ eſt infinitũ purũ.i.ſimplex nihil in ſe admixtionis habens, quia ſi eſſet ibi aliquid admixtionis, eſſet ibi aliqua compoſitio. Non eſt autem cõpoſitio ex actu tantũ, ſed ex actu & potentia. Eſſet ergo ibi actus receptus in potẽtia & eſſet ibi perfectio recepta in potentia. Propter quod ibi eſſet perfectio cõtracta, & per conſequens nõ eſſet ibi perfctionis excellentia. Patet autẽ ꝙ Deus eſt quid infinitum propter perfectio-

T

V

T. c. 21.

Cap. 1.
X

nis excellentiam, & quia ſic eſt quid infinitum, oportet ꝙ ſit infinitum primū, & ſupremum, & ēt op3 ꝙ ſit infinitum purum, vt eſt per habita declaratū. Ex hoc ēt apparet quare tale infinitum eſt cā infinitatis virtutis intelligentijs: quia ſemper quod eſt primum, & ſimplr̄ in aliquo gn̄e eſt cā oīum aliorum, quæ ſunt poſt in illo genere, vt declarari h3 in ſecundo metaphyſ. Si ergo Deus eſt quid primum, & maxime, & ſimpliciter infinitum cauſa
T.c.6. eſt infinitatis in alijs: non ꝙ aliqua alia ſint ſimpliciter infinita, ſed quia participant aliquid de conditionibus infinitatis. ❡ Deinde cum dicit.

Y. TVNC proculdubio ipſum eſt ſupra infinitū inferius: neqꝫ ſuperius. Ens autem creatum primum.ſ.intelligentia nō eſt non infinitum: immo dicitur ꝙ eſt infinitū: neqꝫ dicitur ꝙ eſt ipſum quod eſt infinitū eſſentialiter.

❡ Ex his, quæ dixerat concludit intentum dicens. (Tunc proculdubio ipſum eſt ſupra infinitum) .q.d ꝙ ſi Deus eſt infinitum primum purum, tunc proculdubio eſt ſupra id quod eſt infinitum (inferius), i. ſupra intelligentiam, quæ eſt quid infinitū inferius, & ſubdit (neqꝫ ſuperius) ſupple h3 finitatem, ita ꝙ Deus per oēm modum eſt infinitus: & ſubdit, ꝙ (ens aūt creatum) ſiue cauſatum (primum.ſ.intelligentia non eſt non infinitum, Immo dr̄ ꝙ eſt infinitum, neqꝫ dicitur, ꝙ eſt ipſum) ſupple infinitum primum (quod eſt infinitum eſſentialiter) quaſi dicat, ꝙ Deus eſt quid infinitum per omnem modum, & eſt ſupra infinitum quod eſt intelligentia. Nam intelligentia non eſt non infinitū, quia aliquid participat de infinitate, nō ꝙ ſit ipſum infinitū primū, nec ꝙ ſit infinitū eſſentialr̄, ſed eſt quid infinitū participatiue. Tunc ergo eſt ſupplendus textus, quod cum ſic ſit op3, ꝙ à tali infinito primo eſſentialiter dependeat intelligentia, quę eſt quid infinitum participatiue.

❡ Notandum aūt, ꝙ in hac lr̄a multum diuerſificantur libri. Nam quidam antiqui libri hn̄t lr̄am quam expoſuimus, v3 ꝙ intelligentia non eſt non infinitum, Immo dr̄ ꝙ eſt infinitum, neqꝫ dr̄, qui eſt ipſum quod eſt infinitum eſſentialiter, Aliqui vero alij textus habēt, ꝙ intelligentia non eſt infinitum, Immo dr̄ ꝙ eſt finitum, & vtrunqꝫ verum eſt. Nam intelligentia non eſt infinita ſimplr̄, Immo eſt finita, eſt tñ infinita quodammodo in quantum participat de conditionibus infinitatis. Si ergo diuerſificantur libri. Ita ꝙ aliqui libri videantur dicere intelligentiam eſſe finitam, & aliqui infinitam, vtrunqꝫ poteſt exponi, ſed diuerſis reſpectibus. ❡ Deinde cum dicit.

SECVNDA pars principalis Commenti.

Z ENS ergo primum eſt menſura oīum primorum intelligibilium, & entium ſecundorum ſenſibilium, quia. ſ. ipſum eſt quod creauit entia, & menſurauit ea menſura conueniente omni enti.

❡ Manifeſtat ſecundam partem propoſitionis, v3 ꝙ intelligentię non ſunt fixæ ſtantes in rebus entibus: ſed ſunt virtus rebus entibus habentibus fixionem. Et licet Author nō adaptet lr̄am ſuam huic dicto, dicit tñ aliqua per quę pōt hr̄i probatio huius dicti. Ideo ait ꝙ (ens ergo primum eſt menſura oīum primorum intelligibilium, & entium ſecundorum ſenſibilium, quia.ſ. ipſum eſt quod creauit entia, & menſurauit ea menſura cōueniente oī enti) Imaginabimur aūt, ꝙ in gn̄e entium cauſatorum intelligibilia, ſiue intelligentiæ ipſæ tenent gradum primum: aīę aūt cœlorum (quæ ſunt coniunctæ corporibus cœleſtibus, quę ſunt ſenſibilia ſenſu viſus, tenent gradū ſm. Ex dictis ergo in lr̄a formetur talis rō. Quicqd creat oīa entia, & menſurat ea menſura conuenienti, illud prius influit in eſſentia prima, vt intelligentias, & per intelligentias influit in entia ſecunda, vt in aīas cœlorū, quæ ſunt con-

iunctę corpibus ſenſibilibus: Deus eſt hmōi. Ergo Deus prius influit in intelligentias, & per intelligentias influit in aïas cœloꝝ. Intelligentię ergo nō ſunt ipſæ aïæ, ſed ſunt virtus aïaꝝ, in quantū influunt in aïa: ppt qđ pñs eſt, ꝙ intelligentiæ non ſunt res fixę ſtantes in rebus entibus: quia hmōi intelligentię non ſunt aïæ, ſed ſunt virtus rebus entibus hñtibus fixionē. ſunt.n.(vt dictum eſt) virtus animarum in quantum influunt in animas ipſas, ex quo patet declaratam eſſe ſecundam partem propoſitionis.

¶ Dubitaret forte aliquis vnde ſequitur hæc conſequentia, ꝙ ſi Deus eſt menſura omniū entium primoꝝ & ſcdoꝝ, & creat entia, & menſurat ea mēſura cōuenienti oī enti. Ergo intelligentiæ non ſunt fixę, ſtantes in rebus entibus hñtibus fixionem. Dicendū ꝙ mēſurare oïa entia menſura conuenienti eſt tollere à rebus confuſionē, & ponere in eis ordinē. Nam qui menſura cōuenienti menſurat entia nō confundit ea, quæ menſurat, Immo diſtincte influit in ea ſ̄m, ꝙ ipſa menſurata requirunt. Rurſus non deordinat ea, quia ſi deordinaret ipſa, vel ēt ſi confunderet ea, non menſuraret ea menſura conuenienti. Nam menſura conueniens diſtinctionem ſeruat Ita ꝙ prima remanēt prima, & ſcda remanent ſecūda: & ordinem ſtatuit, ita ꝙ primo fiat influentia in prima, & per prima in ſcda. Si ergo intelligentiæ eſſent res fixæ ſtantes in rebus entibus.i. ſi eſſent coniunctę corporibus (cum hoc ſit ꝓpriū aïarum) eſſet confuſio entium: quia tunc intelligentiæ fierent aïę: & tunc entia prima non remanerent prima, ſed fierent entia ſcda. Rurſus ſi intelligentiæ non influerent in aïas, & non eſſent virtus aïabus: quę ſunt res hñtes fixionem in entibus.i. in corporibus non eſſet ordo in rebus, quia prima non influerent in ſecunda. Si ergo oïa menſurantur menſura conuenienti ſaluatur rerum diſtinctio. Ita ꝙ intelligentiæ non ſunt aïę, & per conſequēns non ſunt fixę ſtantes in rebus entibus, ſed ſunt virtus ipſis aïabus: & per conſequens ſunt virtus rebus hñtibus in entibus fixionem: & in hoc conſiſtit tota ſcda pars propoſitionis.

¶ Aduertendum aūt ꝙ Author proponit hęc verba.ſ. ꝙ Deus menſurat oïa menſura cōuenienti: per quæ (vt patet) poteſt haberi declaratio ſecundæ partis propoſitionis. Et licet nō adaptet Author hæc verba ad expoſitionem ſecundæ partis propōnis debent, tñ adaptari, quia in fine huius lectionis per modum epilogi concludet, ꝙ influentia modo ordinato ꝓcedit à primo ente, ita ꝙ Deus primo influit in prima entia, & poſtea mediantibus entibus primis influit in entia ſecunda, ſed correlarium præſupponit prius dictum, ex nullo autem dicto priori poteſt hoc, ita haberi, ſicut ex hoc dicto, quia Deus omnia menſurat menſura conuenienti. ¶ Deinde cum dicit.

REDEAMVS ergo, & dicamus, ꝙ primum ens creans eſt ſuper infinitum, ſecundum ens creatum eſt infinitum. Et quod eſt inter ens primum creans, & inter ens ſecundum creatū, vel cauſatum non eſt finitum.

¶ Epilogat circa determinata, circa quod duo facit: quia primo epilogat quantum ad partē primam propoſitionis, videlicet ꝙ intelligentiæ dependent à prima cauſa quia prima cauſa eſt ſuper infinitum quod eſt intelligentia. Scdo epilogat quantum ad partem ſecundā, vʒ ꝙ per intelligentias fit influentia in res alias, ibi (& reliquæ bonitates) Dicit ergo (Redeamus ergo, & dicamus, ꝙ primum ens creans).i. Deus (eſt ſuper infinitum).i. ſuper intelligentiam, quæ aliquid participat de infinito. & ſubdit ꝙ (ſecundum ens creatum.i. anima cœli, vel ipſum cœlum (eſt infinitum, & quod eſt inter ens primum creans, & inter ens ſ̄m creatum, vel cauſatum) Intelligentia.ſ. quæ eſt inter animam, & Deum, ſiue inter cœlum, & Deum, huiuſmodi inquam ens ſicut eſt intelligentia (non eſt finitum) vel vt hñt antiqui textus eſt infinitum In hoc ergo eſt epilogata pars prima propoſitionis, quia virtutes.ſ. intelligentiarum, quibus non eſt finis ſunt dependentes per infinitum primum. Nam ſi ipſum corpus cœleſte, ſiue ipſa aïa cœli, quę eſt cauſatum quoddam, ſ̄m aliquid participat de infinitate, quia eſt quid infinitum (vt dicitur in lr̄a, & multo magis ipſa intelligentia, quę eſt inter

animam, & ens primum creans erit quid infinitum, virtutes ergo intelligentiarum ſunt virtutes quibus non eſt finis. Rurſus quia primum ens eſt ſupra infinitum quod eſt intelligẽtia, oſtenſum eſt, ꝙ tales virtutes quibus non eſt finis ſunt dependentes per infinitum primum in quo conſiſtebat pars propoſitionis prima. ¶Deinde cum dicit.

B ET reliquæ bonitates ſimplices, quæ ſunt vita, & lumen, & quæ ſunt eis ſimilia ſunt cauſæ rerum oĩum habentium bonitates ſecundum, ꝙ infinitum eſt, a cauſa prima ſuper cauſatum primum. Ens vero creans eſt cauſa oĩs vitæ influẽs bonitates ſuas imprimis ſuper cauſatum, quod eſt intelligẽtia, deinde deſcendit ſuper reliqua cauſata intelligibilia, & corporea mediãte intelligentia.

¶Epilogat quantum ad partem propoſitionis ſecundam dicens. Quòd (& reliquę bonitates ſimplices, quæ ſunt vita, & lumen, & quę ſunt eis ſimilia) vt puta aliæ perfectiones diuinę, vt ſapientia, & cætera talia, quæ (ſunt cauſæ rerum oĩum habentium bonitates) Bonitates ergo, & perfectiones exiſtentes in prima cã, vt vita, lumen, ſapientia, ſcientia, & cætera talia ſunt cauſæ oĩum aliarum bonitatum, & perfectionum, & ſubdit exemplificãdo de intento (ſm ꝙ infinitum eſt à cauſa prima ſuper cauſatum primum). q. d. ꝙ iſta perfectio quæ eſt eſſe infinitum, eſt primo in cã prima, & à cauſa prima, in primis deriuatum eſt ſuper cauſatum primum quod eſt intelligentia, & ſubdit, ꝙ (ens vero creans) quod (eſt cã omnis vitæ) ſupple eſt vita, quæ eſt in cã prima, ſimiliter reliquæ bonitates ſunt deſcendentes ab ipſa cauſa prima, quę eſt (influens bonitates ſuas in primis ſuper cauſatum primum, quod eſt intelligentia) Tale. ſ. cauſatum primum. Et ſubdit (deinde deſcendit) talis influentia (ſuper reliqua cauſata intelligibilia, & corporea) .i. ſuper cauſata corporea (mediante intelligentia.) ¶Notandum aũt ꝙ cauſata intelligibilia vocat Author aĩas cœlorum. Influẽtia ergo, & perfectiones deriuantur à cauſa prima in intelligentiam: & per intelligentiam deriuantur tales influentię, & perfectiones in cauſata intelligibilia .i. in aĩas cœlorum, & ẽt in corpora cœleſtia. Intelligentiæ ergo ipſę non ſunt aĩę, ſed ſunt virtus animabus, vel in animabus: & in hoc ſtat veritas ſecundę partis propoſitionis.

¶Notandũ ẽt ꝙ ab intelligentia (ſm huius Authoris ſnĩam) deriuatur influentia in cauſata intelligibilia .i. in animas cœlorum, & in corpora cœleſtia, ſed non eodem modo, quia in animas deriuatur talis influentia primo, & poſtea mediantibus animabus deriuatur in ipſa corpora cœleſtia.

PROPOSITIO SEXTADECIMA.

A OMNIS Virtus vnita plus eſt influens q̃ virtus multiplicata.

In ꝓpoſitióe. 16. a. ¶Poſtquàm Author oſtendidit, ꝙ omnes virtutes quibus non eſt finis dependent per infinitum primum, vel ab infinito primo, In parte iſta (vt dicebat) declarat, ꝙ in ipſis virtutibus ſunt gradus, quia quędam earum ſunt magis vnitæ, & magis infinitę: quia ſunt magis appropinquantes primo, quędam magis multiplicatę, & minus infinitæ: quia ſunt magis recedentes à primo, Circa quod duo facit, quia primo præmittit propoſitionem quandam. Secundo propoſitionem illam declarat. ibi (Quod eſt.)

¶Dicit ergo ꝙ (omnis virtus vnita plus eſt infinita quàm virtus multiplicata.)

¶Notandum

¶Notandum aũt ꝙ hanc eandem propõnem ponit Proclus in.91. propõne ſui libri in his verbis, Omnis potentia exiſtens vnitior eſt infinitior q̃ plurificata. Verba quidẽ varia ſunt hic, & ibi, vna tamen, & eadem ſententia eſt. Proclus.

¶Dubitaret forte aliquis quid ſit virtutem eſſe infinitam. Dicendum ꝙ in virtute eſt cõſiderare tria, vȝ virtutis eſſentiã actionem eius, & modum eius agendi. Ipſa.n. virtus aliquã eſſentiam dicit, quia opȝ, ꝙ ſit res aliqua. Rurſus ab ipſa virtute deriuatur actio, & tertio in ipſa actione eſt modus agendi. Infinitas ergo virtutis, vel accipietur ex eius eſſentia, vel ex actione eius, vel ex ipſius modo agendi. Infinitas aũt eſſentialis opȝ, ꝙ accipiatur ſm ea ad quæ refertur ipſa eſſentia. Eſſentia aũt oĩum cauſatoꝝ refertur ad duo: ad genus.ſ. & ad dĩam. Genus aũt & dĩa ſunt termini inter quos clauditur eſſentia rei cauſatæ: vt ſi diffinitio hoĩs ſit animal rationale tota eſſentia hominis claudetur inter tale genus, & talẽ differentiam. Ex hoc ergo eſt aliquod ens finitum: quia clauditur inter certum genus, & certam dĩam: & inde eſt ꝙ oratio continens proprium genus, & propriam differentiã alicuius dicitur diffinitio eius: quaſi finitio quia continet fines, & terminos rei. Vnde & philoſophus diffinitionem, terminum vocat: eſt aũt terminus idem quòd finis. Eſt ergo diffinitio terminus: quia continet genus, & dĩam, quę ſunt fines, & termini rei. Si ergo dicitur aliquid eſſe finitum eſſentialiter: quia determinatur ad certum genus, & ad certam differentiam, & infinitum eſſentialiter (per locum ab oppoſitis) erit quod nec ad genus aliquod, nec ad differentiam alicuius generis determinatur. Et ſm hoc virtus Dei eſt infinita eſſentialiter: quia eſſentialiter hmõi virtus eſt ipſa diuina eſſentia: quæ non determinatur, ad aliqđ prædicamentum, nec ad dĩas aliquorum prædicamentorum: ſecundo modo poteſt accipi infinitas ex modo agendi. Nam ſicut oĩs res cauſata per eſſentiam determinatur ad certũ genus, & ad certam differentiam vel ſpẽm, ita determinatur ad certum modum agendi. Nam ipſe modus agendi ex forma, & ex ſpecie, eſt accipiendus, vt ignis, quia eſt naturæ igneę, agit igniendo, & calefaciendo, & quod eſt naturæ frigidæ agit infrigidando. Habent ergo cauſata determinatum modum agendi, & ideo habent determinatam, & finitam naturam. Vel hñt cauſata determinatum modum agendi ex parte menſuræ, & ex parte temporis in quo agunt, ita ꝙ tanta virtus agit in tanto tempore. Cuilibet ergo cauſato cõpetit determinatus modus agendi ſecundum determinatum tempus, vt cuilibet cauſato eſt aſſignare tempus aliquod, infra quod tempus non poſſet producere ſuum effectum: De ratione.n. cuiuſlibet cauſati. eſt quòd agat in tempore, ꝙ ſi dicatur ꝙ ſol multiplicat ſuã lucem in inſtanti, & albedo multiplicat ſuam ſpeciem, vſq; ad oculum in inſtanti, dici debet ꝙ lux ſolis non hȝ contrarium, & quòd intentiones colorum non proprie ſibi contrariant, & ꝙ illuminatio facta à luce ſolis, & multiplicatio ſpeciei coloris non ſunt actiones reales. Sed loquendo de actione reali ſecundum quam requiritur aliquod reale, opȝ ꝙ fiat in tempore: quia oẽs hmõi actiones ſunt ex contrarijs, & in contraria (vt declarari habet in primo phyſicoꝝ, & in.12. metaphyſicæ) tales.n. actiones a virtute cauſata non poſſunt fieri in inſtanti. Sed in tpe hñt fieri. Huiuſmodi aũt virtutem infinitam Deus hȝ: quia ſicut ipſe in ſui actione nõ prẹſupponit materiam: quia materia ipſa eſt effectus eius: & nulla cã præſupponit effectum ſuum. Sic in ſui actione non præſupponit diſpõnem materiæ. Quòd ergo agens requirit tps in actione ſua, hoc eſt quia prius diſponit materiam: & diſponendo materiam inducit formam. Sed ſi materia obediret agenti ad nutum, & ſtatim fieret diſpoſita, tale agens non requireret tempus in actione ſua, Et tale agens ex modo agendi argueretur, eſſe virtutis infinitę. Nam ſi tanta virtus in tanto tempore, & maior virtus in minori tempore, & ſecundum ꝙ minoratur tempus creſcit virtus. Oportet ꝙ illud quod operatur in non tempore ſit infinita virtus. Tertio poteſt accipi infinitas virtutis ex ipſa actione, ſiue ex ipſo effectu. Nam ſicut eſt maior virtus, quæ operatur in minori tempore: Ita eſt maior virtus, quæ operatur in maiorem effectum. Illa ergo virtus, quæ nunquam poteſt operari, ita magnum effectum: quin poſſit operari maiorem, oportet quòd ſit infinita. Talis autem eſt virtus primi agentis. Infinitas ergo virtutis ex eſſentia, ex modo agendi, & ex

Marginalia: B — Quinto metaph. T.cõ.22. — C — T.c.41. 43.44. & 47.& 12. metaph. T.c.6. — D

actione poteſt accipi.

E ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis vtrum in rebus cauſatis reperiatur infinitas virtutis. Dicendum ꝙ in nullo cauſato pōt reperiri virtus infinita ſimplr̄, nec quantum ad eſſentiam virtutis:nec quantum ad modum agendi, nec quantum ad ipſum effectum, ſiue ad ipſam actionem, Non quantum ad eſſentiam.quia quælibet virtus cauſata eſt determinata ad certum genus,& certis eſt circunſcripta limitibus:ita & modus agendi oīum cauſatorum limitationem quandam h3. Nam res ſicut ſe habet ad eſſe,ita & ad agere. Virtus.n. cuiuſlibet cauſati eſt quid receptum in eius eſſentia. Iuxta ergo excellentiam eſſentiæ oportet ꝙ ſit excellentia virtutis,& iuxta excellentiam virtutis op3,ꝙ ſit excellentia modi agendi, & et actionis. Si ergo eſſentia cuiuslibet cauſati eſt finita ſ̄m excellentiam,& perfectionē: quia eſt determinata ad certum prędicamentum,& ad certam differentiam generis,oportet ꝙ & virtus,& actio,& modus agendi,& cætera quę ſequuntur eſſentiam,& modum eſſentię ſint

F finita,& limitata. Simpliciter ergo non reperitur infinitas virtutis in rebus cauſatis. Attamē non eſt inconueniens ipſa cauſata aliquid participare de infinitate, & quantum ad eſſentiā, & quantum admodum agendi,& quantum ad actionem. Quantum ad eſſentiam quidem inuenimus,intelligentias aliquid participare de infinitate,quia non eodem modo determinantur ad genus,nec eodem modo ſunt in genere ſicut iſta ſenſibilia corporea. Nam hm̄oi corpora ſunt in genere,quia habent naturam compoſitam ex duabus naturis,ex potentia.ſ. & actu,ſiue ex materia,& forma,ita quòd in eis ſumitur,& proprie genus,& proprie differentia. Nam à toto,vt h3 rationem potentię ſumitur ratio generis, à parte aūt formali ſumitur ipſa dr̄ia: vt animatum quod eſt dr̄ia ſumitur ab anima,nec aliud ſignificat animatum niſi ipſam aīam,ſicut nec album aliquid aliud ſignificat quàm ipſam albedinem. Concretum enim & abſtractum,ſiue denominatiuum,& primitiuum eandem rem ſignāt:differunt

G aūt ſolum in modo ſignificandi. Si ergo dr̄ia ſumitur à parte formali,vbi non eſt pars formalis:ſed eſt ipſa forma,ibi proprie non poteſt ſumi ratio dr̄iæ. In intelligentijs ergo, quæ non ſunt compoſitæ ex materia,& forma: ſed ſunt formę per ſe ſtantes non proprie poteſt ſumi ratio generis,& dr̄ię. Si ergo in ipſis intelligentijs acciperemus rationē gn̄is,& differentiæ. Differentia ibi accepta non poſſet dicere partem naturę cum natura in eis ſit ſimplex,& non habeat partem,& partem,nec ſit compoſita ex duabus naturis. Differētia ergo ibi accepta,& genus ibi ſumptum non differrent: ita quòd vnum totum diceret partem, & aliud totum: ſed quodlibet diceret totum propter quod dr̄ia illa directe ſubijceret gn̄i, & eſſet ibi nugatio,ſi coniungeretur generi, & ſi ordinaretur prædicamentum ex talibus generibus,& differentijs: tunc hm̄oi differentiæ non caderent à latere:ſed caderent in recta linea prędicamentali,cum dicerent totum,ſicut,& genera. Non proprie ergo ibi pōt ſumi ratio dr̄ię: & per conſequens,nec proprie ratio gn̄is: quia quod non proprie h3 dr̄iam non eſt proprie genus:ſumetur tamen ibi aliquo modo ratio generis,dr̄ię, & ſpeciei. Nam ipſa natura intelligentię l3 non ſit compoſita ex duabus naturis,tn̄ non eſt actus purus,nec potentia pura,diuerſis.n.reſpectibus actualitatem,& potentialitatem importat. Ex tota ergo natura,vt h3 rōnem potentialitatis ſumetur ratio generis, & ex eadem tota natura prout h3 rationem actualitatis ſumetur ratio dr̄iæ. Ex tota vero natura, vt h3 rationem vtriuſq3 ſumetur ratio ſpeciei. Dr̄ia ergo differt ibi à gn̄e quaſi eodem modo quo differt ſpecies. Nam ſicut ſpecies non differt à genere realiter, ita ꝙ vnum dicat partem rei, & aliud totum, ſed ſolum ſecundum rationem: quia illud idem totum quod dicit genus per modum partis,& per modum potentiæ dicit ſpēs per modum totius, vt per modum potentiæ, & actus. Et quia differentia talis ſecundum, ſcilicet rationem non impedit prædicationem, ideo directe prædicatur genus:de ſpecie. Sic & differentia. quia non poteſt ibi differre à genere(vt dictum eſt) niſi ſolum ſecundum rationem: quia illud idem totum quod dicit genus per modum potentię dicit differentia per modum actus, & quia talis differentia non impedit prædicationem,per ſe,& directe prędicabitur genus de tali differentia quod eſt contra rōnem gn̄is,& differentię. Non ergo proprie poteſt ibi ſumi ratio gn̄is,& dr̄iæ.

Et in hoc ipſę intelligentię eſſentialr aliquid participant de infinitate. Sic ēt & quantū ad modum agendi, & quantum ad actionem aliquid de infinitate participant. Nam ſi ex velocitate actionis arguimus infinitatem virtutis. Ipſæ animæ cœlorum ex modo ſuo agendi: quia ſcilicet velociſſime mouent ſupercœleſtia corpora aliquid participant de infinitate virtutis, & multo magis de hmôi infinitate participant intelligentiæ, quę ſunt ſupra ipſas animas cœlorum: ſic etiam quantum ad ipſas operationes, ſiue quantum ad ipſa operata, eſt ibi aliqua participatio infinitatis virtutis. Nam cum animæ cœlorum moueant corpora tantæ magnitudinis ſicut ſunt corpora cœleſtia, Si ex eo quòd agens poteſt mouere maius, & maius corpus dicitur habere maiorem, & maiorem virtutem, mouere tam magnū corpus non poteſt eſſe ſine magna virtute, & ſine participatione infinitatis virtutis. Et ſi animæ cœlorum participant hoc modo aliquid de infinitate virtutis, multo magis de huiuſmodi infinitate participant intelligentiæ, quæ (vt dictum eſt) ſunt ſupra animas cœlorum. Hoc ergo modo vna potentia eſt infinitior alia, & plus participat de infinitate, quàm alia, vel ex modo agendi, quia minus requirit de tempore, vel ex ipſa actione, quia requirit maius opus.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, quomodo potentia, ſiue actus dicatur vnus. Dicendum quòd poſſumus diſtinguere triplex vnum, videlicet aggregatione, continuitate, ſimplicitate, in his autem, quæ ſunt vnum ſecundum continuitatem dicitur eſſe virtus vnita quamdiu manent continua, vt ſi ignis eſt quid vnum continuitate, dicitur in eo eſſe virtus vnita quādiu manet continuus, & totus. Si autem diuideretur per partes, ita quòd in vna parte domus poneretur vna pars ignis, & in alia, alia, virtus illa ignis, quę prius erat vnita dum ignis erat totus, & continuus, dicitur poſtea eſſe diuiſa quando ſcilicet ignis eſt per partes diuiſus. In his autem quæ ſunt vnum aggregatione, virtus dicitur eſſe vnita quamdiu ipſa ſunt aggregata, vt patet in multitudine pugnatorum, in quibus eſt virtus vnita quamdiu ipſi pugnatores ſunt inuicem coniuncti, & aggregati, ſed tunc in eis eſt virtus diſperſa quando ipſi diſperſi ſunt, & diuiſi: ſic ēt eſt in igne, in quo pōt eſſe virtus vnita non modo continuitatæ (vt declaratum eſt) ſed ēt aggregatione. Nam ſi ignis eſt aliquod vnum corpus continuū, tunc erit ibi virtus vnita continuitate, ſed ſi fiat ignis ex multis corporibus, vtputa ex multis lignis erit ibi virtus vnita aggregatione. Tertio modo pōt dici, virtus vnita ſimplicitate, & ſic in intelligentijs eſt virtus vnita ſimplicitate: quia quanto eſt intelligentia ſimplicior: tanto virtus eius eſt ſuperior, & tanto hꝫ virtutem magis vnitam. Imaginabimur. n. quòd ens, & vnum conuertantur, & quòd per illud per quod aliquid hꝫ eſſe ens, habet quòd ſit vnum: & quia entitas rei potiſſime ſumitur ex actualitate, quandiu. n. aliquid eſt in potentia dicitur non eſſe, quando aūt eſt actu, dr̄ eſſe. Et ſicut ex actu ſumitur ratio entitatis: ſic ex actu ſumitur ratio vnitatis, & ſimplicitatis. Intelligentiæ ergo plus participantes de actualitate, plus participant de vnitate, & ſimplicitate, & eſt in eis virtus magis vnita. I

¶ Vlterius autem dubitaret forte aliquis qūo habeat veritatem propoſitio propoſita. ſ. ꝙ virtus vnita plus ſit infinita q̄ uirtus multiplicata. Dicendum quòd in his, quæ ſunt vnum ſimplicitate, non hꝫ dubium quod dicitur, Intelligentiæ enim, quę ſunt vnum ſimplicitate: quia hn̄t naturam ſimplicem non compoſitam ex duabus naturis, planum eſt quòd in talibus uirtus magis unita eſt magis infinita. Nam in rebus cauſatis (ut patuit) accipitur infinitum non ſimplr̄, ſed ſecundum participationem, ut illud dicitur in talibus habere uirtutem magis infinitam quod hꝫ uirtutem magis actiuam conſtat aūt quòd quicquid agit, agit ſecundum quòd eſt in actu. Quod ergo plus hꝫ de actualitate plus hꝫ de actiuitate, & quod eſt actualius, eſt & actiuius. Cum ergo ex hoc vna intelligentia ſit ſimplicior alia, quia eſt propinquior primo, & minus hꝫ de potentialitate admixta, ideo uirtus recepta in intelligentia ſuperiori, quę plus habet de actualitate, & minus de potentialitate, erit actualior, & per conſequens actiuior. In talibus ergo quia idem eſt eſſe magis unitum quod magis actuale, & quia quanto aliquid eſt actualius tanto actiuus eſt. Ergo in talibus quanto aliquid erit unitius tanto erit actiuius, & per conſequens magis infinitum. Sed

Margin notes: K (beside "ſus. In his autem quæ ſunt vnum aggregatione"); L (beside "¶ Vlterius autem dubitaret"); Supra.C. F.G. (beside "planum eſt quòd in talibus"); M (beside "actuale, & quia quanto").

ni his,quæ ſunt vnum aggregatione,vel continuitate,videmus ad ſenſum quòd virtus vnita eſt infinitior.i. actiuior,& validior qnàm non vnita,vt exercitus quàmdiu aggregatus eſt, & vnitus,fortior eſt:qm̃ ſparſus nullius eſt reſiſtentiç: ſic ẽt videmus quòd mille lapilli parui cadere poſſent ſuper alicuius hominis caput vnus poſt alium abſq; eo quòd in aliquo læderent eius caput:ſed ſi ex oĩbus illis lapillis fieret vnus lapis continuus : tunc huiuſmodi lapis ſi ſuper hominis caput caderet lęſionem in ipſo capite faceret : ratio aũt huius ſumi poteſt ex reſiſtentia paſſi:Nam paſſum non põt ſufficienter reſiſtere excellenti agenti, põt aũt reſiſtere agenti debili. Et quia aliquod aggregatum eſt vnum agens forte,diuiſum vero eſt multa agentia debilia. Plus põt vnum agens forte cui non poteſt reſiſtere paſſum quàm multa agentia debilia quibus paſſum reſiſtere põt. Videmus ẽt non ſolum in potentijs actiuis,ſed ẽt(vt cõiter ponitur in cognitiuis,quòd virtus vnita, infinitior eſt.i.fortior, & validior q̃ multiplicata. Videmus nanq; in hoĩe, quòd per ipſam potentiam intellectiuam cognoſcit oĩa intelligibilia,ſed per multas potentias ſenſitiuas cognoſcit ſenſibilia. Habet

N ergo homo intellectum vnitum,ſenſum aũt multiplicatum , multo aũt validior eſt intellĩs quàm ſenſus: ſic ẽt quia homo alia potentia cognitiua cognoſcit intelligibilia , & alia ſenſibilia: Intelligentia vero eadem potentia cognitiua,vt intellectu cognoſcit particularia , & vniuerſalia op;.n. quòd intelligentia habeat cognitionem de particularibus cum operetur circa aliquod particulare,vt circa cœlum: quòd ſi dicatur quòd intelligentia non operatur

In ꝓpoſitiõe.16.a. circa cœlum: ſed anima. Dato quòd hoc concedamus , nihilominus habebimus intentum, quia anima operatur circa hoc cœlum. Intelligentia aũt operatur circa hanc aĩam. Habet ergo notitiam huius aĩę: ſed hanc aĩam perfecte non põt cognoſcere,niſi cognoſcat operationem eius,quæ eſt mouere aliquod cœlum. Hanc aũt operationem cognoſcere non põt, niſi cognoſcat illud particulare cœlum , quod mouet illa anima. Intelligentia ergo habet virtutem cognitiuam vnitam: quia habet intellectum tantum. Homo aũt habet virtutem cognitiuam multiplicatam: quia habet intellectum,& ſenſum: fortior autem,& validior eſt illa vna virtus cognitiua intelligẽtiç q̃ ſint omnes virtutes cognitiuç humanç. ¶Deinde cum dicit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

COMMENTVM Propoſitionis decimæ ſeptimæ.

O QVOD eſt quia infinitum ipſum quod eſt intelligentia eſt quid propinquũ vni vero propter illud ergo factũ eſt ꝙ in oĩ virtute propinqua vni vero eſt plus infinitas q̃ in uirtute longinqua ab eo.

¶Propoſita propoſitione declarat eam circa quod duo facit , quia primo facit quod dictum eſt. Secundo epilogat circa determinata ibi (iam igitur manifeſtum eſt) Circa primum tria facit,ſecundum quòd tripliciter probat,quòd virtus vnita ſit infinitior,& fortior quàm multiplicata,Nam primo probat hoc prout virtutes comparantur ad ipſum primum, ſiue ad ipſum Deum. Secundo prout conſiderantur ſecundum ſe,Tertio prout referuntur ad ſuos effectus; Secunda ibi. (Quod eſt quia) Tertia ibi (& illius quidẽ ſignificatio.)

¶Dicit ergo (quod eſt) videlicet quòd virtus vnita eſt infinitior quàm ſit virtus multiplicata.(Quia infinitum ipſum quod eſt intelligentia eſt quid propinquum vni vero. Propter illud ergo factum eſt) ſupple , ꝙ ipſa ſit virtuoſior,& infinitior,ideo ſubdit (quòd in omni virtute propinqua vni vero,) ſiue vni puro,& vni primo. (Eſt plus infinitas) ideſt eſt plus de infinitate virtutis(quàm in virtute longinqua ab eo)eſt ergo vis huius rõnis, quòd quia intelligẽtia eſt ſimplicior,& ꝓpinquior vni primo,ſiue ipſi Deo,ideo eſt infinitior,& h; plus de virtute q̃ hẽat aĩa cœli,vel cœlũ ipſum,vel alia cauſata , q̃ ſunt magis longinqua a Deo. Tunc ſupplendum eſt ꝙ ẽt ſic ſe habet in virtutibus, ſicut ſe habet in intelligentia reſpectu

aliorum

aliorum cauſatorum. Sed quanto intelligentia eſt ſimplicior,& vnitior,tanto eſt deo propinquior,& per conſequens eſt infinitior q̃ alia cauſata, ita & virtutes quanto vnitiores ſunt: tanto ſunt Deo propinquiores,& per conſequẽs tanto infinitiores. Deinde cum dicit.

QVOD eſt,quia qñ incipit multiplicari deſtruitur eius vnitas,& tũc deſtruitur eius infinitas,etiam non deſtruitur,niſi quando diuiditur.

❡Probat hoc idem ſi conſideretur virtus ſm ſe dicens. (Quod eſt) ſupple,ꝙ virtus vnita eſt magis infinita(quia quando incipit multiplicari deſtruitur eius vnitas &)quia ſupple deſtructa,(tunc deſtruitur eius infinitas) .i. eius fortitudo,& eius vigor. Et ſubdit ꝙ(ẽt non deſtruitur) eius ſupple vnitas(n.ſi qñ diuiditur.)Tunc ergo ſupplenda eſt ratio. Quòd ſi ad deſtructionem vnitatis ſequitur deſtructio infinitatis,& non deſtruitur vnitas,niſi per diuiſionem,& per multiplicationem,conſequens eſt ꝙ infinitas in vnitate reſeruatur, & per diuiſionem tollitur,& quia ſic eſt virtus vnita erit infinitior,& fortior q̃ multiplicata. Multiplicatio.n.deſtruit infinitatem,vnitas aũt efficit ipſam. Quodlibet aũt eſt magis in eo per quod efficitur q̃ in eo per quod deſtruitur. Infinitas ergo virtutis erit magis,in vnitate per quam efficitur,q̃ in diuiſione,& multiplicatione per quam deſtruitur.

❡Dubitaret forte aliquis qũo infinitas virtutis per vnitatem efficitur,& per diuiſionem,& multiplicationem deſtruitur. Dicendum ꝙ vnitas competit rei ex forma,& ex actu,Diuiſio aũt,& multiplicatio competit rei ex materia,& potentialitate quia(vt dr̃ in ſeptimo metaphyſ. forma non diuiditur,niſi per materiam,ꝙ ergo aliquid ſit actiuum,& validum hoc hꝫ ex actualitate,ꝙ aũt ſit paſſiuum,& infirmum hoc hꝫ ex potẽtialitate. Vnitas ergo quæ in actualitate fundatur,& ex actualitate oritur virtutem infinitat,& augumentat:Diuiſio vero quę ad potentialitatem ſpectat infinitatem,& augumentum virtutis deſtruit, & tollit. Virtus ergo vnita eſt infinitior non ſolum per comparationem ad Deum,quia.ſ.eſt Deo ꝓpinquior:ſed ẽt prout conſideratur ſm ſe,quia.ſ.eſt actualior. ❡Deinde cum dicit. Q T. cõ.28.

ET illius quidem ſignificatio eſt virtus diuiſa,& ꝙ ipſa quanto magis aggregatur,& vnitur,tanto plus magnificatur, & vehementior fit, & efficit operationes mirabiles,& quanto magis ſpargitur,& diuiditur minoratur,& debilitatur,& efficit operationes viles. R

❡Probat hoc idem prout virtus comparatur ad ſuos effectus dicens (& illius quidem,ſignificatio).ſ. ꝙ ita ſit (eſt virtus diuiſa) .i. ipſa virtus diuiſa ſignificat,,& oſtendit nobis ad ſenſum per ſuos effectus,quòd ſit minorata,& vilificata(& quòd) ſit ſupple,ita patet quia (ipſa).ſ.virtus(quanto magis aggregatur,& vnitur,tanto plus magnificatur,& vehemẽtior fit,& efficit operationes mirabiles:& quanto magis ſpargitur,& diuiditur minoratur,& debilitatur,& efficit operationes viles) Ex ipſis ergo operationibus pꝫ, quòd vnitas virtutem augumentat,& diuiſio eam debilitat. Si enim ſit exercitus bene vnitus inuadet exercitum alium,& faciet operationes mirabiles. Si vero ſit diuiſus fugabitur, & faciet operationes viles. ❡Deinde cum dicit.

IAM IGITVR Manifeſtum eſt, & planum ꝙ virtus, quanto magis appropinquat Vni puro, & vero ſit vehementior eius vnitas: & quanto vehementior ſit vnitas,infinitas in ea eſt magis apparens, & manifeſta,& operationes eius ſunt magnæ,& mirabiles,& nobiles. S

Epilogat circa determinata dicens. (Iam igitur manifeſtum eſt,& planum)quoq; eſt (ꝙ virtus quáto magis appropinquat)vel quáto magis adhæret(vni puro & vero).i. ipſi Deo. (fit vehementior eius vnitas) & hoc quantum ad rōnem primam.ſ.ꝙ virtus vnitior eſt maior,quia eſt Deo propinquior,& ſubdit ꝙ(& quanto vehementior ſit vnitas) ſupple rei (infinitas in ea eſt magis apparens,& manifeſta) & hoc quantum ad rōnem ſecundam.ſ.ꝙ virtus vnita non ſolum,vt comparatur ad Deum , ſed etiam vt conſideratur ſm ſe eſt magis infinita,quia vnitas facit ad īfinitatē,& ad augumētū,diuiſio:aūt tollit,& deſtruit augumētū. Et ſubdit ꝙ(& operationes eius).ſ. virtutis vnitæ(ſunt)operatiões(magnę & mirabiles, & nobiles) Et hoc quantū ad rōnem tertiam v3, ꝙ virtus vnita probaī eſſe magis infinita, put comparatur ad eius operationes quas efficit nobiliores , & mirabiliores q̄ virtus diuiſa.

PROPOSITIO DECIMA OCTAVA.

A RES omnes habent eſſentiam propter ens primum, & omnes res viuæ ſunt motæ per eſſentiam ſuam propter vitam primam: & oēs res intelligibiles habent ſcientiam propter intelligentiam primam.

In ꝓpoſitiōe.16.a. Poſtq̄ Author oſtendidit,ꝙ oīa inferiora dependent à ſuperioribus, & potiſſime à Deo quantum ad virtutem. In parte iſta(vt dicebatur)declarat ꝙ oīa dependent à Deo quantum ad eſſentiam. Circa quod duo facit: Nam ſicut in determinando de virtutibus primo probauit virtutes dependere,poſtea declarauit in ipſis virtutibus eſſe gradus:ſic in determinando de eſſentijs,primo oſtendit eſſentias ipſas dependere à Deo. Secundo declarat ꝙ in ipſis eſſentijs ſunt gradus. ibi (Ex intelligentijs) in propoſitione decima nona. Circa primum duo facit,quia circa ipſam dependentiam primo proponit quandam propoſitionem. Secundo propoſitionem propoſitam declarat,& manifeſtat. ibi (quod eſt,quia ſi oīs.)

Dicit ergo ꝙ(omnes res habent eſſentiam propter ens primum, & omnes res viuę ſunt motę per eſſentiam ſuam propter vitam primam:& oēs res intelligibiles habent ſcientiam propter intelligentiam primam.) Notandum aūt ꝙ hic Author diſtinguit triplicem gradum in entibus,quia quędam hn̄t eſſe tantum:quædam eſſe,& viuere:quędam vero eſſe viuere,& intelligere. Res ergo hn̄t eſſe propter eſſe primum, viuere propter vitam primā, & intelligere propter intelligere primum.

B Dubitaret forte aliquis vtrum aliquid poſſit eſſe motum per eſſentiam ſuam , & videtur

T.cō.1. ꝙ non quia omne quod mouetur ab alio mouetur,vt probatur in principio ſeptimi phyſicorum, nihil ergo mouetur per eſſentiam ſuam. Præterea ſi aliquid mouetur per eſſentiā ſuam. Tunc idem per eſſentiam ſuam eſſet mouens , & motum, & per conſequens idem per eſſentiam eſſet in potentia,& in actu,& haberet in ſe oppoſita: quod eſt inconueniens. In contrarium eſt author in lrā, qui ſupponit res aliquas eſſe motas per eſſentiam ſuam. Dicendum ꝙ res motas per eſſentiam ſuam vocat hic Author res viuentes. Dicuntur aūt res viuentes eſſe motę per eſſentiam ſuam,quia mouent ſeipſas. Ex hoc.n. dicitur aliquid viuere in quantum mouetur ex ſe. Vnde & aquæ dicuntur viuę,quæ mouentur,& fluunt, mortuę aūt dicuntur quę quieſcunt,& manent: vt quia ignoramus cauſam motus aquę videtur nobis ꝙ aqua moueatur ex ſe. Ideo aquam ſic motam vocamus viuam. Res ergo

C Primo de anima. T.cō. 19. & .2. de aīa.T.cō. 14.& 16. mouentes ſeipſas vocamus viuas. Et quia ſenſus pręſupponit motum , quia nihil ſentit qđ non mouetur ex ſe:ideo viuum,& animatum diſtinguimus à non viuo motu , & ſenſu (vt declarari habet in libro de anima)Res ergo viuæ ſunt motæ per eſſentiam.i. ſunt mouentes ſeipſas:& ſunt viuentes propter vitam primam. Quod ergo obijcitur in contrarium ꝙ nihil poteſt mouere ſeipſum. Sed omne quod mouetur ab alio mouetur. Dici debet ꝙ hmōi motus:vel eſt res aliqua,vel eſt ſolum ſm noſtrum modum intelligendi : ſi ſit ſolum ſecundum nr̄m modum intelligendi non eſt inconueniens,ꝙ aliquid ſic ſeipſum moueat,

ſed ſi hmõi motus ſit res aliqua,idem mouebit ſeipſum , & non mouebit ſeipſum, mouebit
ſeipſum quidẽ,ſed ſm̃ aliud,& aliud,vt idẽ ſm̃ vnam partẽ mouebit ſeipſum ſm̃ aliã partẽ,
vt aĩal mouet ſeipſum,ſ; non ſm̃ idẽ,ſed aĩal ſm̃ aĩam eſt mouens,& ſcd̃m corpus eſt motũ.
Idem ergo erit in potentia,& in actu,motum,& mouens,ſed non ſecundum idem.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,quia videtur Author velle,ꝙ variȩ perfectiones cauſatȩ
& ſecdæ reducantur in uarias pfectiones cauſantes & primas,ut ꝙ eſſe cauſatorũ reducat̃ D
in ens primum,uiuere in uitam primã,& intelligere in intelligentiã primam , Videtur ergo
ex hoc,ꝙ ſit dare plura prima,& per conſequens plures primos. Videtur.n. ex hoc quòd
ſcd̃m numeꝝ perfectionum repertarũ in cauſatis,ſit dare numeꝝ cauſantium perfectiones
illas. Dicendũ quòd ſemper agens(niſi ſit æquiuocũ,vel inſtr̃ale,aſſimilat ſibi paſſum. Per-
fectiones ergo in effectibus non ſunt , niſi quædã ſimilitudines deriuatȩ à perfectionibus
cauſarũ. Eſſe ergo viuere,& intelligere,& oẽs perfectiones quas videmus in iſtis cauſatis
perfectiſſime reperiuntur in Deo. Vnde & phyloſophus in.5.metaphyſ. vult quòd primũ
principium ſit perfectiſſimũ:quia in eo reſeruant̃ perfectiones oĩum gn̄um. Aduertendum T.cõ.21.
tñ,quòd l; oẽs iſtȩ perfectiones veriſſime ſint in Deo,ſunt tñ ibi vnitiue,& modo vno, in
cau atis aũt ſunt modo vario,& multiplicato. Sic.n.imaginabimur,vt ſæpe ſæpius diximꝰ,
quòd perfectio quanto communior tanto (vt recipitur in materia, eſt imperfectior, ſi ab- Supra in
ſtracta,& ſeparata,eſt perfectior,vt ſi eſſe eſt communius, q̃ viuere, & viuere q̃ intelligere, ꝓpõne.4
vt iſtȩ perfectiones ſunt receptæ,& vt ſunt in alio habebunt hunc ordinem,v; quòd intel- m. n. nu.
ligere includit viuere,& eſt perfectius q̃ viuere. Nam viuere vita intellectuali eſt quoddã oo. & in
nobile viuere. Sic viuere includit eſſe,& eſt perfectius,quàm eſſe,nam eſſe modo vitali eſt ꝓpor. 9.
quoddam nobile eſſe:ſed ſi eſſet vera poſitio Platonis,v; quòd eſſe,viuere,& intelligere, eſ- g.h.
ſent ſeparata,eſſe ſeparatũ eſſet perfectius,& nobilius quàm viuere,& intelligere. Haberet
enim tale eſſe ſeparatum modum oppoſitum ad viuere,& intelligere, quæ ſunt in cauſatis.
Nam ſicut intelligere in cauſatis eſt quoddã nobile,& excellens viuere,& viuere eſt quod-
dam excellens eſſe:Ita eſſe illud ſeparatum eſſet quoddam excellens viuere , & quoddam
excellens intelligere,in illo.n.eſſe reſeruaretur excellenter viuere,& intelligere,& cæteræ
perfectiones:Sed l; non ſit vera poſitio Platonis iuuat tñ nos ad intelligendam quandam
maximam veritatem:quia licet non ſit dare multa talia ſeparata eſt tñ dare vnum aliquod Poſitio
ſeparatum quod eſt cã oĩum aliorum. Ergo oportet quòd illud ſeparatum ſit tale in quo Platoni-
contineantur omnia(vt poſſit eſſe oĩum cauſa,vel oportet quòd illud ſit tale in quo con- ci.
ueniant oẽs cauſȩ. Hoc aũt eſt eſſe: Nã oẽs cauſæ cõueniunt in dando eſſe, quicquid.n. eſt E
effectus alicuius, in tm̃ eſt effectus eius inquantũ accipit ab eo eſſe. Vñ & primũ qđ ab in
tellectu cõcipit̃ eſt ens,& eſſe,vt dicit Auicenna in metaphyſ.ſua.Deus ergo nihil eſt aliud
q̃ quoddã eẽ abſtractũ purũ,& ſeparatũ,& quia quãto aliquid eſt cõius,tãto ſeparatũ eſt pfe Auicẽna.
ctius.Ideo op; ꝙ illud eẽ ſit pfectiſſimũ,& ꝙ in eo reſeruent̃ oẽs pfectiões. eſſe ergo Dei ni
hil eſt aliud q̃ quoddã infinitũ pelagꝰ pfectionũ.Et ſic illud eẽ eſt viuere,eſt ĩtelligere,& eſt F
oẽs aliæ pfectiões.Vñ ecõuerſo ſe h; illud eẽ ad pfectiões,& pfectiões cãtoꝝ ad eẽ,Nã ĩtelli
gere in cãtis nõ reſeruat̃ in quocũq; eẽ,ſ; in eẽ dũtaxat nobili.Et viuere cauſatoꝝ nõ eſt qđ
cũq; eẽ,ſ; vt dicebat̃,eſt eẽ nobile. Vñ cãtoꝝ pfectiões ſunt excellẽter eẽ:ſ; in Deo eſt ecõ-
uerſo.Nã eẽ Dei eſt excellẽter oẽs iſtæ pfectiones. Illud ergo eẽ,eſt viuere nõ qđcunq; , ſ;
ſuperexcellẽs,& eſt intelligere nõ quodcunq;,ſ; ſupexcellens, & qđ dictũ eſt de viuere , &
intelligere,intelligendũ ẽ de pfectiõibus alijs:quia illud eẽ,eſt oẽs pfectiones ſupexcellẽter.
Oẽs ergo pfectiões ſunt in Deo vnitiue,qa ſunt vnũ eẽ Dei.Intells tñ nr̃ qꝛ nõ põt cõprȩhẽ-
dere illud eẽ Dei,qđ(vt diximꝰ)ẽ quoddã pelagus infinitũ,vno cõceptu,& vno verbo,app̃-
hẽdit ipm multis cõceptionibus,& noĩat ipm multis noĩbus.Et vocat illud eẽ,viuere,& vo-
cat illud ĩtelligere,& noĩat ipm ſm̃ noĩa aliaꝝ perfectionũ,& vere illud eẽ eſt oẽs illȩ perfe
ctiões.Et ſi poſſemꝰ illud cõpræhẽdere,ſicut illud vnũ eẽ cõtinet in ſe oẽs iſtas pfectiões, ſic
app̃hẽdẽdo,vel cõprȩhẽdẽdo tale eẽ formaremus vnũ cõceptũ in quo ĩtelligeremꝰ oẽs hmõi G
pfectiões:ſ; qa ñ poſſumꝰ illud ĩfinitũ pelagꝰ app̃hẽdere,ñ poſſumꝰ vno ꝯceptu oẽs pfectionẽ

dei exprimere, ſed formamus inde multos cōceptus, & oēs illi conceptus non ſufficienter
immo valde inſufficienter exprimunt diuinam perfectionem, attamē perfectius exprimūt
diuinā perfectionem plures cōceptus noſtri q̄ vnus conceptus tantū, & quod dictū eſt de
conceptibus nr̄is intelligendū eſt de ipſis rebus cauſatis. Nam nulla res cauſata pōt recipe
re illud infinitum pelagus perfectionis. Si.n.infinita aqua offerret ſe vni modico vaſi, illud
modicum vas non poſſet capere illam totā aquam infinitā: ſed aliquid modicū de illa par-
ticiparet: ſic diuina bonitas tota ſe offert cuilibet cauſatorum, nullum tñ cauſatum pōt
totam illam capere: ſed vnū cauſatorum participat de bonitate primi ſm̄ vnum modū: &
aliud ſm̄ alium modū: & tandem quodlibet ſecundū ſuum modum, & ſic iſta eſt illa men-
S.in cō. p ſura conueniens de qua dicebatur in propōne præcedenti, ꝙ deus menſurat oīa menſura
pōis. 16. conuenienti omni enti. Oīa.n.menſurat deus menſura cōuenienti: quia quodlibet cauſa-
Z. &. torum ſm̄ modum ſibi cōuenientem participat de bonitate primi. Hmōi ergo perfectio-
H nes quæ ſunt in cauſatis, multiplicatę, & ſparſę, & imperfectę, ſunt in Deo vnitiue, ſimpli-
citer, & perfectę. Dicamus ergo ꝙ aliqua cauſata participant de bonitate primi quantum
ad eſſe tantum, aliqua vero quantū ad eſſe, & viuere. Et aliqua quātum ad eſſe, viuere &
intelligere: ita ꝙ eſſe cauſatorum eſt ab eſſe, quod eſt eſſe primum. Et viuere cauſatorum
dicitur eſſe a vita quæ eſt vita prima, & intelligere cauſatoꝝ dicitur eſſe ab intelligētia quæ
eſt intelligentia prima. Eſſe ergo, viuere, & intelligere in rebus cauſatis pōt dicere perfe-
ctiones realr̄ differentes & varias. Nam eſſe reꝝ carentium vita, eſt realr̄ differens a vi-
uere. Nam viuere eſt idem ꝙ eſſe in viuentibus. Eſt tñ realr̄ differens ab eſſe quod eſt in
non viuentibus. Sic viuere in carentibus intelligentia, eſt realr̄ differēs ab intelligere: ſed
licet ſic ſit in cauſatis, in Deo tñ eſſe viuere, & intelligere vnam & eandē rem dicunt dif-
ferentem tm̄ ſm̄ noſtrum modū intelligendi. Nam illa res alr̄ apprehenditur ab intellectu
nr̄o, prout apprehenditur velut eſt quoddā eſſe, & alr̄ velut eſt viuere, & alr̄ velut eſt in-
telligere. Eſſe ergo primū a quo eſt omne eſſe, & vita prima a qua eſt omne viuere, & in-
telligentia prima a qua eſt omne intelligere nō ſunt plures Dij: ſed vnus & idem Deus, eſt
ergo dare plura talia prima differentia ſecundum rationem, & ſecundum noſtrum modum
intelligendi, non autem differunt realiter, vt Platonici poſuerunt.
I ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis quare ad hos, tres gradus reducūtur perfectiones crea-
turarum, vȝ ad eſſe viuere & intelligere. Dicendū ꝙ (vt cōiter ponitur) res pōt tripliciter
conſiderari, vel vt aliquid in ſe, vel vt tendit in aliud, vel vt continet alia. Tendere autem
in aliud eſt dupplr̄, vel tanq̄ motum ab alio, vel tamq; motum ex ſe. Si aūt tendit aliquid
in aliud ſolū tanq̄ motum ab alio, non erit hoc perfectionis in eo, & ideo per tale tendere
in aliud non cōſtituetur diuerſus gradus in entibus: Sed per tendere in aliud ex ſe (cū hoc
ſit perfectionis) cōſtituitur gradus ſuperior in entibus, & in hoc gradu dr̄ eſſe viuentia.
Nam viuere eſt quoddā moueri vel operari ex ſe: Illa.n.dicuntur mortua vel nō viuā quæ
non mouentur niſi ab alio mota, & quę non agunt niſi ab alio mota, Illa ergo dr̄ viuere
quę mouētur ex ſe. Vñ tam in operationibus q̄ in motibus transfertur nomē vitę ad quæ-
dam non viuentia ex eo ꝙ videntur ex ſe moueri vel operari. Vt dr̄ aquæ viuæ (vt ſu-
Supra.B. pra diximus, aquę quę mouentur, quia ex ſe videntur moueri: ſic etiā dr̄ ignis viuus quia
creditur operari ex ſe: non tū proprie viuit quia non habet ſuæ actionis dñium, vtroq;.n.
modo accipitur vitale, & ex eo ꝙ eſt moueri ex ſe, & ex eo ꝙ eſt habere dñium ſuæ actio
nis, & iſte eſt nobilior modus viuendi, hr̄e.ſ.dñium ſuę actionis, & operari ex ſe. Et moue
ri ex ſe perfectionis eſt, qm̄ aliquid moueri ex ſe, eſt illud tale eſſe diuiſibile in aliqua duo,
quorum vnū ſit per ſe mouens, & aliud per ſe motum, eſſe aūt per ſe mouens perfectio-
K nis eſt. Similiter cōtinere alia in ſe pōt eſſe dupplicīter.ſ.materialr̄ ſicut plātę & mixta cō-
tinent in ſe elemēta, vel formal ter ſicut cognoſcens cōtinet cognita, ſm̄ quē modū omnia
ſunt in aīa non materialiter (ſicut poſuit Empedocles) aīam compoſitam ex omnibus (vt
Empęd. eſſet cognoſcens oīa) ſed ſunt ibi formalr̄ in quantum ſunt ibi ſimilitudines rerū, quę ſunt
quædam formales expreſſiones ipſarum. Vnde & ipſe ſenſus prout eſt potentia cogniti-

ua recipit

uā recipit ſpēs rerum formalr̄, & non materialr̄, ſicut dr̄ in ſecūdo de aīa, ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuus ſpecieꝝ ſine materia. Continere aūt in ſe res materialr̄ non facit alium gradū in entibus, ſed cōtinere in ſe res formalr̄, non materialr̄, & maxime ſi contineat res nec materialiter, nec cum conditionibus materię (ſm quem modum ſunt res in intellectu) facit in entibus gradum altiorē. Trēs ergo erunt gradus in entibus, quoꝝ primus accipitur ex eo ꝙ res ſunt aliquid in ſe, & ſm talem gradum dār, res eſſe, & in hoc conueniunt omnia ſecundus vero gradus in entibus eſt prout res non ſolum ſunt aliquid in ſeipſis, ſed etiam per ſe & ex ſe tendunt in alia, & in hoc gradu ſunt viuentia quibus competit ex ſe in alia tendere. Tertius aūt gradus in entibus eſt prout res non ſolum ſunt aliquid in ſeipſis, & prout non ſolū ex ſe tendunt in alia, ſed etiam prout continent alia, nec materialiter nec cum conditionibus materię, ſed formaliter: & in hoc gradu ſunt res habentes cognitionem intellectiuam. Et quia oēs iſtę perfectiones receptę in cauſatis oportet ꝙ ſint a perfectionibus repertis in cauſa: quia quæ ſunt cauſatorum ſuperabundantius inſunt cauſis, vt dicit Dionyſius in de Diuinis nominibus. Ideo oportet ꝙ eſſe, viuere, & intelligere, ſint in Deo, a quibus perfectionibus diuinis hn̄t eſſe hmōi perfectiones in ipſis cauſatis. T. c. 12. &. 138. Dionyſi9

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis per quid īnoteſcat nobis ꝙ omnes hmōi perfectiones in Deo vnā & eandem rē dicant. Dicēdum ꝙ ipſe ordo & analogia reꝝ hoc nobis manifeſtat. Videmus.n.ꝙ ea quæ ſunt in ſupiori gradu, cōtinent inferiores gradus, vt ſi ſunt tres gradus entiū, puta eſſe, viuere & intelligere. Intelligere qd̄ eſt gradus ſupmus includit eſſe, & viuere. Ea.n.intelligunt viuūt & ſunt: Viuere aūt quod eſt gradus medius includit ipſum eſſe, Nā quæcūq; viuunt de neceſſitate ſunt, eſſe aūt qd̄ eſt gradus infimus, alia nō includit. Entia ergo viuentia & intelligētia non ſunt niſi quædā participationes diuinæ magis & minus pfectę Nā qui bonitatē pmam valde modicū, & infimo gradu participant dār eſſe tantum. Et adhuc in ipſo eſſe ſunt gradus, quia plus participāt de hmōi bonitate quę participant eſſe in actu, q̄ quæ participant eſſe in potentia. Nihil eſt tn̄ quod ſe abſcōdat a calore eius, & nō participet aliquid de bonitate & influentia eius. Quæ vero participant bonitatē primam in altiori gradu non ſolū ſunt, ſed etiam viuūt. Et etiā in ipſo viuere ſunt gradus, quia quædā viuunt vita ſolū quaſi materialr̄, quia mouentur ex ſe in quantū materialr̄ recipiunt nutrimentum in ſeipſis, & ſic augent & nutriunt ſeipſa, vt plantæ: Quædā autem viuūt vita ſenſibili, vt ceruus, leo, bos, & ſic de alijs brutis, Vlterius aūt quædam participant bonitatē primi adhuc in altiori gradu, vt habentia cognitionem intellectiuam, quę non ſolū ſunt & viuunt. Sed etiam intelligunt, & in hoc etiā ſunt gradus, quædā in ſui primordio hn̄t intellectū nudū, vt Aīę humanę quaꝝ intellectus naſcīū ſicut tabula raſa in qua nihil eſt depictū, quędā aūt hn̄t intellectū plenū formis, vt intelligētię quæ nō intelligunt per ſpēs acquiſitas, ſed īnatas & cōcreatas. Eſſe ergo viuere, & intelligere, nō dicunt niſi pticipationē vnius & eiuſdē bonitatis v3 diuinę, quā impfecte participāt entia, pfectius viuētia, & adhuc pfectius ītelligētia. Ipſe ergo modus pticipādi reꝝ, & ipſe ordo pticipātiū ſufficiēter declarat ꝙ oēs hmōi pfectiones in cātis nō dicūt niſi pticipatiōes eiuſdē bonitatis diuinę, alr̄ tn̄ & alr̄, ſm ꝙ magis & minus participatur ab eis. ¶ Deinde cū dicit.

COMMENTVM Propōnis decimæ octauæ.

Qvod eſt, quia ſi omnis cauſa dat ſuo cauſato aliquid, tūc proculdubio primū ens dat cātis ſuis ens. Et ſimiliter uita prima dat cauſatis ſuis motum. Quoniam uita eſt proceſſio procedens ex ente primo, quieto, & ſempiterno, & eſt motus primus. Et ſimiliter intelligentia dat cauſatis ſuis ſciētiā. Quod eſt, quia omnis ſciētia uera nō eſt niſi intelligentia. Et intelligentia eſt primū ſciens quod eſt influens ſciam ſuper omnia reliqua ſcientia. M

❡Propoſita propõne declarat & manifeſtat eam, circa quod duo facit, quia primo oſtẽdit qũo omnia entia ſunt ab ente primo, viuentia aũt a vita prima, intelligentia vero ab intelligente prĩo, ſiue ab intelligentia prima. Scđo per modũ recapitulationis oñdit qũo hmõi cauſata diuerſimode eſſe hñt a ſua cã ibi (redeamus aũt & dicamus.) Dicit ergo (qđ eſt, quia ſi oĩs cã dat ſuo cauſato aliquid) quia ĩprimit ei ſimilitudinẽ ſuam (ſic ꝓculdubio primũ ens dat) oĩbus (cauſatis ſuis ens).i.eſſe (& ſimiliter vita prĩa dat cauſatis ſuis motũ) & vitam (qm̃ vita eſt proceſsio ꝓcedens ex ente prĩo quieto, & ſempiterno, & eſt motus primus) eſt.n.vita quidã motus primus ꝓcedens ab ente primo, ſempiterno, quieto, & ĩmobili, & ſubdit ꝙ (& ſimiliter intelligentia) ſupple prĩa (dat cauſatis ſuis ſcĩam, quod eſt quia oĩs ſcĩa vera non eſt niſi intelligentia, & intelligentia eſt primũ ſciens qđ eſt influens ſcĩam ſuꝑ oĩa reliqua ſcĩa).i.ſuꝑ oĩa reliqua intelligẽtia, & hñtia ſcĩam. ❡Notãdũ aũt vim rõnis huius in hoc cõſiſtere, ꝙ cã dat cãto aliqđ: quia dat ei ſimilitudinẽ ſuã. Ergo a prĩo ente erit eſſe qđ eſt ſimilitudo eius in alijs entibus, & a prĩa vita erit viuere, qđ eſt ſimilitudo eius qđ eſt in alijs viuẽtibus, & a prima intelligẽtia erit intelligere & ſcire qđ eſt ſimilitudo eius in alijs intelligẽtibus & ſcientibus. ❡Notãdũ etiã ꝙ aliqui libri hñt ꝙ primũ ſciẽs eſt influẽs ſcĩam ſuꝑ reliqua ſcita, ſed correctior lr̃a eſt q̃ hẽt, ſuꝑ reliqua ſcĩa, vt pʒ ex antiqs textibus.

N ❡Dubitaret forte aliquis, qũo vita ſit primus motus procedens ab ente quieto, & ſempiterno. Dicendũ ꝙ ea quæ mouẽtur ex ſe ſunt prius mota q̃ ea quę mouentur ab alio: Vñ phyloſophus probat ꝙ cœlũ mouetur ex ſe: quia dignum eſt ꝙ primus motus cõpetat primo mobili, motus ergo ex ſe eſt motus primus, & quia illa dicuntur viuere quæ mouẽtur ex ſe, ideo vita eſt motus primus, & iſte motus primus eſt procedens ab ente primo, quieto, & ſempiterno, quia ſemper motus procedit ab ĩmobili, non.n.eſt abire in infinitũ. Si.n. omne quod mouetur ab alio mouetur, quia nihil mouet ſeipſum primo, oportet deuenire ad aliquid oĩo ĩmobile. Primũ ergo dr̃ viuere non ꝙ ei cõpetat motus, nec ꝙ ipſe moueatur ex ſe, nec ab alio, ſed ideo dr̃ viuere quia operatur ex ſe & habet dñium ſuę operationis. Non.n.eſt agens ex neceſsitate naturæ ſed per intellectũ, omne aũt agens ꝑ intellectum habet dñium ſuæ operationis, & operatur ex ſe, & dicitur viuere, & ex hoc ipſa actio intellectus dicta eſt vita. Nã & ipſum intelligere eſt quoddã opus vitæ, ſiue eſt opus viuẽtis, quia eſt opus habentis dñium ſuæ actionis. Habet etiam ſpecialem rõnem, quare actio intellectus dicatur vita. Sed non eſt pręſentis ſpeculationis. Sufficiat aũt nũc ſcire ꝙ Deus dicitur viuere, quia operatur ex ſe, & quia operaẽ per intellectũ, a ſuo aũt viuere, & a ſuo operari per intellectũ, & a ſe ipſo manente in ſe ĩmobili eſt oĩs motus, iuxta illud Boetij. Immobilis in ſe manens dat cũcta moueri. Si ergo ab hoc ĩmobili eſt oĩs motus, cũ vita ſit quidam motus, quia eſt quidã motus primus, cõſequens eſt ꝙ ab hac prima vita, & ab hoc immobili ſempiterno ſit omnis vita, patet ergo ꝙ ipſa vita non eſt niſi quidam motus primus procedens a tali ente primo immobili ſempiterno.

8 physicoꝝ. T. cõ. 27. & 39.

Boetius.

O ❡Vlterius forte dubitaret aliquis qũo ſcĩa non eſt niſi intelligentia. Dicendũ ꝙ, ꝑ ſenſum non acquiritur ſcĩa, & cognitio ſenſitiua non meretur dici ſcĩa. Scĩa ergo nõ eſt niſi intelligentia, quia non eſt niſi cognitio intellectiua. Et quia ſic eſt, prima intelligentia, ſiue primum intelligens eſt primũ ſciens, & eſt influens ſcĩam ſuper oĩa reliqua, quæ ſunt ſcĩa. Vel poſſumus dicere ꝙ ſcĩa nõ eſt niſi intelligentia, quia nõ eſt habita niſi per intelligẽtia.i.per cognitionẽ principioꝝ quæ dr̃ intellectus vel intelligentia. Hmõi aũt intelligentia potiſsime debet dici cognitio primi principij: quia in eo relucent oĩa. Scĩa ergo nõ eſt niſi intelligentia, & nõ eſt cauſata niſi ꝑ intelligentiã.i.per cognitionẽ primi principij, vel per cognitionẽ quæ eſt primũ principiũ, quia ipſum primũ principiũ eſt ſua cognitio, & eſt ſua intelligẽtia, eſt.n. Deus ipſa ſua actio. Intelligẽtia ergo ſiue cognitio primi principij eſt principiũ oĩs ſcię, & eſt ipſum primũ ſciens.i.eſt ipſe Deus: quia Deus (vt dictũ eſt) eſt ſua cognitio. Dupplr̃ ergo põt exponi textus, primo vt per intelligẽtiã intelligatur cognitio intellectiua & tunc eſt plana lr̃a, vʒ ꝙ ſcĩa vera non eſt niſi intelligentia.i.cognitio intellectiua, nõ ſenſitiua. Et intelligentia prima.i.cognitio intellectiua prima eſt primũ ſciens.i.eſt ipſe Deus

qui eſt influens &c. ¶Scđo modo pôt exponi lr̃a, vt per intelligentiá intelligatur cognitio principiorũ, & potiſsime cognitio primi principij.i.ipſius dei, & potiſsime cognitio quá Deus habet de ſeipſo. Tunc ergo erit ſenſus ꝙ ſcía vera non eſt niſi intelligentia.i.nõ eſt niſi per intelligentiá.i.per cognitioné & per ſciam, quá hét Deus de ſeipſo.Ná oís alia ſcía, & oís alia cognitio deriuata eſt a cognitione & a ſcía diuina. Et ſubdc ꝙ intelligentia.i.cognitio ipſius primi principij, ſiue cognitio & ſcía quá habet Deus de ſeipſo, eſt ipſum primum ſciens,quia Deus eſt ſua cognitio,& hoc primũ ſciens eſt influens ſciam ſuper reliqua entia quę ſunt ſcía.i.quę ſunt ſcientiam habentia. ¶Deinde cum dicit. P A

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

REdeamus ergo & dicamus ꝙ ens primũ & quietũ eſt cã cauſarũ, & ſi primũ ens dat oĩbus rebus ens.Tunc dat eis per modũ creationis. Vita autem prima dat eis quæ ſunt ſub ea uitam,non per modum creationis, ſed per modum formæ, & ſimiliter intelligentia non dat eis quæ ſunt ſub ea de ſcientia & de reliquis rebus,niſi per modum formæ. Q

¶Oſtendit per modum recapitulationis quó omnia hmói, cauſata diuerſimode eſſe hñt a ſua cã. Nam licet oía entia habeant eſſe ab ente primo,& viuentia habeát viuere a vita prima, & intelligentia habeát ſuũ intelligere ab intelligétia prima. Hoc tñ non eſt eodé modo quia eſſe eſt ab ente primo ꝑ creationé, viuere aũt eſt a vita prima,& intelligere ab intelligentia pría,per informationé ideo ait (Redeamus ergo & dicamus, ꝙ ens primũ & quietũ eſt cã cauſarũ. Et ſi primũ dat oíbus rebus ens).i.eſſe(tunc dat eis).i.rebus ipſum eſſe.(Per modum creationis: vita aũt prima dat eis quæ ſunt ſub ea vitá non per modum creationis ſed per modũ formæ. Et ſimiliter intelligentia nõ dat eis quæ ſunt ſub ea de ſcía & de reliquis rebus).i.de reliquis bonitatibus (niſi per modum formę.) ¶Notandũ aũt ꝙ cõiter hi textus ſunt corrupti: ſed ita debet ſtare textus, ſicut nunc legimus, vt patet ex antiquis textibus. E ¶Notádũ etiam ꝙ hęc propó hic poſita.ſ.ꝙ res hñt eſſentiá ꝑꝑ ens primũ &c. Habeť in libro Procli, & eſt propó. 120. habetur aũt ſub his verbis. R Procli propó. Oía quidé quæcunq; entia ex fine ſunt & infinito ꝑꝑ primũ ens,oía aũt viuétia ſui ipſorũ ſunt motiua ꝑꝑ vitá primá, oía aũt cognitiua cognitióe ꝑticipant ꝑꝑ intellectũ primũ. Ad cuius euidétiá ſciendũ ꝙ oía entia creata ſũt cõpoſita ex fine & ĩfinito.i.ex potétia,& actu,ſiue ex eſſentia & eſſe, ita ꝙ ipſa potétia,de ſe eſt ĩfinita & interminata:finiť aũt & terminatur ꝑ actũ & eſſentia q̃ etiá de ſe eſt infinita,& interminata finitur,& terminať per eſſe, tale aũt eſſe ꝙ ſit cõpoſitũ cum eſſentia hñt entia ꝑꝑ ens primũ,ſed ꝙ ſint viuentia & ꝙ moueant ſeipſa hñt ꝑꝑ vitam primam,ꝙ aũt ſint cognitiua & cognitione participét habéť ꝑꝑ intellectũ primum. Hęc auté verba ſi bene cõſiderentur oĩno eundé intellectum hñt cum propóne hic poſita.

¶Dubitaret forte aliqs quó eſſe ſit ꝑ modũ creatióis,viuere aũt & ĩtelligere & reliquę bonitates ſint ꝑ modũ formæ,ſiue ꝑ modũ informatióis. S Dicédũ ꝙ hoc breué hét difficultaté. Ná illud dr̃ ꝑduci ꝑ modũ creatióis qđ ꝑduciť nullo p̃ſuppoſito,illud aũt dr̃ ꝑduci ꝑ modũ formæ,vel ꝑ modũ informatióis qđ ꝑduciť aliquo p̃ſuppoſito:& qa inter ꝑfectióes pría ꝑfectio eſt eſſe,& quia eſſe nullá aliá ꝑfectioné p̃ſupponit,ió dr̃ ꝑduci ꝑ modũ creatióis.reliquæ aũt ꝑfectióes quia p̃ſupponũt eſſe dñr ꝑduci ꝑ modũ formę vel ꝑ modũ informationis. Imaginabamur.n.ꝙ ſicut drĩæ(quia ſũt magis cõtractę)ſe hñt ꝑ modũ formę reſpectu generis ſic oés aliæ perfectiones (quia ſunt magis cõtractæ q̃ eſſe) ſe hñt per modũ formæ reſpectu ipſius eſſe, In ꝑpoſitióe.17.F ſicut ergo qui intelligit aíal,intelligit aliquid qđ eſt in potétia ad hanc drĩam vel ad illá.Sic qui intelligit eſſe,intelligit aliquid qđ eſt in potétia ad hác ꝑfectioné & ad illá,vt qđ eſt in potétia ad talé ꝑfectioné q̃ eſt viuere,vel qđ pôt eſſe tale ens in quo reſeruať viuere,& tale in quo reſeruatur intelligere,vel alię ꝑfectiones.Accipiť ergo hic eſſe pro eo quod de re primo appræhendiť & qđ primo intelligitur eſſe productum.

PROPOSITIO DECIMA NONA.

A EX INTELLigentijs eſt, quæ eſt intelligentia diuina, qm̄ ipſa recipit receptionem multam ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex bonitate prima: & de eis eſt, quæ eſt intelligentia tantum, qm̄ non recipit ex bonitatibus primi, niſi mediante intelligentia: ex animabus eſt, quæ eſt anima intellectualis, quoniam eſt pendens per intelligentiam: & ex eis eſt, quæ eſt aīa tantum. & ex corporibus naturalibus eſt cui eſt anima regens ipſum, & faciens derectiones ſuper ipſum: & de eis ſunt, quæ ſunt corpora tantum non habentia animam.

¶ Poſtquàm Author oſtendidit, quòd oēs eſſentię dependent ab ente primo, ſiue ſint eſſentię hn̄tes eſſe tm̄, ſiue habentes eſſe, & viuere, ſiue habentes eſſe, viuere, & intelligere: In
In ꝑpoſi parte iſta (vt dicebatur) declarat quòd in ipſis eſſentijs ſunt gradus, quia quædam ſunt eſ-
tióe.18.a ſentiæ ſuperiores: & quædam inferiores. Ad cuius euidentiam ſciendum quòd in ordine rerum ſunt quatuor gradus. Nam in ſupremo gradu, eſt ipſe Deus, ſiue ponitur eſſe vnus Deus tm̄ ſm̄ quòd veritas ſe hʒ, & ſecundum quòd ponit fides nr̄a, & prout poſuit phyloſo-
Plato. phus, ſiue ponantur multi, ſecundum quòd poſuit Plato. Poſuit.n: Plato plures Deos, licet vnum tm̄ poneret Deum ſummum. In primo ergo gradu eſt ipſe Deus ſecundum veritatē, vel eſt ordo deorum ſecundum poſitionem Platonis: in ſecundo aūt gradu ſunt intelligentiæ. In tertio aūt ſunt aīæ. In quarto vero, & infimo gradu ſunt corpora. Eſt ergo ordo in eſſentijs rerum, vel in rebus, quia intelligentiæ ſunt ſupra aīas. Aīæ vero ſupra corpora.
B Rurſus in ipſis intelligentijs ſunt gradus, quia quędam ſunt intelligentiæ ſuperiores, & vocantur intelligentiæ diuinæ, quædam vero ſunt inferiores, & vocantur intelligentiæ tm̄. Et in ipſis aīabus ſunt gradus, quia ſicut intelligentiæ ſuperiores participant plus de bonitate Dei, & dicuntur diuinæ. Intelligentiæ vero inferiores deficiētes, à plenitudine huius participationis dicuntur intelligentię tantum, ſic in aīabus quędam ſunt participantes cōditiones intelligentiarum, & vocantur aīæ intelllectuales, quędam vero ſunt inferiores deficientes ab hac participatione, & vocantur aīæ tm̄, Hoc ēt modo eſt ipſis corporibus, quia quædam corpora ſunt nobiliora, & participant aīas, vt corpora aīata, & quędam ſunt ignobiliora deficientia à tali participatione, vt ea quæ ſunt corpora tantum, non habentia animas. Excepto ergo Deo, qui eſt primum ens, & cā oīum rerum, ſunt ſex gradus entiū cauſatorum: quia in primo gradu ſunt intelligentię diuinę. In ſecundo ſunt illę quæ dicuntur intelligentiæ tantum. In tertio gradu ſunt animæ ītellectuales. In quarto autem gradu ſunt animę quæ dicuntur animę tantum. In quinto vero gradu ſunt corpora animata. In ſexto aūt & infimo gradu ſunt corpora inanimata, ſiue non habentia aīam, quę dicuntur corpora tm̄. Duo ergo facit Author, quia primo proponit hmōi propōnem. Secundo propōnem
C propoſitam declarat, & manifeſtat. ibi. (& hoc non eſt ita.) Dicit ergo ꝙ (ex intelligentijs).i. ex ordine intelligentiarum (eſt) ſupple intelligentia, (quę eſt intelligentia diuina, qm̄ ipſa recipit receptionem multam ex bonitatibus primis, quę procedunt ex bonitate prima: & de eis).i. de intelligentijs, ſiue ex omni ordine intelligentiarum (eſt) ſupple intelligentia (quę eſt intelligentia tantum, quoniam non recipit ex bonitatibus primi).i. ex bonitatibus Dei (niſi mediante intelligentia) ſuperiori. Et ſubdit quòd (ex animabus).i. ex ordine animarum (eſt) ſupple anima (quę eſt aīa intellectualis, quoniam eſt) regens res (pendens per intelligentia) i. dependens ab intelligentia & participans conditiones intelligentię. (& ex eis).i. ex animabus (eſt) ſupple anima (quæ eſt anima tantum) vt puta aīa inferior non participans conditiones intelligentiæ. Et ſubdit quòd (Et ex corporibus naturalibus)

turalibus).i.ex ordine corporum naturalium (eſt) ſupple corpus (cui eſt anima regens ipſum & faciens directiones ſuper ipſum) vt corpus aïatum (& de eis) i.de corporibus ſiue in ordine corporum (ſunt) ſupple corpora (quę ſunt corpora) naturalia (tantũ non habentia aïas) vt corpora inanimata quæ ſunt in infimo gradu. ¶Notandum aũt ꝙ cõmuniter in libris hęc propõ propter ſui magnitudinẽ non eſt tota ſcripta de littera groſſa: vñ decipiuntur legentes credentes partem propõnis pertinere ad cõmentum, vſq; hic tamẽ durat propõ ſicut ex poſuimus. ¶Notandum ętiã ꝙ hanc eandem propõnem ponit proclus,& eſt,.111. Propõ libri ſui ſub his verbis, oïs intellectualis ordinatiõis ſyre.i.oïs intellectualis ordinationis hi quidem ſunt diuini intellectus, ſuſcipientes deorum participationes, hi autem ſunt intellectus ſolum. Et oïs animalis (ſupple ordinationis) hę quidẽ ſunt intellectuales aïę ſuſpenſæ(.i.dependentes)vel dependentiã habentes,ad intellectus proprios:hę autem aïæ ſolum.& oïs corporalis naturæ hæ quidem naturæ(.ſ.corporeæ) hñt aïas aſtantes deſuper, hæ aũt ſunt naturę corporales ſolum expertes.i.carentes pręſentia aïarum,patet aũt ꝙ Proclus in his verbis excepto Deo vel excepto ordine Deorũ (quia ipſe fuit Platonicus) diſtinguit ſex ordines rerũ,quia quędam ſunt intellectus diuini, quędam intellectus tantum, quædam ſunt aïæ intellectuales, & quædam animę tantum,quędam corpora animata,& quædam corpora tantũ,eadem ergo eſt ſententia Procli in propoſitione propoſita & huius Authoris in propoſitione ſua. D Proclus. Proclus.

¶Dubitaret forte aliquis qũo ex intelligentijs quædam ſunt intelligentię diuinę recipientes ex bonitatibus primis & a prima cã, quędam aũt ſunt intelligentiæ tantum. Nam nulla eſt intelligentia quæ ſit expers bonitatis diuinæ,quælibet ergo debet dici intelligentia diuina, quia quælibet eſt intelligentia,& quęlibet eſt particeps diuinę bonitatis. Dicendũ ꝙ quia ignis eſt maxime calidus & eſt primum calidũ ideo ipſe eſt cã oïum calidorum : ita ꝙ nihil eſt formalr̃ calidum (loquẽdo de iſtis mixtis) niſi inquantũ participat naturam ignis. Ita quia Deus eſt ſũme bonus,& eſt primum bonũ,eſt cauſa oïum bonitatum,ita ꝙ nihil eſt bonũ ex oïbus rebus creatis, niſi per participationẽ primę bonitatis: ſed ſi ſic dicimus,qđ credimus eſſe bene dictũ fortificamus difficultatem quęſitã: quia ſi nihil eſt bonũ niſi participatione diuinæ bonitatis,vñ ꝙ quodlibet dici debeat quid diuinum. Propter quod ſciẽdum, ꝙ quodlibet calidum ſortitur nomen proprij generis, vt ſi cinamomũ eſt calidũ ſortitur nomen ſui proprij generis. & licet quodlibet calidũ ſit calidum participatione ignis, ſed tñ ꝙ calidum denominetur ab igne & dicatur ignitum nõ cõpetit ei niſi valde abundanter participet ignem, adeo ꝙ quaſi poſſit facere operationes ignis, ſicut ferrum dr̃ ignitũ, quando ita eſt calefactũ ꝙ cõburit, & ꝙ quaſi põt facere operationes ignis: ſic & in ꝓpoſito nihil eſt bonum niſi participatione diuinæ bonitatis. Quælibet ergo intellligentia eſt bona, quia quęlibet talis participat diuinã bonitatem, & quęlibet intelligentia ſortitur nomen ſui generis, quia quælibet dr̃ intelligentia, nam intelligentia eſt genus ad oẽs intelligentias, ſed ꝙ intelligentia dicatur diuina,& denominetur à Deo non cõpetit ei,niſi in magna plenitudine participet bonitatẽ Dei: & quia hoc per quandam excellentiã habent intelligentiæ ſuperiores & nõ inferiores. Ideo intelligentię ſuperiores dicuntur intelligẽtiæ diuinæ, inferiores aũt dñr intelligentiæ tñ, non quia nullo modo participent diuinam bonitatem, ſed quia non participant eam in tanta plenitudine ſicut intelligentię ſuperiores, quę dictæ ſunt diuinæ: propter quod & Author ſignanter loquitur cũ vocat intelligentiã diuinam quę recipit ex bonitatibus primis quæ procedunt a cã prima, per receptionẽ multam, innuens per hoc eſſe intelligentias diuinas recipientes de prima bonitate receptione multa,eſſe aũt intelligẽtias tñ quę non participãt in tanta plenitudine de diuina bonitate. E F

¶Vlterius forte dubitaret aliquis Vtrum aïę humanę debeant dici intellectuales,& videtur ꝙ non: quia ſm phyloſophum in ſecũdo phyſicorũ non dr̃ tale niſi ꝙ eſt actu tale: vt non meretur nomen albi niſi quod eſt actu album, cum ergo intellectus humanus ſit pura potentia in genere intelligibilium,aïa humanã nõ meretur dici intellectualis, quia de ſe nõ eſt aliquid actu in genere intelligibilium. ¶Præterea videmus ad ſenſum ſic eſſe, ꝙ cum G T. c. 12.

materia eſt exiſtens ſub forma vnius contrarij eſt in potentia ad aliud cõtrarium, vt materia exiſtens ſub forma nigri eſt in potentia ad formam albi, modo ſi quod eſt potentia tale poſſet dici, vel mereretur noïari tale, tunc vnum contrariũ mereretur nomen alterius contrarij: & ſic nigrum poſſet dici album, & album nigrum quod nullus diceret. Anima ergo humana nõ meretur dici intellectualis quum ſit potentia pura in genere intelligibiliũ.

D Dicendũ quòd non eſt ſimile de materia reſpectu formæ ad quã eſt in potentia, & de anima noſtra ſiue de intellectu humano reſpectu ſpecierum ad quas eſt in potentia, nã materia non põt ſeipſam facere in actu, nec põt ſeipſam facere in forma, pp quod ſi eſſet, materia abſoluta ab oĩ forma, nec eſſet ens actu formalr, nec virtualiter, quia nullã haberet in ſe potentiã nec virtutem pp quam poſſet ſeipſam in actu facere. Materia ergo ſi abſoluta eſſet ab oĩ forma, nullo modo eſſet ens actu, ſed aĩa humana in ſui primordio antequã acquirat aliquam ſpẽm intelligibilem licet non ſit formaliter actu in genere intelligibiliũ, eſt tamen virtualiter actu in genere ipſo intelligibilium. Aĩa quidem humana non eſt formaliter actu in genere intelligibilium, quia in ſui primordio, antequã acquirat aliquã ſpeciem

H intelligibilem nullã habet formã per quã ſit intelligibilis actu, nec etiã per ſeipſam eſt actu intelligibilis. Sed fit actu intelligibilis per ſpẽs aliorum. Vnde & hoc modo cognoſcit ſeipſam

T.cõ. 8. ſam cognoſcendo alia, vt declarari habet in tertio libro de aĩa. Anima ergo humana per ſe ipſam nõ eſt formaliter actu intelligibilis, ſed fit hoc modo intelligibilis recipiendo ſpecies aliorum, ſed licet non ſit de ſe formaliter actu intelligibilis, eſt tñ de ſe virtualiter actu intelligibilis. Nam licet aĩa humana ſit oĩa fieri per intellectũ poſſibilẽ & in hoc aſſimiletur materiæ, quia ſm intellectũ poſſibilem eſt oĩa fieri quantum ad ſpẽs, ſicut & materia prima ſm ſuam potentiã pure paſſiuã eſt oĩa fieri quantũ ad formas ſenſibiles. Attamẽ ipſa eadem aĩa humana, q̃ eſt oĩa fieri ſm intellectum poſſibilem, eſt etiã oĩa facere ſm intellectum agentẽ, & in hoc materiam primam excellit, quia materia prima non habet in ſe virtutẽ actiuam per quã poſſit ſe facere actu ſub forma, pp quod abſoluta a forma (vt dicebatur) nec formalr, nec virtualr meretur dici ens in actu, ſed aĩa humana hẽt in ſe in-

I tellectum agentẽ per quẽ facit ſeipſam in actu ſm intellectũ poſſibilẽ. Sicut ergo ars facit materiã in actu quãtum ad formas artificiales, & agens naturale facit materiã ipſam in actu quãtũ ad formas naturales: ſic etiã intellectus agens reſpectu intellectus poſſibilis quãtũ

T. c. 17. ad formas ſiue ſpẽs intelligibiles (vt declarari hẽt in tertio de aĩa) ſe hẽt quaſi ars ad mate-

& . 18. riã. ita ꝙ intellectus poſſibilis p intellectũ agentẽ fit in actu quãtũ ad ipſas formas itelligibiles. Aĩa ergo humana licet de ſe non ſit actu formalr in genere intelligibiliũ, quia p intellectũ poſſibilẽ eſt oĩa intelligibilia fieri. Eſt tñ virtualr actu in genere intelligibiliũ, quia in ſe hẽt intellectũ agentem innatũ per quẽ eſt oĩa intelligibilia facere. Aĩa ergo humana põt dici intellectualis, quia eſt aliquid virtualr actu in genere intelligibilium, ita ꝙ ante acquiſitionẽ ſciẽ in genere intelligibilium rõne intellectus agentis eſt virtualr tm̃, poſt ſciam vero acquiſitam, & poſt ſpẽs intelligibiles receptas in intellectu poſſibili eſt actu in gñe itelligibiliũ, nõ ſolũ virtualr pp intellectũ agentẽ, ſed etiã formalr per receptionẽ ſpecierũ intelligibilium in intellectu poſſibili. Argũmenta aũt in oppoſitũ ſoluta ſunt per iã dicta.

K ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis. Vtrum in ipſa intellectualitate ſint gradus, vel vtrum aliquẽ formẽ debeant dici magis intellectuales q̃ aliẽ. Dicendum ꝙ aĩa noſtra modicũ participat de intellectualitate, vel modicum eſt intellectualis, at multum eſt rõnalis. Differũt n. intellectualẽ, & rõnale, nã ex hoc dicimur intellectuales, prout apprẽhendimus aliqua ſimplici intuitu, & ſine diſcurſu. & inde eſt ꝙ cognitio principiorũ dr̃ intellectus, quia principia ſimplr & ſine diſcurſu ſe offerunt intellectui, ſumus aũt rõnales quantum ad ea, quẽ apphendimus diſcurrendo & ratiocinãdo, & inde eſt ꝙ ſcribitur ſexto Ethicorũ ꝙ ad prin

Cap.9. cipia non eſt rõ, quia principia non intelligimus rõcinando & diſcurrendo. & quia modica ſunt illa quẽ apphendimus ſimplici intellectu, & ſine diſcurſu reſpectu corũ quẽ apphendimus rõcinando & diſcurrendo, iõ bene dictum eſt ꝙ nos multũ ſumus rõnales, modicũ aũt intellectuales. Aĩæ aũt cœlorum & intelligentiẽ plus hãt de intellectualitate & magis

ſunt intellectuales q̃ nos ſimus, quia nihil intelligũt cũ diſcurſu. Tã.n. aiæ cœlorum q̃ intelligentię in principijs intelligunt cõcluſiones & in ſubiectis intelligũt ea quę ſunt in eis, O
ita ꝙ non intelligunt diſcurrendo a principijs ad concluſiones, nec intelligunt cõponẽdo proprietates cũ ſubiectis. Nihil ergo intelligunt rõcinando & diſcurrendo, ſed ſine diſcurſu apphendũt tam cãs q̃ effectus, tam principia q̃ concluſiones, ergo magis ſunt intellectuales intelligentię & aiæ cœlorum q̃ aiæ noſtræ. Sic.n.eſt ꝙ ſimplr eſt magis q̃ quod eſt ſm quid, nos aũt ſumus intellectuales ſm quid, quantũ .ſ. ad pncipia q̃ apphendimus ſine diſcurſu, intelligentię aũt, & aiæ cœlorum quantũ ad aĩa quia (vt dictum eſt) nihil intelligũt diſcurrendo. Aduertendum tñ ꝙ ipſæ aię cœlorum quędam intelligentiæ ſunt, ſed ſunt intelligentię inferiores, nã dignum eſt ꝙ infima in intelligentijs attingant ſupma in corporibus. Cum.n. ſupma corpora ſint corpora cœleſtia, dignum eſt ꝙ ipſa attingant per infimas intelligentias. Eſt.n. lex Diuinitatis ſm Dionyſium cõiungere infima ſupmorum ſupmis infimorum. Dionyſi9
Indignum.n.eſſet ꝙ ſupmæ intelligentię adminiſtrarent corpora, cũ corpora quãtuncũq; ſupma ſint valde improportionabilia ipſis intelligentijs primis adminiſtratio ergo corporum quantũcunq; ſupmorum debet fieri per inferiores intelligentias. has aũt inferiores intelligentias motrices ſuper cœleſtium corporũ vocat iſte Author cœlorum aĩas, ideo & nos (vt ſaluata veritate aliquem modum induamus loquendi, ſm Authorem huius libri cuius expoſitionẽ intẽdimus) itelligẽtias iſtas iferiores mouẽtes oĩbꝫ vocam9 cœlorũ aĩas. ¶

¶ Vlterius aũt dato ꝙ aiæ cœlorum & intelligẽtiæ ſint magis intellectuales q̃ aiæ nr̃æ. Dubitaret forte aliquis, vtrũ ipſæ intelligentiæ ſint magis intellectuales q̃ cœlorum aiæ, & vr̃ ꝙ non, quia (vt patet ex q̃ſtione pcedenti) Hoc eſt eſſe intellectuale, intelligere .ſ. ſine diſcurſu, & quia q̃libet intelligentia & quælibet aĩa cœleſtis intelligit oĩa ſine diſcurſu, conſequens, eſt, ꝙ vna non ſit magis intellectualis q̃ alia. Dicendum ꝙ eſſe magis & minus intellectuale, eſt hr̃e magis & minus de intellectuali lumine. Propter quod dicere poſſumus ꝙ aię noſtræ minus ſunt intellectuales q̃ aiæ cœleſtes, quia minus hñt de intellectuali lumine, aiæ vero cœleſtes ſunt minus intellectuales, q̃ intelligentiæ, quia minus hñt de hmõi lumine: & inter ipſas intelligentias ſunt aliquę magis intellectuales quàm alię: quia plus hñt de intellectuali lumine. Deus aũt non ſolum plus hẽt de intellectualitatę quàm alia, ſed eſt quoddã intelligentię pelagus infinitum: quia ſuũ intellectuale lumen, eſt infinitum. Dicemus.n. ꝙ intellectuale lumen põt deſeruire ad quatuor, vꝫ ad intelligẽdum principia, ad intelligendũ ea quę poſſunt elici ex principijs, ad intelligendum vlĩores cõceptus, & ad intelligendum oĩa ſimul. intellectus ergo ille qui in ſuo lumine ſolum põt cognoſcere principia, non aũt ei ſufficit lumen ſuũ ad intelligendum ea quę poſſunt elici ex principijs, ſed oportet ꝙ cum quodã ſtudio & cum diſcurſu, & rõcinatione veniat in cognitionem eorũ, quæ eliciuntur ex eis, hmõi inquã intellectus modicũ habet de intellectuali lumine, talis aũt eſt intellectus noſter, cui in ſolo lumine intellectus agentis abſq; rõcinatione & diſcur- N
ſu fiunt nota ipſa principia, ſtatim.n.cum noſtro intellectui principia offeruntur in ſolo lumine intellectus agentis fiunt ei nota & aſſentit eis, dum tñ intelligat ſignificationes terminorũ. Verum quia hmõi lumen eſt valde debile iõ cognitis principijs non ſtatim cognoſcimus effectus: ſed oportet per ſtudiũ & rõcinationẽ & inquiſitionem diſcurrere a principijs ad cõcluſiones & a cauſis ad effectus. Immo pp debilitatẽ luminis nr̃i nr̃a cognitio nõ ſemper incipit a priori, ita ꝙ nõ ſolũ intelligimus diſcurrendo a cauſis ad effectus: ſed etiã intelligimus ordine ꝑpoſtero. In intelligentijs aũt, & in aĩabus cœlorũ eſt lumen fortius, Eſt.n. lumen illud ita potẽs, vt non ſolũ ſufficiat ad intelligendũ principia, & ad intelligẽdũ cãs, ſed etiã ſufficit & eſt potẽs tale lumẽ vt ſimul in cauſis & in principijs ĩtelligãt effectus & cõcluſiones. Propter qđ dicebãt & bñ, ꝙ tã aię cœlorũ, q̃ intelligẽtiæ ſunt magis intellectuales q̃ aiæ nr̃æ. Verum intelligentię pp magnã claritatẽ ſui luminis. Intelligũt p vlĩores ſpẽs, & per vlĩores cõceptus q̃ aiæ cœleſtes. & etiã quia inter ipſas intelligentias ſunt aliquæ intelligentię ſuperiores quæ intelligunt per vlĩores conceptus, & per vniuerſaliores ſpecies quàm inferiores (vt declaratum fuit ſupra in propoſitione decima) cõſequens

Q eſt ꝙ vniuerſaliter intelligentiæ habeant plus de intellectuali lumine & ſint magis intellectuales, q̄ aïæ cœlorum, & intelligentię ſuperiores magis q̄ inferiores. Deus aũt ipſe quia propter imenſitatem ſui luminis intelligit oïa ſimul, ideo eſt ſumme intellectualis, lumen ergo intellectuale in aïabus noſtris ſ̄m ſe abſq; alio diſcurſu, ſolum ſufficit ad intelligendum principia. In aïabus auté cœlorum tale lumen eſt potentius, quia in eis nõ ſolũ ſufficit vt ſine diſcurſu poſſint intelligere principia ſed etiam ſufficit vt ſine diſcurſu poſſint intelligere quæ poſſunt elici ex principijs. Adhuc auté in intelligẽtijs & potiſſime in intelligentijs ſuperioribus eſt hmõi lumen potentius, quia non ſolũ ſufficit in eis ad intelligendum ſine diſcurſu principia, & quæ poſſunt elici ex principijs, ſed etiam eſt hmõi lumen ſufficiens in intelligentijs ad intelligendum per vliores conceptus q̄ intelligant aïæ cœleſtes: & adhuc in intelligentijs ſuperioribus eſt ſufficiens ad intelligendum per vliores cõceptus q̄ intelligant intelligentiæ inferiores, in Deo aũt (vt dictum eſt) tanta eſt plenitudo intellectualis luminis, vt vno ſimplici intuitu oïa ſimul diſtincte & perfecte cõpræhẽdat, ſunt ergo aïę cœlorum (quia plus hñt de intellectuali lumine) magis intellectuales q̄ aïæ noſtræ, & vl̄r intelligentiæ ſunt magis intellectuales q̄ aïæ cœlorum & intelligentię ſup̄iores magis q̄ inferiores. Et Deus eſt ſũme ĩtellectualis excedẽs oïa ſ̄m ĩtellectualitatẽ, q̄a in gñe intelligibiliũ tenet ſupmũ gradũ tãq̄ actus purus cui nihil eſt de potẽtia admixtũ.

P ¶Vlterius forte dubitaret aliquis. Vtrum aïæ brutorum ſint aïæ tantũ, & vr̄ ꝙ non, quia aïa dicitur ab aïando. Ex hoc.n.dicta eſt aïa quia corpus animat & viuificat. Cum ergo aïæ brutorum vltra hoc ꝙ corpus animant & viuificant habeant multaꝝ rerum notitiam & cognitionem, vr̄ ꝙ non debeant dici aïæ tantum: ſed aïæ plantarũ quę nihil hñt vltra id ꝙ corpus viuificant & cõſeruant, bene ſ̄m hoc erunt aïæ tantũ. Dicendum ꝙ aïæ brutorũ debent dici aïæ tantũ, nam ſi vltra viuificationẽ & aïationem corporis habent p̄ ſenſus aliquarum reꝝ notitiam & cognitionẽ, hmõi tamen cognitio ſenſitiua non eſt data brutis vt deſeruiat eis ad ſcientiam, ſed tñ vt deſeruiat eis ad neceſſitatem vitæ, propter quod drĩa eſt inter ſenſus hominum & brutoꝝ, quia (vt dr̄ in principio primi methaphyſicę) p̄ter oẽm neceſſitatẽ diligimus ſenſus & maxime illũ qui eſt per viſum quia plures drĩas rerum nobis demoſtrat. Diligimus ergo ſenſus non ſolum quia deſeruiunt nobis ad neceſſitatẽ vitę, ſed etiã quia deſeruiũt nobis ad cognitionẽ & ſciam p̄ter.n. oẽm neceſſitatẽ vitæ (vt patuit per phyloſophum) diligimus ipſos ſenſus, non ſic autẽ eſt dicẽdum de ipſis brutis, nã ſi canis videt leporem non intuetur ipſum vt videat cuius coloris ſit, nec vt ſciat inter colores diſtinguere, ſed vt eum appræhendat, & vt eo vtatur pro alimento, & ſi leo audit ceruũ non delectatur in voce cerui, vt ſciat diſtinguere inter acutum & graue, ſed quia audiẽdo ipſum ſcit eum eſſe ꝓpinquum, & cito ſperat ex ipſo refici. Non ergo delectanẽ bruta in ſenſibus niſi in quãtum deſeruiunt eis ad neceſſitatem vitæ. Aïę ergo brutorũ ſunt aïæ tãtum: quia, & ſi præter hoc ꝙ viuificant corpus hñt cognitionẽ aliquarum rerum, illa tñ cognitio ꝓprie non meretur dici aliquid præter viuificationẽ corporis: quia nõ deſeruit eis niſi ad neceſſitatem vitę, & ad corporis viuificationẽ. Quod ergo dicebatur ꝙ aïę plantaꝝ ſunt aïę tñ, & non aïę brutorum, dici debet ꝙ vtræq; ſunt aïæ tantum, quia non hñt ſenſus niſi vt deſeruiunt ſibi ad neceſſitatem vitę, & ad viuificationem corporis. Attamen in huiuſmodi animabus ſunt gradus, quia ipſam viuificationem corporis nobiliori modo exercent animę brutorum qũam plantarum. ¶Deinde cum dicit.

Marginalia: Dionyſi. — In principio Prologi. — Q — vbi ſup.

COMMENTVM Propoſitionis Decimæ nonæ.

R ET hoc non eſt ita, niſi quoniam neq; eſt intelligibilis tota, neq; animalis tota, neq; corporea tota, neq; dependet per cauſam quæ eſt ſupra eam, niſi quæ ex ea eſt cõpleta, & integra; & pẽdet per cauſam quæ eſt ſupra eã.

Propoſita

¶ Propoſita propoſitione declarat,& manifeſtat eam, Circa quod duo facit, quia Primo manifeſtat propõnem aſſumptam generaliter,& in cõmuni: Secundo declarat eam ſpecialr & per partes ibi. (Sed quia non oĩs intelligentia) vel vt hñt quidam textus. (Similr quia non oĩs intelligentia) ¶ Dicit ergo,(& hoc non eſt ita) vel non fit ita,v3 quòd in entibus cauſatis quędam ſint intelligentię diuinæ,quędam intelligentiæ tm̃,quædam animę intellectuales,quædam aĩæ tm̃,quędam corpora animata,quędam corpora tm̃, hoc.ſ. non eſt ita, vel non fit ita,(niſi qm̃) ipſa ſupple natura entis cauſati (neq; eſt intelligibilis, tota , neq; aĩalis,tota,neq; corporea tota) Et ſubdit quòd(neq; dependent) ſupple natura entis cauſati(per cãm,quæ eſt ſupra eam,niſi quę ex ea).i.ex tali cã ſuperiori (eſt completa, & integra,&)quę ſupple res inferior completa, & integra , (pendet per cauſam, quę eſt ſuper eam) ſupple dependentia tali,quòd denominatur per talem cauſam.

¶ Dubitaret forte aliquis qũo ex his verbis habeat Author intentionem propoſitam. Dicendum quòd duo aſſumit hic Author in dictis ſuis,quorum primum eſt,quòd ipſa natura entis cauſati,non eſt tota intellectualis,nec tota aĩalis,nec tota corporea, Ex quo habeť ꝙ ens cauſatum non eſt intelligentię tm̃,nec aĩę tantum,nec corpora tantum, ſed eſt oĩa iſta tria,ſcd̃m quod aſſumit eſt,quòd non oẽ inferius dependet à ſuperiori,ita ſupple quòd denominetur ab illo. Non.n. oĩa corpora dependent ab aĩabus,ita quòd debeant dici aĩata; nec oẽs aĩæ ſic dependent ab intelligentijs, ita quòd debeant dici intellectuales : nec oẽs intelligentiæ ſic dependent à Deo,ꝙ participent diuinam bonitatem in tanta plenitudine, ꝙ per excellentiam mereantur dici diuinæ:ſed talis dependentia eſt ſolum ſcd̃m perfectũ, & integrum,Ita ꝙ perfecta in corporibus dñr aĩata,perfecta in aĩabus dñr intellectualia, & perfecta in intelligentijs dñr diuina. Ideo ſignanter dicit Author,ꝙ non dependet ſupple res inferior per cãm,quę eſt ſuper eam(ſupple tali dependentia,ꝙ denominetur à cã , quę eſt ſupra ipſam)niſi talis res inferior,quę ex ea.i.ex cã ſuperiori eſt completa , & integra, quæ.ſ res inferior completa,& integra,pendet per cãm,quę eſt ſupra eam , ſupple dependentia tali,ꝙ denominetur ab ea. Si ergo non tota natura entis eſt intelligentiæ, nec tota eſt aĩæ,nec tota eſt corpora,(vt dicit dictum primum)& ſi non oĩa inferiora dependent à ſuperioribus ſupple dependentia tali,ꝙ denominentur ab eis,ſed ſolum ſic dependent inferiora perfecta,& integra(vt dicit ſm̃ dictum) Per primum dictum.ſ. quòd non omnia entia cauſata ſunt intelligentiæ,nec oĩa aĩę,nec oĩa corpora habetur,ꝙ tres ordines ſunt v3 ordo intelligentiarum,aĩarum,& corporum. Per ſm̃ aũt dictum ꝙ.ſ.non oia inferiora dependent à ſuperioribus,ita ꝙ denominentur ab eis,ſed ſola integra,& perfecta, habetur ꝙ quilibet trium prędicatorum ordinum diuiditur in duos ordines , nam non quælibet intelligentię denominantur a Deo,ſed ſolum perfectę,erunt ergo quædam intelligentiæ diuinę,vt perfectę,& quędam erunt intelligentię tm̃,vt illę quæ non ſunt ita perfectæ,ſic nõ oẽs animæ ſunt intellectuales,ſed tantum aĩę perfectæ. Erunt ergo quędam aĩæ intellectuales,vt aĩæ perfectæ,& quædam erunt aĩæ tantum,vt imperfectę. Sic nec oĩa corpora erunt aĩata,ſed tm̃ corpora perfecta,Erunt ergo quędam corpora aĩata,vt corpora perfecta,& quędã erunt corpora tm̃,vt corpora imperfecta. Propter quod ex textu,vel ex duobus dictis in textu declarata eſt propoſitio tota. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

SEd quia non omnis intelligentia pendet per bonitates cauſæ primæ niſi quæ eſt ex eis in primis & completa & integra, Ipſam enim poteſt recipere bonitates deſcendentes ex cauſa prima,& pendere per eas vt vehemẽs fiat ſua bonitas.

❡Declarat propoſitionem propoſitam ſigillatim per partes continebat aũt huiuſmodi ꝓpoſitio tres partes quarum prima erat,ꝙ non oẽs intelligentiæ ſunt diuinæ,ſed quędã ſunt diuinæ,& quædam intelligentiæ tantum,ſecunda aũt erat, ꝙ non oẽs animæ ſunt intellectuales,ſed ꝙ quædam ſunt intellectuales,& quędam aĩæ tantum. Tertia vero pars propoſitionis erat,ꝙ non oĩa corpora ſunt animata,ſed ꝙ quędam ſunt corpora aĩata, & quędam ſunt corpora tantum. Tria ergo facit,quia primo declarat primũ,ſecdo ſcdm,& tertio tertium. Secunda ibi (& ſimilr̃ non oĩs aĩa)Tertia ibi.(Et ſimiliter non oẽ corpus.)

❡Dicit ergo (ſed quia non oĩs intelligentia pendet) vel dependet(per bonitates cauſę primę) ſupple dependentia tali,ꝙ denominetur à Deo,& ꝙ dicatur diuina(niſi)intelligentia,(quę eſt ex eis).i.ex intelligentijs(in primis).i. principalr̃,(& cõpleta, & integra: ipſa.n.) .i.ipſa intelligentia,quæ eſt in primis,& de ſupremis in intelligentijs,& quæ eſt completa, & integra(põt recipere bonitates)dependentes,vel(deſcendentes ex eã prima &) poteſt talis intelligentia(pendere).i.dependere(per eas).i.per tales bonitates(vt vehemens).i. vt efficax(fiat ſua bonitas)vel ſua vnitas,quaſi dicat quòd non omnis intelligentia dependet ſic à cauſa prima,quòd denominetur ab ea, & quòd dicatur diuina,aut quòd habeat vehementem vnitatem.i.ſimplicitatem,vel vehementẽ bonitatem,ita ꝙ poſſit dici diuina,propter quod declarata eſt prima pars propoſitionis, vʒ ꝙ non oĩs intelligentia eſt diuina,ſed quædam intelligentiæ ſunt diuinæ,vt illę quæ ſunt perfectę,& integræ,& quædam ſunt intelligentię tm̃,vt illæ,quæ deficiunt a tanta perfectione. ❡Deinde cum dicit.

X ET ſimiliter nõ omnis anima dependet per intelligẽtiam,niſi quæ eſt ex eis completa,& integra,& vehementius ſimilis cum intelligentia per hoc ꝙ pendet per intelligentiam,& eſt intelligentia completa.

❡Declarat ſecundam partem ꝓpoſitionis dicens(& ſimiliter non oĩs anima depẽdet per intelligentiam) ſupple ita quòd denominetur ab ea,& ꝙ dicatur intellectualis(niſi)anima (quę eſt ex eis).i.ex aĩabus(completa & integra,&) ſupple dr̃ aĩa intellectualis (vehemẽtius ſimilis) .i. illa quæ eſt vehementius ſimilis cum intelligentia (per hoc ꝙ pendet per intelligentiam,& eſt intelligentia completa).i.ex hoc eſt ipſius animæ intelligentia cõpleta.i.in hoc completur intellectualitas ipſius aĩę,& ex hoc dicitur intellectualis,quia depẽdet per intelligentiam,& hʒ aliquam vehementem ſimilitudinem cum intelligentia.q.d. ꝙ non omnis aĩa eſt intellectualis,ſed ſolum illa,quę eſt completa,& integra:& quæ ſic dependet per intelligentiam,ꝙ hʒ ſimilitudinem cum ipſa intelligentia. Erit ergo aliqua aĩa intellectualis,vt illa quę eſt completa,& perfecta,& aliqua erit aĩa tantum,vt illa quæ eſt imperfecta. Animæ n. humanę,vel aĩæ cœlorum dependent ab intelligentijs modo intelligibili,quia poſſunt illuminari per eas,ideo tales aĩæ ſunt intelligibiles:aĩæ aũt brutorum, & Plantarum non ſic dependent,ſed ſunt aĩæ tantum. ❡Deinde cum dicit.

Y Et ſimiliter non omne corpus naturale habet animã niſi quod eſt ex eis completum & integrum, quaſi ſit rationale & ſecundum hãc formam ſunt reliqui ordines intelligibiles.

❡Declarat tertiam partem dicens(& ſimiliter non oẽ corpus naturale hʒ animã,niſi)corpus(quod eſt ex eis).i. ex corporibus(completum,& integrum quaſi ſit rationale).i.rationabile,Ita ꝙ quoddam corpus ſit aĩatum,vt corpus integrum,& completum,& perfectum & quoddam ſit corpus tantum,vt corpus imperfectum,& ſubdit ꝙ (& ſcdm hanc formam ſunt reliqui ordines intelligibiles)nam & in ipſis ordinibus intelligibilibus,vt tam in intelligentijs diuinis ꝙ̃ in intelligentijs tantum,ſunt duo gradus ſcdm hanc formam,& hũc modum,quia quędam intelligentię diuinæ ſunt magis perfectę , & quædam minus perfectæ,

ſic ẽt,& in his quę ſunt intelligentiæ tm̃ quędam ſunt perfectiores, & quędam minus perfectæ,& in aĩabus tam intellectualibus q̃ in alijs,& in corporibus tam aĩatis quàm alijs eſt aſsignare huiuſmodi gradus,& huiuſmodi ordines,& huiuſmodi diſtinctiones.

PROPOSITIO VIGESIMA.

CAVSA prima regit res creatas omnes, præter ꝙ commiſceatur cum eis. A

¶Poſtq̃ Author oſtẽdidit qũo ſe hñt inferiora ad ſuperiora,quia ab eis dep̃edet tam ſm virtutem q̃ ſm eſſentiam. In parte iſta(vt dicebatur)declarat qũo ſe habeant ſuperiora ad inferiora,& ſpecialr̃ agit de cã prima,declarans qũo ipſa ſe habeat ad oĩa alia entia:& qũo regat ea,in determinando aũt de regimine primæ cauſæ,duo facit,quia primo determinat de huiuſmodi in generali, ſecundo vero in ſpeciali ibi(primum eſt diues) in principio vigeſimæ primæ propoſitionis. Circa primum duo facit,quia primo circa regimen cauſæ primæ præmittit propoſitionem quandam. Secundo propoſitionem præmiſſam declarat ibi(quod eſt quia regimen.) ¶Dicit ergo ꝙ (cauſa prima regit omnes res creatas præter,ꝙ cõmiſceatur cum eis.) In ꝓpoſitione.16. a.

¶Dubitaret forte aliquis qũo prima cauſa ſic regit,& gubernat res præter hoc,ꝙ non cõmiſcetur cum eis. Dicendum ꝙ regere,& gubernare res eſt quantum eſt de ſe deducere eas ad debitum finem. Vnde ex hoc dicuntur rectores ciuitatum regere,& gubernare ciues,quia faciunt eos pacifice viuere,& permittunt eos ſolida pace gaudere, vt vnuſquiſq; liber ab impedimentis extraneis poſsit facilius finem debitum conſequi. Puniunt etiam rectores ciuitatis malos,& exaltant bonos,vt ex punitione malorum,Quilibet(ne puniatˀ) quieſcat agere peruerſe,& exaltatione bonorum quilibet(vt exaltetur)diſcat benefacere, B Agentia ergo illa per quę res conſequuntur fines ſuos dñr facere ad regimen,& gubernationem rerum,ſed hmõi agentia,vel agunt per naturam,vel per intellectum. Omnia autẽ agentia tam per naturam q̃ per intellectum ſi faciunt ad regimen,& ad gubernationem rerum op;,ꝙ commiſceantur rebus excepto ſolo agente primo:qui ſic regit, & gubernat res ꝙ non cõmiſcetur rebus. Cõmiſceri aũt rebus eſt aſsimilari eis. Sed hmõi aſsimilatio põt eſſe,vel ſcd̃m ſpẽs intelligibiles,vel ſcd̃m formas ſenſibiles. Rurſus aſsimilatio ſcd̃m formas ſenſibiles,vel põt eſſe ſcd̃m identitatem ꝓpinquam,vel ſcd̃m identitatem remotã. Et ſcd̃m hoc diſtinguemus triplex agens:Nã quoddam eſt agens alterans alteratũ, quoddã vero eſt agens alterans non alteratũ mouens tũ motũ,quoddam aũt eſt agens alterãs non alteratũ, nec localr̃ motum,ſed eſt mouens non motum. Ergo aliter agũt & faciunt ad reꝝ guberna tionem elementa & ea,quę ſunt in ſphæra actiuoꝝ,& paſsiuoꝝ,aliter corpa cœleſtia, & alr̃ intelligentia. Elementa.n. & exiſtentia in ſphera actiuoꝝ,& paſsiuoꝝ agunt, & faciũt ad regimen,& gubernationem reꝝ in ſeipſis tranſmutata,& alterata: quodlibet.n.tale agens alterat alteratum,vt ſi res calida debeat infrigidari per aquam frigidam,hmõi aqua frigida ſic alterat,& infrigidat rem calidam,ꝙ ẽt ipſa aqua in ſeipſa alteratˀ,& calefit per hmõi rem calidã,Et qđ dictum eſt de frigido reſpectu calidi intelligendum eſt de calido reſpectu frigidi. Calidũ nanq; nõ alterat frigidũ,niſi ab ipſo alteretur,&: ſi calidum alterans frigidum non infrigidatˀ,quia ignis manens ignis non põt frigeſieri,põt tñ ignis fieri impurus,& effectus impurus aliquam remiſsionem caloris patitur. Vñ ſemper ignis circa partẽ illã vbi attingit aerem pp continuam actionẽ q̃ hẽt ad ipſum aliquã impuritatẽ h;,& aliquã remiſsionẽ caloris. Sphera.n.ignis circa partem illã nõ eſt ita pura,nec ita ſcd̃m calorẽ inteſa ſicut eſt circa orbẽ Lunę. Oĩa ergo talia agẽtia alterãt alterata,& p ꝯñs agẽdo cõmiſcent ſe rebꝰ in quas agũt,quia recipiũt aliquã ſiltudinẽ illaꝝ reꝝ,nam ignẽ remitti I calore eſt aliquo mõ aſsimilari frigido, & eſt aliquo mõ frigido cõmiſceri. Nam ſicut illud eſt albius qđ nigro C

eſt impermixtius,ſic illud eſt calidius quod eſt à frigido remotius, & in calore intenſius. Remitti.n. calore eſt aliquo modo frigido commiſceri. Quicquid ergo ſic agit in res, ꝙ
D alteratur à rebus,ipſis rebus in quas agit quodammodo permiſcetur. Corpora ẽt cœleſtia lʒ non agant alterata,agunt tñ localiter mota,& in hoc quodammodo cõmiſcetur rebus.n. quia non pñt mouere res,niſi,& ipſa moueantur. Hmõi tñ commixtio,& hmõi aſſimilatio non eſt ſcđm aliquod ſimile propinquum,ſed ſcđm aliquod ſimile remotum. Nam corpora ſupercœleſtia mouent hæc inferiora motu ad formam,ipſa tñ non mouentur, niſi motu ad vbi,Ipſe autem motus ad vbi aliqualem ſimilitudinem hʒ cum motu ad formam, hʒ tñ cum hoc magnam diſſimilitudinem. Aliquo ergo modo aſſimilantur,& commiſcentur rebus in quas agunt corpora ſupercœleſtia,ex quo non pñt res mouere,niſi & ipſa moueanť. Intelligentię aũt,quę mouent non motæ,nec motu ad formam,nec motu ad vbi, ſic faciũt ad regimen,& ad gubeenationem rerum:ꝙ ẽt rebus commiſcentur. Nam intelligẽtię agũt intelligendo. Conſtat aũt ꝙ intelligentiæ non intelligunt res alias,niſi informatę ſimilitudinibus aliorum. Intelligendo ergo res aliquo modo permiſcentur rebus:quia permiſcenť
E ſimilitudinibus,& ſpeciebus rerum. Solus aũt Deus ſic regit,& gubernat res: quòd nullo modo permiſcetur rebus:quia non mouet alteratus ſicut elementa,nec mouet motus ſicut corpora ſupercœleſtia,nec mouet ſimilitudine informatus ſicut intelligentię, Non ergo permiſcetur Deus rebus mobilibus,ſic quòd permiſceatur ſimilitudinibus rerum mobiliũ, nec permiſcetur rebus mobilibus,ita ꝙ moueatur aliquo genere motus,& in hec mobilibꝯ aſſimiletur:nec permiſcetur mobilibus ſic,ꝙ à mobilibus alteretur. Sicut.ñ.dr̃ album permiſceri nigro,quia aliquo modo accedit ad ea,quæ ſunt nigri,ſic dr̃ agens permiſceri paſſo, qñ aliquo modo accedit ad ea,quę ſunt paſſi,& quando aliquo modo aſſimilatur paſſo, ſiue illa aſſimilatio ſit ſecundum ſpẽm intelligibilem,ſicut eſt in intelligentijs: ſiue ſit per aliquod ſenſibile,& hoc vel ſ̃m ſimilitudinem remotam,ſicut motus localis aliquam ſimilitudinem remotam hʒ cum motu ad formā, ſ̃m quem modum corpora ſupercœleſtia aſſimilantur iſtis rebus inferioribus in quas agunt,ſiue ſit talis aſſimilatio per aliquod ſenſibile propinquum,ſicut corpus frigidum agens in calidum permiſcetur, & aſſimilatur calido,quia remittitur in frigiditate,vel aliquid ſuſcipit de calore.

F ¶Vlterius forte dubitaret aliquis,quia videtur ꝙ ipſe Deus regat,& gubernet res permixtus rebus. Nam cum regat,& gubernet res per ſuam ſapientiam,& intellectum,& cum oẽ intelligere fiat per aſſimilationem,videť ꝙ & ipſum regimen primi fiat per hoc, ꝙ admiſcetur ſimilitudinibus rerum. Dicendum ꝙ in oĩ admixtione eſt dare compoſitionem, vbi ergo nulla eſt compoſitio ibi nulla admixtio. Ideo oẽ ſimplex ſ̃m quòd hmõi eſt purum, & non admixtum,omne aũt compoſitum ſ̃m quòd tale aliquid participat de impuritate,& de admixtione,ſcđm hoc ergo dicemus ꝙ aliter intelligere intelligentiarum eſt per aſſimilationem,& aliter intelligere ipſius Dei,Nam intelligere ipſarum intelligentiarum ſic eſt per aſſimilationem,ꝙ ipſę aſſimilationes,& ipſæ ſpẽs rerum per quas intelligentię aſſimilantur rebus,ſunt differentes realiter ab eſſentia intelligentiarũ:& faciunt compõnem aliq̃ cum ipſa eſſentia,ꝑ quod eſt ibi quodammodo quędam permixtio:ſed ipſe Deus non ſic aſſimilatur rebus,ꝙ in ipſo ſint aſſimilationes rerum differentes ab eius,eſſentia facientes compoſitionem cum ipſo:ſed ipſa eius eſſentia eſt oĩum rerum ſimilitudo. Propter qđ non ꝓprie dictũ eſt,ꝙ intelligere Dei ſit ꝑ aſſimilationẽ,nam hoc dr̃ aſſimulatũ cui aliqđ eſt additũ per qđ efficiť ſimile. Et quia diuinæ eẽntię nihil eſt additũ,nõ dicimꝯ ꝙ Deꝯ ĩtelligat per aſſimilationẽ,ſed intelligit oĩa per ſuã eſſentiã,quæ eſt oĩum rerum ſimilitudo,ibi ergo nulla eſt ꝑmixtio,qa ibi nulla eſt cõpoſitio:Intẽtio ergo Authoris eſt,ꝙ Deus ſic regit res, ꝙ non cõmiſcetur rebus,qa nõ regit res ꝑ aliqđ additũ ſuæ eẽntię,ex cuius compõne dicať rebus commiſceri,ſed regit,& gubernat oĩa manẽs in ſe purus ſimplex,& impermixtus.

G ¶Vlterius forte dubitaret aliquis quare Author hanc propõnem adducat.I.ꝙ prima cauſa regat res creatas ꝑter hoc,ꝙ cõmiſceať cũ eis. Dicendũ ꝙ forte Author hanc ꝓpõnem induxit ad remouendũ errorẽ,& falſum quorũdam intellm̃ circa regimẽ Dei. Crediderũt.n.

aliqui

aliqui ꝙ nõ poſſet Deus regere res niſi regeret eas eo modo quo res createꝫ regũt alias res creatas. Nulla aũt res creata regit res alias niſi aliquo mõ diſtrahatur a ſeipſa, vt videmus in regimine hoĩum, ꝙ Reges & principes intendentes regimen aliorũ diſtrahunt a quiete propria, ſic etiam videmus in regimine naturali, vt ſi elementa vel etiã alia corpora exiſtentia in ſphera actiuorum & paſſiuorum agunt in aliquas res, & faciunt ad regimen aliquarum rerum, opꝫ ꝙ diſtrahantur a quiete ꝓpria: quia non agunt niſi alterata. Sic etiã & corpora ſupercœleſtia nõ faciunt ad regimen iſtarum rerum niſi diſtracta a quiete ꝓpria, quia nõ poſſunt mouere niſi mota. Vtrum autẽ ſit corpus ꝙ moueat nõ motum (ſicut nos Theologi ponimus eſſe cœlũ Empireum) nõ eſt pñtis ſpeculationis declarare, quia p rõnes humanas tale corpus eſſe, non põt ſufficienter declarari. De his.n. queꝫ p reuelationem ſunt habita, tractare pñs ſpeculatio non admittit. Sufficiat aũt ad pñs ſcire ꝙ ſm ea quæ via rõnis poſſumus ſufficienter venari, nullum corpus põt mouere niſi motũ, & niſi diſtractum a quiete propria, ſic etiam intelligentiæ (naturalr̃ loquendo) nõ põt facere ad regimen iſtorum inferiorum niſi diſtractæ a ſeipſis. Nam ſi intelligentia naturalr̃ per ſeipſam cõtemplaẽ & ſemp ſeipſam intelligit, attamen cũ conuertit ſe ſup ſpẽs aliorum (vt intelligat alia, aliquo modo remittiẽ in intellectione ſui ipſius. Intenta.n. ad intelligendum alia non ita plene contẽplatur ſeipſam ſicut ſi ſolũ ſui contẽplationem intenderet. Vtrum autẽ per gratiam poſſit tribui intelligentiæ ꝙ ſic regat alia, ꝙ in nullo diſtrahatur a ſeipſa, non eſt præſentis ſpeculationis. Sufficiat autẽ ad præſens ſcire, ꝙ naturali cognitione intelligentia non põt eſſe intenta ad intelligendum alia niſi aliquo modo diſtrahatur ab intellectione ſui ipſius, qũo autem fiat talis diſtractio, & qño intelligentia nõ ita plene intelligit ſeipſam quando eſt intenta ad intelligendum alia, in quæſtionibus noſtris Theologicis quas diſputauimus de angelorum cognitione diffuſius diximus. Si ergo Deus ſic regeret res alias ſicut res creatæ faciunt ad regimen aliorum, quia (vt dictum eſt) nulla res creata põt naturaliter facere ad hmõi regimen niſi ꝑmixta rebus & niſi diſtracta a quiete propria, & niſi diſtracta a ſeipſa, vel a cognitione ſui ipſius) melius eſſet ponere ꝙ Deus nullã curã haberet de rebus quàm ꝙ haberet hoc mõ rerum ꝓuidentiam, quia ſi ipſe hoc mõ gubernaret res vileſceret, & fieret ĩperfectus. Vñ & Epicurei opinantes Deum non poſſe hr̃e prouidentiã rerum niſi ĩpediretur a quiete ꝓpria, & diſtraheretur a ſeipſo, poſuerunt Deos eſſe ocioſos, & dixerunt Deos de nullo curare, & nullarum rerum hr̃e prouidentiã. Author ergo volens hunc errorẽ deſtrueẽ dixit ꝙ prima cã ſic regit oẽs res creatas, ꝙ rebus alijs minime permiſceẽ, pp quod a quiete ꝓpria & a cognitione ſui ipſius pp tale regimen in nullo diſtrahitur. Nam pp regimen rerum non põt diſtrahi, niſi in regendo res cõmiſceatur rebus, vt per quæſtiones ſequẽtes clarius apparebit. Volens ergo Author oſtendere ꝙ Deus in nullo diſtrahiẽ, nec in aliquo impediẽ pp ſuũ regimẽ, ait, ꝙ regit oẽs res creatas ꝑter ꝙ cõmiſceaẽ cũ eis. ❡ Deĩde cũ dicit. H I Epicurei

PROPOSITIONIS Vigeſimæ Cõmentum.

QVod eſt, quia regimen ipſius non debilitat, neqꝫ deſtruit vnitatem eius exaltatam ſuper omne eſſe, nec eſſentia vnitatis eius ſeiũcta prohibet eam quin regat res. K

❡ Propoſita propõne declarat eam Circa qđ tria facit. Quia prĩo facit qđ dictũ eſt. Scđo quædã quæ ſuppoſuerat manifeſtat. Et tertio p modũ recapitulationis oñdit, qũo primum agens ſe habeat ad ſuos effectus & ad ea in q̃ agit. Secunda ibi (& bonitas prĩa non influit) Tertia ibi (redeamus ergo & dicamus) circa primum tria facit ſm ꝙ tripliciter propõem propoſitã declarat. Secũda ibi (qđ eſt quia cã prĩa) Tertia ibi (& ipſa regit res creatas oẽs) Cõtinuetur aũt ſic, bene dictum eſt, ꝙ prĩa cã regit oẽs res creatas ꝑter ꝙ cõmiſceatur cum eis. (qđ eſt quia regimen ipſius). ſ. cauſæ primæ. (Non debilitat, neqꝫ deſtruit vnitatẽ eius

receptiuarum,quia vnaquæqȝ res recipit de illa influentia ſecundum modum ſuæ virtutis,& ſecundum modum ſui eſſe,quo inquam ex hoc ſequitur,ꝙ prima cā non commiſceatur rebus. Dicendum ꝙ omne agens quod commiſcetur rebus in quas agit,in res ipſas non agit ſ̄m diſpoſitionem vnam,quod pȝ ex oībus modis commixtionum. Aſſignauimus.n.tria genera commixtionum quia (vt diximus) aliter commiſcentur rebus in quas agunt hæc corpora inferiora,aliter ſupercœleſtia, & aliter intelligentiæ. Iſta.n.corpora inferiora cõmiſcentur rebus in quas agunt,quia alterantur à ſuis paſsiuis, & non ſunt fixa ſ̄m formam. Corpora aūt ſupercœleſtia commiſcentur rebus,quia mouent mota,& non ſunt ſtantia ſ̄m ſitum,intelligentiæ aūt commiſcentur rebus,quia agunt per intellectum, & per ſimilitudines rerum,& non ſunt puræ ſ̄m eſſentiam,in oībus aūt his modis commixtionum , agentia non agunt ſecundum diſpoſitionem vnam. Nam quæ agunt alterata ſicut iſta inferiora,nõ ſemper manent in eadem diſpoſitione,quia alteratio ipſa eſt quædam variatio. Si ergo res ſicut ſe hȝ ad eſſe,ita ſe hȝ ad agere , quæ non exiſtunt in ſeipſis ſecundum diſpoſitionem vnam opȝ ꝙ non agant ſ̄m diſpõnem vnam. Ipſa ēt corpora ſupercœleſtia,quia non mouent,niſi mota,non manent in eadem diſpõne,& per conſequens non agunt ſecundum vnā, & eandem diſpõnem. Et ipſæ ēt intelligentię,quia agunt per intellectū informatum ſimilitudinibus rerum,opȝ ꝙ earum intellectus diuerſimode informetur,non ergo manent ſemper ſ̄m diſpoſitionem vnam:& per conſequens non ſemper agunt ſ̄m eandem diſpõnem. In omnibus ergo modis agendi in quibus agens aliquo modo commiſcetur paſſo, agēs non ſemper manet ſecundum diſpõnem vnam. Immo ſi bene aduertimus hoc eſt commiſceri paſſo.ſ.non ſemper manere in ſeipſo ſcd̄m diſpõnem vnam , ſed variari ſecundum variationem paſsi,vt tepidum,vel mediocre calidum comparatum ad frigidum hȝ quaſi rationem calidi,ad calidum aūt comparatum hȝ quaſi rationem frigidi. Si ergo hm̄ōi mediocre calidum debeat calefacere frigidum alterabitur à frigido, & variabitur ſecundum variationē paſsi,quia hm̄ōi mediocre calidum in ſeipſo infrigidationem ſuſcipiet: Siuero illud mediocre calidum debeat infrigidare magis calidum variabitur ſecundum diſpõnem ipſius calidi,quia in ſeipſo calefiet. Quę ergo agunt alterata ſicut iſta inferiora cõmiſcentur ſuis paſsiuis:quia non ſemper manent ſecundum eandem diſpõnē,ſed variantur ſecundum modum,& conditionem paſsiuorum. Corpora aūt ſupercœleſtia quę mouent mota cõmiſcē ſuis paſsiuis:quia non ſemper manent in eadem diſpõne: ſed variantur ſecundum modum & conditionem paſsiuorum. Vt ſi hęc pars cœli hȝ ſpecialem influentiam ſuper hanc partē terrę hoc eſt,quid eſt adaptata ad hanc partem , & hȝ rectum aſpectum ad ipſam. Si ergo illa eadem pars cœli debet influere in aliam partem terrę , opȝ ꝙ coaptet ſe ad illam aliam partem,& ꝙ habeat rectum aſpectum ad ipſam. Iſta ergo inferiora,quę agunt alterata cõmiſcentur ſuis paſsiuis:quia adaptant ſe eis ſecundum diſpõnem formalem,vt ſecundum ꝙ agunt in alia,& alia paſsiua in ſeipſis aliter & aliter alterantur,& ſecundum diſpõnem formalem in ſeipſis aliter & aliter diſponuntur. Corpora vero ſupercœleſtia commiſcenē ſuis paſsiuis,quia coaptant ſe eis ſecundum diſpõnem ſitualem, & ſecundum ꝙ paſsiua ſecundum ſcitum aliter & aliter ordinata ſunt,ſic oportet ꝙ partes ſupercœleſtium corporum aliter & aliter ſituentur,& ꝙ diuerſimode ſe coadaptent ſuis paſsiuis,vt poſsint in ea influere. Intelligentię autem commiſcentur ſuis paſsiuis quia coadaptant ſe eis ſecundum ſimilitudines intellectuales,vt ſecundum ꝙ agunt in alia,& alia paſsiua ſic alijs,& alijs intellectualibus ſimilitudinibus informantur. Deus aūt non commiſcetur rebus:quia non oportet ꝙ ſecundum diuerſitatem paſsiuorum ſe diuerſimode adaptet: ſed eodem modo in ſe manens dat cuncta moueri. Quicquid ergo commiſcetur ſuis paſsiuis quantum eſt de ſe non agit ſecundum diſpõnem vnam. Sed quodcunqȝ tale agens ſcd̄m diuerſitatem paſſiuorum ipſis ſuis paſsiuis diuerſimode ſe adaptat. Immo(vt diximus) nihil eſt aliud commiſceri ſuis paſsiuis ꝗ non manere in ſe fixum,ſed ſcd̄m diuerſitatem paſsiuoꝝ eis ſe diuerſimode coaptare, Deus ergo qui ſemper agit ſcd̄m diſpoſitionē unam,& nunꝗ ſe diuerſimode coadaptat,ſuis effectibus minime commiſcetur. Declarata eſt ergo conſequentia

Authoris

Authoris,vȝ ꝙ ſi prima cauſa ſemper agit ſcd̃m diſpōnem vnam, & tota diuerſitas ſumitur ex parte rerum ſubſceptiuarum, ꝙ ipſa rebus creatis nullatenus commiſcetur.

¶Vlterius forte dubitaret aliquis quare Author ad probādum ꝙ prima cauſa ſic regit res, ꝙ non commiſcetur rebus. Adducit has tres rōnes vel probationes, quarum prima eſt ꝙ prima cā in ſuo regimine non recedit ab vnitate,ſecunda eſt ꝙ ipſa eſt fixa ſtans & pura. V
Tertia eſt ꝙ ipſa agit in oībus ſcd̃m diſpōnem vnam. Dicendum ꝙ iſta tria ſe hñt per ordinem,vȝ recedere ab vnitate,non eſſe fixum,& ſtans,ſed eſſe ſubiectum alicui variationi, & non operari ſecundum diſpoſitionem vnam. Primo.n. res recedit ab vnitate quādo eſt ibi compoſitio diuerſorum. Secundo ex hoc ꝙ eſt in re aliqua talis compoſitio res illa nō eſt fixa,& ſtans,ſed eſt alicui variationi ſubiecta,quia oē compoſitum eſt aliquo modo variabile. Tertio ex eo ꝙ res in ſeipſa variatur,ſequitur ꝙ non agat ſcd̃m diſpōnem vnam,Agētia ergo quę cōmiſcentur ſui.ſ.paſſiuis,& quæ eis ſe diuerſimode coadaptant:quia(vt diximꝰ) hoc eſt commiſceri paſſiuis,non manere in ſe ſed ſe ſuis paſſiuis diuerſimode coadaptare, talia inq̄ agentia,quę ſic commiſcentur,& diuerſimode ſe coadaptāt,oportet ꝙ ſint cōpoſita:oportet ꝙ in ſe non ſint omnino fixa & ſtantia,ſed ſint alicui variationi ſubiecta,& opȝ ꝙ non ſemper agant ſcd̃m diſpōnem vnam. Deus ergo qui ſic regit res, ꝙ eſt oīo vnus in eſſentia nullam in ſe compoſitionem hñs,vt innuebat rō prima,qui ēt ſic regit res, ꝙ eſt in ſe fixus,ſtans,& purus,vt dicebat ratio ſcd̃a:qui ēt ſic regit res ꝙ quantum eſt de ſe ſemper agit ſcd̃m diſpōnem vnam,vt dicebat ratio tertia,opȝ ꝙ tale agens ſic res regat,ꝙ rebus ipſis non commiſceatur. Prima ergo harum rationum ſumitur ſcd̃m,ꝙ aliquid eſt in ſe, ſcd̃a vero ex eius agere,Tertia vero ex eius modo agendi. Regens ergo ꝙ nō commiſcetur rebus debet eſſe in ſe tale,ꝙ non ſit compoſitum(vt dicebat ratio prima)debet ſic agere,ꝙ ſit fixum in ſeipſo(vt dicebat ratio ſecunda) debet habere talem modum āgendi,ꝙ agat ſecūdum diſpoſitionem vnam(vt dicebat ratio tertia.) ¶Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

ET bonitas prima non influit bonitates ſupra oēs res, niſi per modum vnum: quia non eſt bonitas,niſi per ſuum eſſe,& per ſuam eſſentiam,& per ſuam virtutem, ita ꝙ bonitas eius,& virtus,& eſſe, & eſſentia ſunt res vna. Sicut ergo ens primum,& ſua bonitas ſunt res vna, ſic fit ꝙ ipſum influit bonitates ſuas ſuper res influxione vna. X

¶Quædam quæ ſuppoſuerat declarat,Suppoſuerat.n. duo,vȝ ꝙ Deus agit ſecundum diſpōnem vnam,& ꝙ diuerſitas habet eſſe ex parte recipientium. Duo ergo facit, quia primo declarat ꝙ vnitas eſt ex parte Dei, ſecundo oſtendit ꝙ diuerſitas eſt ex parte recipientiū, ibi.(& diuerſificantur bonitates.)

¶Dicit ergo ꝙ(& bonitas prima non influit bonitates ſupra oēs res,niſi per modum vnū) quod eſt,(quia non eſt bonitas) ſupple diuina influens in res(niſi per ſuum eſſe & per ſuā eſſentiam,& per ſuam virtutem,ita ꝙ bonitas eius, & eſſe ſuum)vel vt hñt aliqui textus(ꝙ bonitas eius,& virtus,& eſſe,& eſſentia ſunt res vna. Sicut ergo ens primum,& ſua bonitas ſunt res vna:ſic fit ꝙ ipſum)primum(influit bonitates ſuas ſuper res influxione vna.

¶Notandum aūt ꝙ bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum. Virtus ergo huius rationis in hoc cōſiſtit ꝙ bonitas primi.i.diffuſio primi,ſiue influentia primi non eſt,niſi per ſuum eſſe, quia ipſe non agit,niſi per ſuam eſſentiam,quę eſt idem qđ ſuum eſſe,non.n.agit per aliquid ſuperadditum eſſentię ſuæ,eſt ergo talis diffuſio per virtutem,quæ eſt idem,ꝙ eſſentia: Ita ꝙ in Deo bonitas,virtus,& eſſentia ſunt vna res. Et quia ſicut eſt,ꝙ ibi iſta omnia ſunt vnum, ſic oportet ꝙ Deus in omnibus agat ſecundum vnam eſſentiā,quę eſt omnino vna, in qua nulla eſt compoſitio,nec diuerſitas. ¶Deinde cum dicit.

Y Et diuerſificantur bonitates & dona ex concurſu recipientis. Quod eſt, quia recipientia bonitates non recipiunt æqualiter; immo quædã eorũ recipiunt plusq̃ quædã. Hoc quidem eſt propter magnitudinẽ ſuæ largitatis.

¶ Oſtendit quõ ſit diuerſitas ex parte recipientium dicens ꝙ (& diuerſificantur bonitates & dona ex concurſu recipientis) quia ſecũdum ꝙ ripiens ſe habet aliter & aliter in concurſu rerum.i.in ordine rerũ, ſic aliter & aliter recipit (quod eſt).i.ita eſt, & ita contingit ꝙ ſit diuerſitas ex parte recipientium (quia recipientia bonitates non recipiunt æqualiter; immo quędã eorum).ſ.recipientiũ (recipiunt plus) ſupple de bonitate diuina (quàm quędam).i.quàm alia, & ſubdit ꝙ (hoc quidem eſt) ꝙ ſic diuerſificetur receptio (propter magnitudinẽ ſuæ largitatis).i.ſuę capacitatis; quia vbi in recipiente eſt maior largitas.i.maior capacitas ibi plus recipitur de diuina influentia & de diuina bonitate. Ita ꝙ magnitudo largitatis põt referri ad ipſa recipientia, & põt etiam hoc referri ad ipſum deum, vt dicamus ꝙ diuerſificatur receptio pp magnitudinem largitatis ſuæ.i.largitatis & liberalitatis diuinæ. Nam Deus ita largus & ita liberalis eſt, ꝙ ſe totum offert cuilibet creaturę, ſicut.n. mare quantũ eſt ex ſe offertur totum cuilibet vaſi, tamen quia vaſa non ſunt æqualia, ideo non æqualiter recipiunt de aqua maris, ſic quia res creatę non ſunt æquales, ſed quędam ſunt maioris capacitatis quàm aliæ, & quędam minoris; ideo quędam recipiunt plus, & quædã minus de diuina bonitate. ¶ Deinde cum dicit.

TERTIA Pars Principalis Cõmenti.

Z Redeamus ergo & dicamus ꝙ inter oẽ agens quod agit per eſſe ſuum tantum, & inter factum nõ eſt continuator neq̃ res alia media, & nõ eſt cõtinuator inter agẽs & factũ, niſi ſit additio ſuper eſſe. Et quando agens & factũ ſunt per inſtrumentum: & non facit per eſſe ſuũ, & ſunt compoſita. Quapropter recipiens recipit per cõtinuationẽ inter ipſum & factorẽ ſuũ: & tunc agẽs eſt ſeiunctum a ſuo facto. Agẽs vero inter quod & ſuũ factum nõ eſt cõtinuator penitus eſt agẽs verum & regẽs verũ, faciens res per finẽ decoris, poſt quod non eſt poſſibile ꝙ ſit decus aliud: & regit factum ſuum per vltimum regiminis.

¶ Quaſi per modũ recapitulationis oſtendit quõ agẽs primum ſe hẽat ad ipſas res in quas agit. Propter quod ſciendũ ꝙ in alijs rebus a Deo ſola eſſentia agentis non põt applicare ſe ipſis paſſiuis, ſiue ipſis effectibus; ſed oportet ꝙ in talibus eſſentia applicet ſe rebus mediante virtute quæ eſt ſup addita eſſentię, ita ꝙ virtus agentis eſt id quod continuat agens paſſo. Sed in Deo non ſic eſt. Ipſa.n.eſſentia Dei per ſeipſam abſq; aliquo alio medio continuante agit in res. Propter quod ex parte Dei eſt vnitas, quia in oĩbus agit ſm vnã ſimplicem eſſentiã ſuam. Duo autẽ facit Author circa hoc, quia Primo (vt diximus) quaſi per modum recapitulationis oſtendit quõ Deus agat in res, quia agit ſine cõtinuatione media, & pp hoc in ſua actione & in ſuo regimine eſt magna pulchritudo & perfectus decor. Secundo probat ꝙ ſic ſit, ibi.(quod eſt quia nõ regit.) ¶ Dicit ergo (redeamus ergo & dicamus ꝙ inter omne agens quod agit p eſſe ſuum tãtũ) inter tale inquã agens (& inter factũ) ſuum (nõ eſt continuator neq; res alia media) Deus.n.qui per ſuã eſſentiã agit inter ipſum & ſuũ effectum nulla eſt res media, & ſubdit ꝙ (& nõ eſt) mediator, vel nõ eſt (cõtinuator inter agens & factũ, niſi ſit additio ſup eſſe).q.d.ꝙ tunc eſt aliquid medium inter agens &

factum cōtinuans agens ſuo facto ſiue ſuo paſſiuo, qñ eſt aliquid ſuperadditū ipſi eſſe.i.qñ agens agit, p virtutem ſuperadditam eſſentiæ(& qñ agens & factum ſunt per inſtrumētum & non facit per eſſe ſuum) vult.n.dicere ꝙ virtus eſt quaſi organū & inſtrum eſſentię.Qñ ergo agens eſt agens in factū ſuum ſiue in paſſum per inſtrum.i.per virtutem ſuper additā eſſentię (quę eſt quaſi organum & inſtrum eius) tunc tale agens non facit per ſuum eſſe. (& ſunt cōpoſita).i.& talia agentia non ſunt ſimplicia, ſed habent virtutem ſuperadditam eſſentię. (Quapropter recipiens).i.paſſum (recipit) ſupple a ſuo agente (per continuationem).i.per virtutem mediam continuantem (inter ipſum) paſſum (& factorem ſuum, & tunc agens eſt ſeiunctum a ſuo facto) quia tale agens non cōiungitur ſuo facto per eſſentiam ſuā quia aliquid eſt medium inter ipſum & factū ſuū.& ſubdit ꝙ (agens vero inter quod & factum ſuū non eſt continuator pœnitus).i inter quod & ſuum paſſum, nulla eſt virtus media ſuperaddita eſſentię continuans vnum alteri, cuiuſmodi agens eſt Deus, tale agens (eſt agens verum & regens verum faciens res per finem decoris poſt quod).i. poſt quod decus (non eſt poſſibile ꝙ ſit decus aliud).q.d.ꝙ tale agens quod ſic agit per ſuam eſſentiam non per aliquā virtutē ſuperadditam & cōtinuantē tale.ſ.agens, ſic eſt agēs verū & ſic eſt regens verꝰ,ꝙ in ſuo regimine eſt decus per finē.i.decus finalis & pulchritudo finalis,poſt quē decorē,vel poſt quā pulchritudinē nullus eſt alius decor maior,nec pulchritudo maior.& ſubdit ꝙ (& regit factnm ſuū).i.tale agens regit & gubernat ſuū effectū (per vltimum regiminis).i.per regimen perfectū & vltimatum. ¶Deinde cum dicit. &
A

Quod eſt, quia nō regit res niſi per modū ſuū, ſecundū quem agit & nō agit niſi per eſſe ſuū.Ergo eius ens erit verū eius regimē. Quapropter fit ꝙ regit & agit per vltimū decoris,& regimē in quo nō eſt diuerſitas neq; tortuoſitas: & non diuerſificātur operationes & regimē propter cauſas dictas, niſi ſecundum meritum recipientium. B

¶Probat quod dixerat v3 ꝙ regimen talis agentis ſit decorum & perfectum,dicens(quod eſt quia)tale agens (non regit res niſi per modum ſuū) vel vt habent quidam textus(regit res per modū ſuum cōmunem ſm quem agit; & non agit niſi per eſſe ſuum,) ſiue per ens ſuum (ergo eius ens) ſiue eius eſſe (erit verum eius regimen). q. d. quòd ſuum agere eſt ſuum eſſe, & ſuum regere eſt ſuum eſſe (quapropter) quia ſic eſt (ſit quòd) tale agens (regit & agit per vltimum decoris,)ideſt per regimē vltimatum & decoratum, & ſubdit quòd (& regimen) ſupple diuinum eſt (in quo non eſt diuerſitas neq; tortuoſitas) & ſubdit ꝙ (& non diuerſificantur operationes & regimen propter cauſas dictas) quia hoc nō eſt(niſi ſecūdum meritum recipientium) quia ſecūdum quòd diuerſificātur recipientia ſic diuerſificantur operationes & influentiæ. Appellatur autem hic meritum recipientium nobilitas & capacitas iſtarum rernm. Res.n.maioris & nobilioris capacitatis plus meretur recipere quàm aliæ. ¶Notandum autē quòd intentio legis latoris debet eſſe inducere politiam ad vnitatem & pacem,nunq̄ autem eſt tantā vnitas in politia,nec tanta pax ſicut ſi legiſlator quantum eſt de ſe,ſe habeat ad omnes uniformiter.Diuerſitas autem ſit ſolum ex parte ciuium,vt ꝙ illi qui ſunt maioris meriti,& qui plus laborant pro republica plus honorentur. Si ergo legiſlator quantum eſt de ſe vniformiter ſe habet & ſolum reſpicit ad diuerſitatem ciuium, & prout videt eos maioris vel minoris meriti ſic magis vel minus eos honorat, tunc tale regimen eſt valde decorum: quia tunc ibi nulla eſt tortuoſitas, neque ulla obliquitas, ſed cuilibet prouidetur ſecundum ſuum meritum. Et quia hoc eſt in regimine primæ cauſæ, quia ipſa quantum eſt de ſe ſe habet vniformiter ad omnia, & ſolum eſt ibi diuerſitas ſecundum merita recipientium, ideo regimen ſuum eſt decorum & pulchrum in fine pulchritudinis. C
D
G

PROPOSITIO VIGESIMA PRIMA.

A PRimnm eſt diues per ſeipſum & eſt diues maius.

¶Poſtquam Author determinauit de regimine cauſæ primæ in generali, in
In ꝑpoſi parte iſta (vt dicebatur) determinat de eius regimine in ſpeciali oſtendens
tiõe.20.a in cauſa prima eſſe ea quæ requiruntur ad perfectum regimen, propter
quod quatuor facit ſecundum quòd ſpecialiter ad quatuor deſcendit quæ
requiruntur ad perfectum regimen, ſunt enim in perfecto regimine quatuor attendenda,
videlicet Abundantia, excellentia, vniuerſalitas, & vnitas. Tunc.n. eſt regimen perfectũ
quando in principe eſt abundantia, vt poſſit ſubditis ꝓuidere, qñ in eo eſt excellẽtia, quia
dignum eſt ꝙ poſſidens & principans oẽs ſibi ſubiectos ſuperet, & excellat, Tertio tũc eſt
regimen perfectum, qñ in principe eſt vl̃itas, quia quod principatur particulariter nõ prin
cipatur perfecte, ſed quod principatur vl̃r, Quarto & vltimo in regimine debet eſſe vni-
tas, quia niſi princeps ſtudeat vnitati eorũ quibus principatur, nũquam principabitur per-
fecte. Quatuor ergo facit Author in determinãdo de regimine & de principatu cauſę pri-
mæ, quia primo determinat de ipſius principantis abnndantia, ſecũdo determinat de eius
excellentia, Tertio agit de ipſius regiminis vl̃tate, & quarto agit de ipſius regiminis vnita-
te. Secunda ibi (cã prima eſt ſuper omne nomen) In propõne. 22. Tertia ibi. (Omnis in-
ſ telligentia diuina) in propõne. 23. Quarta ibi (cã prima exiſtit in oĩbus) in propõne. 24.
Circa primũ duo facit, quia prĩo proponit propõem quandã. Scđo propõem ꝓpoſitã decla
rat ibi (& ſignificatio eius eſt.) Dicit ergo ꝙ (primũ eſt diues p ſeipſum & eſt diues maius.)

B ¶Dubitaret forte aliquis quid ſit eſſe diues. Dicendum ꝙ (ſecundũ phyloſophum in poli-
libro.1. ticis) nomen diuitiarum ſumptũ eſt, ab abundantia, vel etiam a non indigentia ſumitur, ſi-
ue a non deficientia. Ille ergo eſt diues qui non indiget ſed abundat, & inde eſt ꝙ cũ ſint
duo genera diuitiarum quędã naturales ſicut frumentum vinum & cætera terræ naſcẽtia
quæ ſubueniunt indigentię noſtrę: quędam aũt ſunt diuitiæ artificiales, ſicut aurum & ar-
gentum & nũmiſmata, quę per artificium hoĩum inuenta ſunt ad ſatiſfaciendum indigen
tię noſtræ, naturales diuitię magis merentur dici diuitię quàm artificiales: quia magis ſa-
tiſfaciunt indigentiæ noſtrę. per diuitias.n. naturales (per ſe loquendo) maiorem habemus
ſufficientiã quàm per artificiales, natura poſſet quis habere copiã auri, & argenti & tñ mo
C reretur fame, niſi aliud haberet. Vnde ſecundũ fabulam recitatur in Politicis ꝙ cum quidã
lib. 1.fa- noĩe medea impetraſſet à Dijs, ꝙ quicquid tangeret fieret aurũ erat ei maxima auricopia
bula de tamen oportebat eum fame perire, quia in oĩbus membris reſeruatur tactus, non poterat
Medea. ergo homo iſte aliquid guſtare niſi ipſum tangeret, ꝑp quod ſecundum hypotheſim poſi-
tam illud quod guſtare volebat conuertebatur in aurum, & fiebat in habile ad guſtandum,
Diuitiæ ergo artificiales indirecte & per adinuentionem hominum ſatiſfaciunt indigentiæ
noſtræ. Naturales vero diuitię ſatiſfaciunt nobis directe & per ſe. Differentia ergo quę eſt
inter diuitias naturales & artificiales ſufficienter declarat ꝙ diuitem eſſe non eſt non indi-
gere, ſed eſſe ſufficientem. Hoc idem declaratur per id quod phyloſohpus in politicis di-
libro.1. cit, vꝫ ꝙ diuitiæ ſunt magis in expendendo quàm in conſeruando. Nam ex eo ꝙ diuitiæ
conſeruantur in nullo ſatiſfaciunt indigentiæ noſtrę, ſed tunc ſatiſfaciunt cum expendun
tur, vel conſumuntur. Nã diuitię naturales quàm diu ſunt in horreis nos non reficiunt, ſed
quando eas expendimus, vel qñ eas in cibum ſumimus, tunc nos reficiunt, & tunc noſtræ
indigentiæ ſatiſfaciunt. Sic etiam & diuitię artificiales quàmdiu in burſa conſeruantur in
nullo noſtræ indigentiæ ſubueniunt, ſed qñ expendimus, & qñ eas in cibum cõuertimus,
& ex illis cibis reficimur tunc noſtrę indigentię ſatiſfaciunt.

D ¶Vlterius autem cum eſſe diuitem, ſit nõ indigere, ſed abundare, dubitaret forte aliquis,
vtrum primum ſit in aliquo indigens. Dicendum ꝙ oĩs indigentia ex compõne ſumit ori-
ginem ita

ginem ita, quòd quicquid indiget eſt aliquo modo compoſitum, illud aūt quod eſt omnino ſimplex nullo indigere pōt. Vnde ſi nos indigemus alimento hoc eſt quia cōpoſiti ſumus ex contrarijs, & quia ſunt in nobis naturæ contrariæ, vꝫ calidum quod hūmidū depaſcit. Aliqua.n.contrarietas eſt actiui ad paſſiuum, quia ergo calidum agit in humidum & cōſumit ipſum, ideo ſemper indigemus reſtauratione, & ex hoc indigemus alimento. Si autem non eſſemus cōpoſiti ex contrarijs non haberemus hmōi indigentiā. Sed vt loquamur vl̄r de oībus compoſitis dicamus, ꝙ omne cōpoſitum eſt valde indigens, primo.n.indiget partibus cōponentibus. Nam partes cōponentes non ſunt ipſum totum cōpoſitum, totum.n. eſt real̄r differens a qualibet ſui parte. Etiam quodlibet cōpoſitum non ſolum eſt indigens aliquo alio, ſed etiam eſt indigens aliquibus alijs, quia indiget oībus ſuis partibus ſine quibus eſſe non pōt. Rurſus quodlibet cōpoſitum non ſolū indiget partibus componentibus, ſed etiā indiget agente & componente. Nam ſemper partes ex quibus reſultat aliquod vnū & aliquod totum ſic ſe hn̄t, quòd vna illarum eſt in potentia & alia in actu. Nam nec ex duobus in actu fit vnum, nec ex duobus in potentia. Cum ergo potentia nunquā ſeipſam producat ad actū: oportet ſemper in talibus dare cām agentem coniungentem actum potentię, ſiue potentia ſit præexiſtens tēpore actui, ſicut in iſtis generabilibus & corruptibilibus materia tēpore p̄exiſtit formæ per generationem inductæ, ſiue potentia ſit actui tempore non p̄exiſtens, ſed concreata ſibi, ſicut intelligentiæ dicunt̄ compoſitę ex eſſentia & eſſe, ex eſſentia quidem tanquā ex potentia, ex eſſe aūt tanq; ex actu. Hn̄t ergo compoſita indigentiam partiū componentium & agentis cōpoſitionem facientis & conſeruantis, tertiam aūt indigentiam (quā quidam phantaſtice imaginati ſunt) non habent, vꝫ alicuius cōglutinantis potentiam cum actu, ad hoc.n.ꝙ ex potentia & actu fiat vnum, nec coagulum nec conglutinum nec clauis, neceſſarius eſt, vt copulet potentiam cū actu, per ſe.n.eſt, ꝙ ex potentia & actu fiat vnum, propter quod in. 8. Metaphyſicę dicitur quòd non oportet quærere qūo ex materia & forma, vel vl̄r qūo ex potentia & actu fiat vnum, hoc.n.(vt ibidem dicitur) non habet cām niſi motorem. In talibus.n.non quærimus cauſam niſi efficientem & agētem reducentem potentiam ad actum, non autē quęrimus ibi cām aliquā mediā, quę conglutinet potentiam cū actu: ſicut ad hoc quòd fiat domus reqritur cementū conglutinans lapidem cū lapide. Non.n.ſic vnitur actus potentię ſicut lapis lapidi. Omne ergo cōpoſitum eſt indigens tam partibus cōponentibus quàm cā agente & cōponente. Primum aūt nullo indigere pōt. Nam primū debet eſſe ſimpliciſſimum, quòd ſi dicatur primū ens eſſe compoſitum, implicabitur ibi cōtradictio: quia ſemper componentia ſunt priora compoſito. Si ergo eſſet cōpoſitum conſequens eſſet quòd primū non eſſet primum quia haberet aliqua priora ſe, Primum ergo nō indiget partibus cōponentibus, quia caret oīno partibus. nec indiget cā agente & cōponente, quia cū ſit primū non pōt hr̄e aliquid prius ſe, quo fieri vel cōſeruari indigeat. Eſt ergo Deus vere diues, cū nullo alio a ſe indigeat.

Margin: Falſa quorum opinio. — *T.cō. 15.* — *T.cō. 16.* — *E* — *F*

¶ Vlterius aūt cum eſſe diuitem dicat non ſolum nō eſſe indigentem, ſed etiam dicat eſſe abundantem. Dubitaret forte aliquis. Vtrum Deus ſic ſit diues, quòd ſit bonis & perfectionibus abundans. Dicendū ꝙ duplici via inueſtigare poſſumus quòd Deus non ſolū ſit nō indigens ſed etiam ſit oībus bonis & perfectionibus abundans. Prima via ſumitur ex actualitate eius Secunda vero ex eſſe ipſius. Prima via ſic patet. Nam ſ̄m phyloſophum primo Metaphyſicæ malum & error ſolum ex potentialitate habet eſſe. Ergo ab oppoſito perfectio & bonum ex actualitate ſumitur. Nihil.n.eſt aliud malum quàm priuatio boni, cum ergo priuatio ſit ſemper annexa potentialitati, vbi nulla potentialitas, ibi nulla priuatio, & ibi nullum malum, ſed ſummum bonum, quia perfectio & bonitas ex actu ſumitur. Vbi ergo eſt actus purus ibi oīs bonitas & oīs perfectio habet eſſe. Et quia Deus eſt actus purus nihil habens admixtum de potentia ibi non pōt eſſe imperfectio aliqua nec aliqua indigentia. Nam ſi indigentia priuationē dicit. Et priuatio ſine potentialitate eſſe non pōt, vbi nulla eſt potentialitas ibi nulla priuatio & nulla indigentia eſſe pōt. Et ſicut Deus nullam habet indigentiam quia nullam habet potentialitatem admixtam, ſic habet oīum bonorum

Margin: Pri. via. — *Vltra medium prohæmij & 5. met. T. com. 19.*

H abundantiam,quia eſt actus purus hñs omnem rationẽ actus. Sicut.n. ſi eſſet albedo ſeparata haberet quicquid perfectionis eſſe pŏt in qualibet albedine,& haberet in ſe rationem oĩs albedinis; ſic quia Deus eſt actus ſeparatus,in eo reſeruatur oĩs perfectio quę eſſe poſſit in quocũq; actu,& in eo reſeruatur rõ omnis actus. Et quia actus & perfectio idem dicunt,ſi in Deo reſeruatur ratio oĩs actus,in eo etiam reſeruabitur ratio oĩs perfectionis. Eſt ergo Deus diues non ſolum quia in eo nõ eſt aliqua indigentia, ſed etiam quia in eo eſt

ſcd̃a via oĩum bonoꝝ & oĩum perfectionũ abundantia. ❡ Secunda via ad hoc idem ſumitur ex ipſo eſſe & in idem redit cum prima via. Nam oĩs bonitas & oĩs perfectio ſumitur ex eſſe ſapientia.n.nullam perfectionem daret ſapienti niſi daret ei eſſe ſapiens. Nam & auari qui habẽt diuitias, & non ſunt diuites,nõ ſunt inde perfectiores,ſed imperfectiores,ſi ergo oĩs perfectio ſumitur ex eſſe,& Deus eſt quoddam eſſe ſeparatum in quo reſeruatur oẽ eſſe,cõſequens eſt quòd & ipſe ſit quædam perfectio ſeparata, in qua reſeruetur ratio omnium perfectionum & omnium bonorum abundantia.

I ❡Vlterius aũt dato quòd ipſum primum ſit diues dubitaret forte aliquis. Vtrum ſit proprium ſibi quòd ſit diues perſeipſum,& videtur quòd non,quia eſſe diuitem eſt eſſe ſufficiẽtem & perfectum, cũ ergo perfectio ſumatur ex actu & multa alia à primo habeãt rõnem actus,multis alijs à primo competet eſſe diues per ſeipſum. Dicendum quòd alia a primo vel ſunt per ſe exiſtentia vel ſunt exiſtentia in alio. Ei aũt quod exiſtit, in alio non pŏt cõpetere ꝙ ſit diues per ſeipſum quia nec ei competit ꝙ ſit in ſeipſo nec per ſeipſum. Sed ꝙ ſit in alio & per aliud. Ei aũt quod exiſtit per ſe non pŏt cõpetere ꝙ ſit diues per ſeipſum, quia nec eſt actu per ſeipſum: quia nihil tale eſt ipſe actus vel ipſum eſſe,ſed omne tale eſt participans actum & participans eſſe, ſolus ergo Deus qui eſt per ſe exiſtens ſic ꝙ nõ eſt participans eſſe ſed eſt ipſum eſſe, eſt per ſe ipſum diues & non per aliud.

k ❡Vlterius aũt dato ꝙ primũ ſit diues & per ſeipſum diues dubitaret forte aliquis, Vtrum ſit diues magis. Et vr̃ ꝙ aliquid aliud a primo poſſit eſſe & de facto ſit magis diues quàm ipſum primũ, vel q̃ ipſe Deus. Arguet.n.aliquis ꝙ ſit dare plures deos, quoꝝ vnus ſit per

T. c. 49. fectior alio. Nam ſi actus eſt qui diſtinguit (vt declarari hẽt. 7. Metaphyſicæ) vbi nullus actus, ibi nulla diſtinctio. Ideo materia, quia eſſentiale eſt ei eſſe in potẽtia eſt vna per indñam in oĩbus habentibus eam, ergo ſicut vbi nullus actus, ibi nulla diſtinctio, & ibi nulla multiplicatio, ita vbi oĩs actus & nulla potẽtialitas, ibi maxima diſtinctio & multiplicatio. Maior ergo erit abundantia & multiplicatio deorum q̃ oĩum alium rerum, & erũt plures dij pp omnimodam actualitatem q̃ ſint omnes aliæ res pp potentialitatem admixtam, Illi aũt Dij non erunt ęquales in perfectionibus: quia non poſſunt differre niſi formalr̃: for-

T.cõ.10. mæ aũt ſunt ſicut numeri(vt declarari habet in octauo Metaph.)ſicut ergo non poſſunt reperiri duo numeri formalr̃ differentes habentes æquales vnitates, ita non poterunt reperiri duę res formalr̃ differentes, quæ ſint ęquales ſm̃ perfectiones. Erit ergo Deus vnus perfectior alio, quo poſito quilibet taliũ deorũ erit per ſeipſum diues, quia quilibet hm̃oi erit per ſeipſum actus: ſed nõ quilibet eſſet diues magis, quia eſſet vnus maior alio & per-

L fectior. Dicendũ ꝙ non reperitur magis & minus niſi ex admixtione oppoſiti: ideo dr̃ ter-

Cap.9. tio topicorum, ꝙ illud eſt albius ꝙ nigro eſt impermixtius. Ex hoc ergo reperitur magis & minus.ſ.ex permixtione maiori vel minori oppoſiti. Si ergo aliquid eſſet ita albũ,ꝙ nullam haberet ꝑmixtionẽ oppoſiti illud eſſet albiſſimũ & ibi non eſſet dare magis & minus. Non.n.vnũ albiſſimum eſt albius alio albiſſimo, & quod dictum eſt de albo & nigro intelligendum eſt de perfecto & impfecto, de actu & de potentia. Nam (vt dictum eſt) perfectio ſumitur ex actu & imperfectio ſumit̃ ex potẽtia, ſi ergo actus & potentia opponuntur, illud erit actualius qd̃ eſt potẽtia imꝑmixtius. In entibus ergo reperitur maior & minor actualitas, quia in eis reperit̃ maior & minor ꝑmixtio potentialitatis.Si ergo eſt aliquis actus nulli potentialitati ꝑmixtus, ibi non eſt dare magis & minus.Vnus.n actus purus nõ pŏt habere plus de actualitate q̃ alius actus purus. Quicquid ergo eſt diues p ſeipſum eſt actus p ſeipſum,& per cõſequens eſt diues magis, quia eſt oĩno ꝑfectũ. Hoc ergo nomen

maius hic poſitum non hét rõnem comparatiui, ſed ſuperlatiui. Eſt.n. ſenſus ꝙ primum eſt diues ꝑ ſeipſum, & eſt diues maius. i. diues maximũ, quia nihil põt reperiri magis diues eo, nec æque diues ſicut ipſum. Q đ ergo obijcit de multitudine deoꝝ: dici debet ꝙ vtiq; ex actualitate ſumitur diſtinctio, Vñ Deus qui eſt ſeipſo actus, eſt ſeipſo ab oĩbus alijs rebus diſtinctus, attamen in actu nõ eſt multiplicatio niſi per admixtionẽ potentię, ſicut.n. forma non diuiditur nec multiplicat niſi per materiã (vt dr̃ in. 7. Metaph.) Sic actus non diuidit nec multiplicat niſi per potentiã, non ergo poterunt eſſe plures actus, niſi ſaltim in aliquo illorum ſit admixtio potentiæ. Impoſſibile eſt ergo eſſe plures deos, cũ hoc ſit de ratione dei, quòd non habeat aliquid potentialitatis admixtum. ¶ Deinde cum dicit. M T.cõ.28.

COMMENTVM Propoſitionis Vigeſimæ primæ.

ET ſignificatio eius eſt vnitas eius, non quia vnitas eius ſit in eo ſparſa. Immo vnitas eius eſt pura, quoniã eſt ſimplex in finem ſimplicitatis. N

¶ Propoſita propõne declarat eãm habet aũt propoſitio propoſita tres partes quarũ prima eſt ꝙ primum eſt diues, Secũda eſt ꝙ eſt diues ꝑ ſeipſum, & tertia eſt, ꝙ eſt diues maius. Tria ergo facit quia primo declarat partem primam. ſ. quòd primum ſit diues. Secũdo declarat partẽ tertiam. ſ. ꝙ primũ ſit diues maius. Et tertio declarat partẽ ſecundã. ſ. quòd primum ſit diues per ſeipſum, ſecunda ibi (illa ergo res eſt diues maius.) Tertia ibi (reliquę vero res.) Circa primũ duo facit ſm quòd dupplr̃ probat quòd primum ſit diues. Nã primo probat hoc conſiderãdo ipſum in ſe. Secundo cõparando ipſum ad alia ibi, (Si autẽ aliquis vult ſcire.) ¶ Dicit ergo (& ſignificatio eius eſt) quòd. ſ. primum ſit diues (vnitas eius, non quia vnitas eius ſit in eo ſparſa. Immo vnitas eius eſt pura, qm̃ eſt ſimplex in fine ſimplicitatis). q. d. quòd ex vnitate, & ſimplicitate primi, quia. ſ. non hꝫ vnitatẽ ſparſam, ſed habet eã ſimplicem in fine ſimplicitatis, ideo quia ſic eſt, ipſe eſt diues & nullo indigẽs. Nam (vt patet) in quęſtionibus ꝓcedentibus, ex ſimplicitate primi probauimus, ꝙ primũ eſt diues, & nullo indigẽs, ſed omnibus bonis ſuꝑ abundans. ¶ Notandũ aũt ꝙ res cõpoſitę hñt vnitatẽ ſparſam. i. hñt vnitatem ex pluribus aggregatam: ideo omnes tales res ſunt indigentes, quia indigẽt partibus aggregatis, & indigent eã aggregante partes. Deus aũt qui eſt vnus ſimplicitate, non vnus vnione partium, non hẽt vnitatem ſparſam, ſed hẽt vnitatem ſimplicem, & ex hoc diues eſt, & nullo indigens, quia nec indiget partibus aggregatis, quia nullas hẽt partes, nec indiget eã congregante partes, quia (vt dictũ eſt) ipſe eſt vnus ſimplicitate non partium aggregatione. ¶ Notandũ etiã quòd hanc eandem propõnem ponit Proclus in. 26. propõne ſui libri ſub his verbis omne diuinum ſimplex eſt maxime: & propter hoc maxime per ſe ſufficiens: Eundem.n. ſenſum habet hæc propoſitio cũ propoſitione huius Authoris, videlicet quòd Deus ideo eſt per ſe ſufficiens, & ideo eſt diues quia eſt maxime ſimplex. ¶ Deinde cum dicit. O Proclus.

Si autem aliquis vult ſcire, ꝙ cauſa prima eſt diues proijciat mentẽ ſuam ſuper res cõpoſitas, & inquirat de eis inquiſitione perſcrutata: Inueniet enĩ cõpoſitum diminutũ, indigens aut alio aut rebus ex quibus cõponitur. Res autem ſimplex quæ eſt, bonitas, & vita, & vnitas eius eſt bonitas, & bonitas eius eſt res vna. P

¶ Probat quòd primũ ſit diues cõparãdo ipſum ad res alias dicens (ſi aũt aliquis vult ſcire ꝙ cã prima eſt diues ꝓijciat mentẽ ſuam ſuꝑ res cõpoſitas, & inquirat de eis inquiſitiõe perſcrutata, inueniet.n.) omne (cõpoſitum diminutũ indigens, aut alio) quodã (aut rebus ex quibus cõponit. Res aũt ſimplex) cuiuſmodi eſt cã prima (quę eſt bonitas & vita)

ipſa.n.cauſa prima ſic eſt bonitas ꝙ eſt ipſa vita, & ſubdit, ꝙ (& vnitas eius eſt bonitas, & bonitas eius eſt res vna) ſupple cum ipſa vnitate q.d. quòd Deus eſt res ita ſimplex ꝙ eſt res vna quę eſt ipſa bonitas, & huiuſmodi bonitas eſt vita, & vnitas eius eſt ipſa bonitas.i.ipſa perfectio eius, quia ex hoc Deus eſt vnus, non ꝙ participet bonitatem & perfectionem, ſed quia eſt ipſa bonitas & ipſa perfectio, & hmõi bonitas,ſiue hmõi perfectio eſt res vna cũ ipſo Deo. Deus ergo eſt ſumme ſimplex nullam in ſe hñs compoſitionẽ, & per
Q conſequens eſt ſumme diues nullam hñs indigentiam. ¶Notandum aũt vim rõnis huius in hoc conſiſtere: quia omne cõpoſitum eſt valde indigens, quia indiget quodam alio.i. quadam alia cã componente, & indiget rebus alijs: quia indiget partibus ex quibus cõponitur, ſi ergo indigentia ex compoſitione oritur, quod eſt ſumme ſimplex ſicut eſt Deus nullam hñs compoſitionem, nullã habebit indigentiam, erit ergo ſumme diues. ¶Notandum etiam ꝙ inquiſitione perſcrutata, proijcere mentem in Deũ eſt ex his quę ſunt in cau ſatis aſcendere in conſiderationẽ Dei attribuendo Deo quod perfectionis,eſt, remouẽndo ab eo quod eſt imperfectionis: vt ſi in rebus creatis inuenimus pulchritudinem, bonitatẽ, ſapientiam & cętera hmõi, quia talia ſunt quædã perfectiones, debemus ea Deo attribuere. Quia vero in creaturis inuenimus cõpoſitionem, indigentiam & cætera hmõi,quę imperfectionem noĩant, ideo debemus talia a Deo remouere. Si quis ergo inquiſitione perſcrutata proijciat mentem ſuã.i.conſideret ſm mentem ſuam ſuper res compoſitas, & videat ꝙ indigentia ex compoſitione ſumit originẽ: ſtatim iudicabit Deum non eſſe indigentem, ſed eſſe ſumme diuitem: quia eſt res omnino ſimplex nullam in ſe habens compoſitionem. ¶Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Cõmenti.

R ILla ergo res eſt diues maius quæ influit, & non fit influxio ſuper ipſum per alquem modorum.

¶Declarat tertiam partem propõnis vʒ ꝙ Deus non ſolum eſt diues, ſed etiam eſt diues maius.i.diues maxime. Ideo ait, ꝙ(illa ergo res eſt diues maius).i.diues maxime (quę influit) ſupple ſupra res alias: (& non fit influxio ſupra ipſum per aliquem modorum) ſupple influxionis. ¶Notandum aũt ꝙ illud eſt maximum in quolibet genere, quod eſt cã oĩum aliorum. In genere ergo ſufficientium vel in genere diuitũ, illud erit maxime ſufficiens & maxime diues, quod erit cã oĩum diuitiarum & oĩum rerũ ſufficientium. Et quia Deus influit in oĩa alia,& dat ſufficientiã oĩbus alijs, nihil aũt aliud influit in ipſum ſm aliquem modũ influentiæ, & nihil dat ei ſufficientiam, ideo ipſe eſt maxime ſufficiens & maxime diues. Aliæ ergo res põt habere diuitias ex mutuatis. Nihil.n.aliud a primo põt eſſe diues niſi ex mutuatis: quia quodlibet tale nihil habet quod non acceperit. Solus autem Deus eſt diues ex proprijs, ideo ipſe eſt ſumme & maxime diues. ¶Notandum etiam ꝙ
S aliter recipiunt influentiam corpora iſta inferiora quæ alterantur ſm formam,& aliter corpora ſupercœleſtia, quę mouentur ſolum ſm ſitum & aliter aĩę cœlorum, quæ ſunt motrices orbium, & aliter intelligentię quæ non ĩmediate adminiſtrant corpora, ſed licet modi influentiæ varientur ſm varietatem rerũ recipientium, Deus tñ ſm nullum modũ influentiæ recipit influxionem aliquam. Supra ipſum ergo primum non fit influxio ſm aliquẽ modorum influxionis. Aduertendũ tamen eſt, quòd cum dicimus intelligentias (quas cõmuni nomine vocamus angelos) non ĩmediate adminiſtrare vel mouere corpora, loquimur ſm modum phyloſophoꝝ. Nam pręter aĩas cœlorum, & præter motores orbium eſt dare aliquas intelligentias ſiue aliquos angelos datos ad cuſtodiam hominũ. Propter quod oportet huiuſmodi intelligentias ſiue huiuſmodi angelos aliquam adminiſtrationem habere circa corporalia. ¶Deinde cum dicit.

TERTIA Pars Principalis Commenti.

RElíquæ vero res oẽs intelligibiles aut corporeæ nõ ſunt diuites per ſe ipſas, imo indigẽt vno vero influẽte ſuper eas bonitates, & oẽs grãs. T

deremus viam ad cognoſcendum quomodo intelligentiæ potuiſſent de nouo cauſari, nec quomodo poſſent diſſolui, vel in nihilum redigi. Non enim fit diſſolutio, niſi per ſeparationem potentię ab actu: & ideo diſſoluuntur materialia, quando materia ſeparatur à forma: ita ꝙ in talibus ipſa eſſentia habet compoſitionem, & diſſolutionem: quia poteſt vna pars eſſentiæ ſeparari ab alia. Sic etiam & in intelligentijs ſi poteſt ibi eſſe diſſolutio, hoc eſt quia poteſt in eis potentia ſeparari ab actu. Ideo dicetur in Comento iſtius propoſitionis, quòd impoſsibile eſt, quòd ſubſtantia per ſe ſtans cadat ſub corruptione: quia non pōt ſeparari eius eſſentia, cum ſit ſimplex. Simplici enim ſecundum, quòd huiuſmodi non poteſt accidere diſſolutio, quia non poteſt ibi eſſe ſeparatio: non enim contingit diſſolutio, niſi (vt dictum eſt) per ſeparationem potentiæ ab actu. Si ergo idem eſſet in rebus cauſatis eſſentia & eſſe, ſicut eſſentia non poteſt ſeparari à ſeipſa, ita non poſſet ſeparari à ſuo eſſe, cum ponatur idem realiter eſſentia cum ſuo eſſe. Hoc autem ſatis concordat cum verbis Procli in.46. propoſitione ſui libri, vbi dicit quòd antipoſtaton eſt incorruptibile. i. indiſſolubile, quia (vt ait) ſi corrumperetur, ideſt diſſolueretur relinqueret ſeipſum. Non ergo eſt diſſolutio, niſi ex ſeparatione vſq; ad potentiam: vt quia potentia ſeparatur ab actu. Sed vt videamus quomodo poſsit fieri immaterialium diſſolutio, ſciendum opinionem phyloſophorũ fuiſſe, quòd quicquid per ſeipſum habet relationem ad ſuum productiuum (ſi ſuũ productiuum eſt immobile) oportet illud eſſe indiſſolubile. Si enim album per ſeipſum referretur ad parietem album, ſi paries ille albus eſſet inuariabilis oporteret illud album, ſic relatum ſemper eſſe relatum, & ſemper eſſe ſimile. Nam relatio ſiue ad aliquid non poteſt per ſe acquiri, nec poteſt per ſe perdi: quia ad aliquid non eſt motus, vt dicitur in quinto phiſicorum. Si enim album quod ponitur ſimile parieti albo amitteret hunc reſpectum, vel hoc eſſet ex mutatione parietis, vel quia perderetur illud in quo fundatur huiuſmodi reſpectus, & huiuſmodi ſimilitudo. Sed poſitum eſt parietem eſſe inuariabilem. Rurſus poſitum eſt quòd huiuſmodi album (quod dicitur ſimile parieti) per ſe ipſum ſit tale: & quia nihil poteſt perdere id quod competit ei per ſeipſum, Ideo his conditionibus ſtantibus huiuſmodi album quod ponitur ſimile parieti ſemper eſſet ſimile, & impoſsibile eſſet ipſum perdere huiuſmodi ſimilitudinem: quia (vt tactum eſt) non perditur reſpectus ſecundum ſe, ſed ſolum perditur per variabilitatem eius ad quod referẽ, vel per amiſsionem ſundamenti. Vt ſi, à, ponitur eſſe ſimile parieti albo ſi fiat non ſimile, & ſi perdat hunc reſpectum, vel hoc erit per variationem parietis, vel per amiſsionem fundamenti, vt quia, à, quod ponitur ſimile parieti perderet albedinem in qua fundatur ſimilitudo, qua amiſſa non erit amplius ſimile, ſed ſi paries non poſſet variari, &, à, quod ponitur ſimile parieti non poſſet perdere fundamentum ſimilitudinis, ſemper eſſet ſibi ſimile, & nunquam poſſet perdere huiuſmodi reſpectum. Hoc autem modo loquuti ſunt phyloſophi, & potiſsime Author iſte, & Proclus de cauſatis reſpectu ſuarum cauſarum, & potiſsime reſpectu cauſę primę. Nam ſecundum eos materia, & res materialis refertur ad ſuum productiuum mediante forma. Ideo niſi aliquid aliud impediat (quia materia non refertur per ſeipſam ad ſuum productiuum) ideo poteſt huiuſmodi relationem perdere, & ſic poteſt ei corruptio accidere. Vt materia ſi perdat formam, & ipſum etiam compoſitum perdit ſuam formam, & per conſequens perdit relationem quam ad ſuum productiuum habebat per huiuſmodi formam. Ideo niſi aliquid aliud impediat talia (vt dicebamus) oportet eſſe diſſolubilia. Dicimus autem niſi aliquid aliud impediat, quia ſi forma ſatiaret totum appetitum materiæ, non poſſet illud materiale diſſolui ſecundum naturæ curſum, ſed ſolum ſecundum voluntatem cauſæ primæ. Sic ergo loquendum eſt de re materiali, quòd non eſt ipſa forma, ſed eſt habens formam. Sed ſi aliquid eſſet ipſa forma (cum in forma per ſe fundetur reſpectus ad ſuum productiuum, illud per ſeipſum referretur ad ſuum productiuum. Quo poſito (ſecundum intentionem huius Authoris) omnino impoſsibile eſſet tale quid diſſolui. Dicimus autem omnino, quia tale quid ſecundum hunc Authorem ſimpliciter eſſet neceſſe eſſe: Eſſet

Infra. 3.

Procli.

P

Phyloſophorum opinio.

T.c.10.

Q

Phyloſophorum ſnĩa, & pſertim authoris huius, & Procli.

R.

enim tale quid ſimpliciter ſecundum ſuam ſubſtantiam indiſſolubile:quia nullo modo poſſet perdere reſpectum q̄ʒ habet ad cām primam.Dictum eſt enimꝙ oē quod eſt ipſa forma (ſcd̄um intentionem huius Authoris) & ſcd̄um veritatem, ſcd̄um ſuam ſubſtantiā eſt a prima cā immediate productum. Nam aīa cœli quæ tenet infimum gradum in genere formarū

In ppōe 3.(S. ſeparatarum ſcd̄um ſuam ſubſtantiam immediate eſt a prima cā (vt patuit ſupra ex cōmento tertiæ propōnis) vbi dicitur,ꝙ poſtq̄ prima cā creauit animā poſuit eam ſicut ſtramentum intelligentię Aninę ergo cœlorum,& intelligentiæ,& vniuerſaliter oīa immaterialia,& formæ ſeparatæ immediate ſunt cātę a prima cā. Si ergo talia poſſunt vel poſſent diſſolui, & poſſent amittere reſpectum quem habent ad cām primam:hoc cōtingeret ſiue hoc eſſet vel per variationem primę cāę,vel per amiſsionem fundamenti:ſed non poteſt hoc eſſet per variationem primę cauſæ, quia ipſa oīo eſt inuariabilis:nec etiam pōt hoc eſſe per amisſionem fundamenti. Nam cum huiusmodi reſpectus (vt dictum eſt) fundetur in ipſa forma, & res immaterialis ſit ipſa forma:cum nulla res immaterialis poſsit perdere ſeipſam,impoſbile eſt (ſcd̄um huuc Authorem) ꝙ ipſa res immaterialis perdat illud in quo fundatur reſpectu es ad ſuam cām. Nunquam ergo res immaterialis ſeparabitur ab hoc ordine,& ab hoc reſpectu quem habet ad ſuam cām. Propter quod impoſsibile eſt quòd tale ad aliquid corrumpatur.Diceret.n.Author hic quòd res ſtans per eſſentiam ſuam eſt cauſa quare referatur ad ſuam cauſam. Nam cum talis relatio fiat per formam,& hm̄oi res ſit ipſa forma: conſequens eſt ꝙ talis res ſit cauſa ſuæ relationis. Cum ergo talis res non poſſit perdere ſeipſam, non poterit etiam perdere reſpectum quem habet ad cauſam primam:& per conſequens non poterit corrumpi.i.non poterit diſſolui,nec deſtrui nec adnihilari. Hoc eſt ergo quod dicitur in

S commento huius propōnis, ꝙ (oīs aūt cadentis cauſati ſub corruptione non ſit corruptio

Infra. &. niſi per ſeparationem a ſua cā) & ſubdit ꝙ (dum vero permanet res pendens per ſuam cām & retinentem eam,& conſeruantem ipſam nec perit nec deſtruitur) Vnde concludit Author ibidem ꝙ (ſi ergo ita eſt,eam ſubſtantiæ ſtantis per eſſentiam ſuam non ſemper ſeparatur, qm̄ eſt inſeparabilis a ſua eſſentia,propter ea quòd ipſa eſt cā eius informatione ſui) quaſi dicat ꝙ eo ipſo quòd ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt cauſa ſuæ formationis.i.

In ppōe. 25.S.T.V ſui complementi· Nam complementum tale non eſt niſi per relationem ad cauſam,vt dicebatur in cōmente præcedenti propōnis.cum ergo res quæ eſt ipſa forma, & quæ eſt per ſe ſtans,ſit cauſa relationis ad ſuam cauſam:erit cauſa ſui complementi, nec vnq̄ poterit perdere hanc relationem & hoc complementum,quia nec pōt perdere ſe ipſam. Fundatur.n. hæc relatio in ipſa & in ſua eſſentia,cum fiat talis relatio per formā, & hm̄oi res ſit ipſa forma. Nunq̄ ergo talis res ſeparabitur a ſua cā. Propter quod ſemper conſeruabitur in eſſe. Et impoſsibile eſt ipſam oīo deſtrui vel adnihilari. Sic ergo ſentiet iſte Author, ſic etiam ſentit & proclus in cōmento. 46. propōnis ſui libri,vbi ait ꝙ oē antipoſtaton.i. oē per ſe ſtans

Proclus. eſt in corruptibile.i.indeſtractibile. loquitur.n.ibi large de corruptione pro oī deſtructione Vn̄ ait ꝙ ſi tale quid corrumperetur,delinquet ſeipſum,& erit extra ſeipſum, quod eſt im-

T poſſibile,& ſubdit ꝙ vnum.n.ens ſimul & cā eſt,& cauſatum,& ſubdit ibidem, ꝙ oē aūt qđ corrumpitur remotū eſt a ſua cā.Idem eſt ergo quod dicit proclus & hic Author. Vult.n. proclus ꝙ cum relatio ad cām fiat per formam,illud quod eſt ipſa forma per ſe refertur, & eſt cā ſuę relationis·ita ꝙ eſt ſimul cā & cauſatum eſt.n.cātum quia eſt relatum, & cā, quia eſt ſuæ relationis cauſa. Tale .n. quid non poteſt perdere ſeipſum,nec poteſt huiuſmodi relationem perdere,& perconſequens non poteſt deſtrui Diu aūt loquuti ſunt de intentione huius Authoris & procli. Sed in his verbis maxime venenum latet.Nam voluerunt iſti Philoſophi ꝙ ſubſtantiæ immateriales eſſent ſimpliciter neceſſe eſſe,& haberent neceſsitatem a ſeipſis,ita quòd eſſent cauſa ſuæ neceſsitatis,vt plane dicit hic Author & proclus.voluerunt autem quòd eſſent cauſę ſuę neceſsitatis formaliter:totum enim poſuerunt effectiue eſſe a cauſa prima,& omnia poſuerunt eſſe effectus primi.ideo dicebatur in decimaottaua propo-

In ppōe. 18.A ſitione,quòd omnes res habent eſſentiam propter ens primum.Neceſsitas,ergo tn intelligētijs & alijs ſubſtijs īmaterialibus ſcd̄m iſtos effectiue eſt a primo,formaliter aūt eſt a ſe ipſis.

Nam quòd

Nam ꝙ neceſſe ſit intelligentiam eſſe, hoc eſt quia neceſſe eſt eam perdere a prima cauſa, & referri ad ipſam. Poſtea cum hmõi relatio ſit per eſſentiã intelligentię, & cum intelligentia ſit ipſa forma, hmõi relatio erit per ipſam intelligentiam: ita ꝙ ipſa intelligentia formaliter erit cauſa ſuæ relationis. Album.n.eſt ſimile albo per albedinem. Sed ſi albedo eſſet forma ſeparata eſſet ſimilis per ſeipſam: formatum.n.refertur ad ſuam cauſam per formã ſuam: ſed id quod eſt ipſa forma cuiuſmodi eſt intelligentia refertur formaliter per ſeipſam. Nec valeret inſtantia, ſi diceretur, ꝙ ſi albedo eſſet ſeparata formaliter non referretur per ſeipſam, ſed eſſet per ſimilitudiné formaliter ſimilis. Eſſet.n.verbalis talis inſtantia, & non realis. Nam cũ dicimus ꝙ ſi albedo eſſet ſeparata, quòd formaliter referretur per ſeipſam: non intelligimus hoc quantum ad ipſam relationẽ, ſed quantum ad fundamentum relationis. Album.n.quia non eſt formaliter ipſa albedo non eſt formaliter fundamẽtum ſimilitudinis, nec ſm: fundamentum ſimilitudinis refertur formaliter ſeipſo. Sed ſi albedo eſſet ſeparata, eſſet formaliter ipſa albedo, & ſm fuadamentũ ſimilitudinis referretur ſeipſa. Et hoc ſufficit quantum ad propoſitum ſpectat. Nam relatio (vt dictũ eſt) nec per ſeipſam acquiritur, nec per ſeipſam perditur, ſed ratione fundamenti. Illud ergo quod formaliter eſt fundamentum ipſius relationis, non põt hmõi relationem perdere, niſi ſeipſum perdat. Et quia (ſecundum hunc Authorem) intelligentia eſt ipſa forma, & per formam hẽt ralationem ad ſuam cãm, ideo non põt talem relationé perdere niſi ſeipſam perdat, & extra ſeipſam ſit: quod eſt incõueniens. Intelligentia ergo (ſecundũ iſtum Authorem eſt ſeipſa formaliter neceſſe eſſe: quia ſeipſa formaliter eſt ipſa forma) per quã neceſſario habet relationẽ ad ſuam cãm: quam relationem non põt perdere, niſi ſeipſam perdat. Propter hoc ergo neceſſe eſt eam (ſecundum iſtum Authorem) eſſe. Vt ergo his inuolutionibus reſpondeamus, dicendũ, ꝙ impoſſibile eſt aliquod ſimplex cauſatum eſſe. Ipſę ergo intelligentię non ſunt ſimplices, ſed ſunt compoſitæ ex eſſentia & eſſe, vel ex forma & eſſe. Relatio ergo quam hẽt intelligentia ad primam cãm tanq̃ ad ſuum productiuum nõ fundatur in ipſa forma ſm ſe, nec in ipſo eſſe ſecundũ ſe, ſed fundatur in forma vt perficitur per eſſe, & in eſſe, vt perficit formam. Nam hoc modo forma eſt effectus primi: non quia ipſa producatur ſecundum ſe, ſed eſt effectus primi, prout a primo cõmunicatur ei eſſe: nec eſſe eſt effectus primi ſecundũ ſe, ſed eſt effectus eius prout recipitur in ipſa forma, ſiue in ipſa eſſentia. Sicut.n.in iſtis generabilibus nec generatur materia, nec forma, ſed compoſitũ ex his: ſic & in productione intelligentiæ, nec producitur forma nec eſſe, ſed intelligentiæ ſuppoſitum, cuius eſt forma & eſſe. Sicut ergo iſta generabilia ſunt corruptibilia: quia materia põt ſeparari a ſuo actu, & a ſua forma: ita per voluntaté primi intelligentiæ poſſunt diſſolui: quia ibi forma poteſt ſeparari a ſuo actu & a ſuo eſſe. Relatio ergo quam hẽt intelligentia ad primum eſt per eſſe quod habet a primo. Et quia intelligentia non eſt ſuum eſſe, poterit ſeparari a tali eſſe, & ſic poterit hmõi relationem quam habet ad primum perdere. ſm itaq; naturæ curſum intelligentia eſt indiſſolubilis, per voluntatem tamen primi põt diſſolui & adnihilari. Contra nos ergo ponentes eſſe realiter differre ab eſſentia in oĩbus creatis rationes huius Authoris, & Procli non concludunt, ſed nõ videmus ꝙ non concludant contra ponentes eſſentiam idẽ eſſe realiter quod eſſe. Nã cum non poſſit fieri deſtructio alicuius niſi per ſeparationem a ſuo eſſe, & cum idem nõ poſſit ſeparari a ſeipſo, nõ poſſet intelligentia adnihilari per volũtatem primi, ſed eſſet ipſa quoddam neceſſe eſſe. Hoc.n.poſito valeret argumentum de relatione, ꝙ intelligẽtia per ſeipſam referretur ad cãm primam, nec poſſet huiuſmodi relationem perdere niſi ſeipſam perderet. Nec valet ſi dicatur eſſe & eſſentiam differre ſecundum rationem vel ſecundum intentionem licet ſint idem ſecundũ rem. Nam quæ idem ſunt re, non poſſunt ſecundum rem ſeparari. Non poſſet ergo intelligentia de nouo perdere ſuum eſſe, & per conſequens non potuit ipſum de nouo acquirere quod fuit phyloſophorum opinio contraria veritati, ponentium talia eſſe ab ęterno. Et vt breuiter nos expediamus, dicimus, quòd nihil producitur eſſentialiter differens a ſua cauſa, vel a ſuo productiuo, niſi compoſitum ex po-

V

ſupa.p.

X

Y

tentia & actu realiter differentibus : ita quòd nec producitur potentia nec actus, ſed compoſitum ex vtroq; . Hoc ergo modo fit productio, quia potentia producitur ſub ſuo actu: & hoc modo fit deſtructio : quia potentia partitur vel ſeparatur a ſuo actu. Qui ergo iſta realiter non diſtinguit, nec productionem nec deſtructionem ſecundum rem ſaluare poterit. Eſt ergo omne cauſatum cõpoſitum ex potentia & actu realiter differentibus, ſiue huiuſmodi potentiam & actum apellemus eſſentiam & eſſe, ſiue materiam & formam, ſiue formam & eſſe, ſiue eſſentiam & actum eius, ſiue quocunq; alio nomine ea nominemus. ¶ Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propõnis Vigeſimæ ſextæ.

z SI autem aliquis dicat ꝙ poſſibile eſt ꝙ ſubſtantia ſtans per ſeipſam cadat ſub corruptione dicemus ꝙ poſſibile eſt, vt ſeparetur eius eſſentia, et ſit fixa ſtans per eſſentiam ſuam ſine eſſentia ſua. Et hoc eſt inconueniens & impoſſibile, quoniam propter ea ꝙ eſt vna ſimplex, & non compoſita, eſt ipſa cauſa & cauſatum ſimul.

¶ Propoſita Propõne declarat & manifeſtat eam. Circa quod quatuor facit. Quia primo probat propoſitum, v3 ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans nõ cadat ſub corruptione, comparãdo talem ſubſtantiam ad ſeipſam per quã eſt formaliter. Secundo probat hoc idem, cõparando talẽ ſubſtantiam ad ſuam cãm, per quam eſt effectiue? Tertio remouet quandã cauillationem circa prętacta. Et quarto epilogat circa determinata. Secunda ibi (oĩs autẽ cauſati)
x Tertia ibi (& non ſit cauſa.) Quarta ibi (Iam ergo verificatum eſt.) ¶ Dicit ergo ꝙ (ſi autem aliquis dicat ꝙ poſſibile eſt vt ſubſtãtia ſtans per ſeipſam cadat ſub corruptione: dicemus ꝙ poſſibile eſt vt ſeparetur eſſentia eius & ſit fixa ſtans per eſſentiam ſuã ſine eſſentia ſua). q d. ꝙ ſi ſubſtantia ſtans per ſeipſam quę eſt forma ſeparata poſſet corrumpi, eſſet poſſibile vt eſſentia eius ſepararetur a ſeipſa, & eſſet poſſibile vt eſſet fixa ſtans per eſſentiam ſuam ſine eſſentia ſua. Ex quo.n. eſt fixa ſtãs per eſſentiam ſuã innititur eſſentiæ ſuæ: ſi ergo corrũperetur eſſet ſine eſſentia ſua. Ideo ſubdit ꝙ (& hoc eſt inconueniens, & impoſſibile. Q m̃ propterea ꝙ eſt vna ſimplex & non cõpoſita, eſt ipſa cauſa & cauſatnm ſimul.) ¶ Notandum autẽ ꝙ res compoſita nõ eſt per ſeipſam, ſed eſt per ſuas partes. Sed id quod eſt ſimplex eſt fixum & ſtans per ſeipſum. Ideo eſt ſimul cauſa & cauſatum, quia eſt ſibi ipſi cauſa ꝙ ſtet. Per ſe.n. dicit habitudinem cauſę. ſtare ergo per ſeipſum eſt eſſe ſibi ipſi cauſa ſtandi, & eſt eſſe ſimul cã cauſatum. Tale autẽ eſt neceſſe eſſe, nec põt cadere ſub corruptione. Quia ſi corrumpetur, vel ſi aliquo modo deſtrueretur, deſtrueretur a ſeipſo, & a ſua eſſentia : quod eſt inconueniens. Corrumpi.n. eſt eſſe ſine eo per quod eſt, vel eſt ſeparari ab eo per quod eſt. Cum ergo tale quid ſit ſimul cauſa & cauſatum : quia eſt per ſeipſum & per ſuam eſſentiã, ſi corrumperetur eſſet ſine eſſentia ſua.i. ſepararetur a ſua eſſentia & a ſeipſo : quod eſt inconueniens. ſtans itaq; per eſſentiã ſuam (prout refertur ad ſeipſam quo eſt formaliter) non cadit ſub corruptione. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

& OMnis autem cauſati cadẽtis ſub corruptione nõ fit corruptio niſi propter ſeparationẽ a ſua cauſa: Dũ vero permanet res pẽdens per ſuam cauſam, & retinentem eam, & conſeruantem ipſam nec perit nec deſtruitur. Si ergo hoc ita eſt, cauſa ſubſtãtiæ ſtãtis per eſſẽtiam ſuã nõ ſẽper ſeparatur: qm̃ inſeparabilis eſt ab eſſẽtia ſua, ꝑꝑea ꝙ ipſa eſt cauſa eius ĩformatione ſul.

¶Probat ꝙ tale quid non cadat ſub corruptione prout refertur ad ſuam cãm per quã eſt effectiue dicens. ꝙ (omnis autẽ cauſati cadentis ſub corruptione non fit corruptio niſi pp ſeparationẽ) ſuam (a ſua cauſa) a qua ſupple cõſeruatur in eſſe, & ſubdit (dum vero).i. quamdiu vero (permanet res pendens per ſuam cãm, & retinentẽ eam, & conſeruantem ipſam nec perit nec deſtruitur) ſupple illa res (ſi ergo hoc ita eſt, cauſa ſubſtantiæ ſtantis per eſſentiam ſuã non ſemper ſeparatur).i.nunquã ſeparatur, ſupple ab hmõi re. (qm̃) ſupple talis res (inſeparabilis eſt ab eſſentia ſua, propterea ꝙ ipſa eſt cauſa eius).i.eſt cauſa ſuimet (informatione ſua).i.ad hoc ꝙ ipſa formetur & compleatur. ¶Notãdum autẽ quòd iſta ratio arguit ꝙ ſtans per eſſentiam ſuã non poteſt corrumpi: quia non poteſt ſeparari a ſua cauſa per quam eſt effectiue. Nam cum talis ſit ipſa forma, & per hanc formam habeat relationẽ ad ſuam cauſam, per quam habet formationem.i.complementũ & perfectionem. Conſequens eſt ꝙ ipſa ſibi ſit cauſa ſuæ formationis & complementi. Cum ſit ſibi cauſa ſuę relationis ad ſuam cãm: refertur.n.per ſeipſam ad ſuam cauſam: quia refertur per ſuam formam, & ipſa eſt ſua forma. Non poterit ergo a tali relatione ſeparari: niſi ſeparetur a ſua eſſentia, & a ſeipſa. Semper ergo refertur ad ſuam cãm, & ſemper conſeruatur per ipſam: propter quod nec peribit nec deſtruetur. ¶Notandum etiam ꝙ (vt patet per habita) tales rationes arguunt ſecundũ naturę curſum, nõ ſimpliciter. Poſſet.n. Deus ſi vellet intelligentias ipſas in nihilum redigere, ſicut eas de nihilo produxit ad eſſe. ¶Deinde cum dicit.

TERTIA Pars Principalis Commenti.

ET non fit cauſa ſui ipſius niſi per relationẽ ad ſuam cauſam: & illa relatio eſt formatio eius. Et quia ipſa eſt ſemper relata ad ſuã cauſã: & ipſa eſt cauſa ipſius relationis, eſt ipſa ipſius cauſa per modũ quoniam diximus: quia non perit, nec corrumpitur, nec deſtruitur: quoniam eſt cauſa & cauſatum ſimul, ſicut oſtendimus nuper.

¶Remouet quandam cauillationem circa prętacta: Dixerat.n. quòd ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt cã & cauſatum ſimul:& dixerat ꝙ ipſa eſt cauſa eius.i. ſibi ipſi informatione ſui. Vnde poſſet aliquis cauillare dicens: quòd ſi ſic eſt. tunc talis res ſeipſam producit & ſeipſam cauſat. Ideo vt Author hanc cauillationem remoueat exponit ſe: declarans qũo intelligatur, ꝙ talis res ſit cã & cãtum ſimul, & quomodo ſit cauſa ſuæ formationis. Eſt enim cã ſuę formationis & complementi: quia eſt cã ſuę relationis ad ſuam cãm, per quam formaẽ, perficitur, & completur: ipſa tñ ſeipſam non producit. Ideo ait (& non fit cã ſui ipſius i. talis res ſtans per eſſentiam ſuam non fit cã ſui ipſius (niſi per relationem ad ſuam cãm) non.n.eſt cã ſui eſſe: niſi quia eſt cã ſuę relationi ad ſuam cãm per ꝙ̃ hẽt eſſe & ſubdit ꝙ (& illa relatio).ſ.ad ſuã cãm (eſt formatio eius, & quia ipſa ſemper eſt relata ad ſuam cauſam, & ipſa eſt cã illius relationis) Ideo conſequens (eſt) ꝙ & (ipſa) res ſtans ꝑ eſſentiam ſuam eſt (ſui ipſius cã per modum quẽ diximus, quia non perit, nec corrũpitur, nec deſtruitur: qm̃ eſt cã & cãtum ſimul. ſicut oñdimus nuper.) Notandum aũt ꝙ (ſicut ſupra diximus) albũ eſt ſimile per albedinem: ſed ſi eſſet albedo ſeparata ipſam eſſet ſimilis per ſe ipſam: ita ꝙ ipſa eſſet ſibi ipſi cã ſuæ relationis: ſic gñatio eſt via in formã, & gñatum ꝓducitẽ ex eo ꝙ accipit formam, & refertur ad ſuum productiuũ Per hmõi formã. & quia a ſuo productiuo eſt ei ſua productio, & eſt ei ſua perfectio: ſicut referẽ per aliud, vt ꝑ formã: ſic etiam per aliud, vt ꝑ formã, perficitur: & formaẽ. ita ꝙ formatum nõ eſt ſua formatio, nec formaẽr, nec effectiue, nec per ſeipſum eſt cã relationis ad ſuam cãm. Sed ſi ꝓduceret ipſa forma cuiuſmodi

eſt ſubſtantia per ſe ſtans,huiuſmodi res ſic producta eſſet ſua formatio formaliter, & eſſet cauſa ſuę formationis:quia per ſeipſam refertur ad ſuam cauſam per quam relationem,formationem,& cōplementum acciperet,quia ergo talis res ſeipſa referretur: ſicut ſi eſſet albedo ſeparata ſeipſa ſimilaretur: conſequens eſſet ꝙ huiuſmodi res ſic ſtans eſſet cauſa ſuę relationis ad ſuam cauſam,& quia per talem relationem haberet formationem & cōplementum,diceretur eſſe cauſa ſuæ formationis,& complementi. ¶Notandum etiam ꝙ quō intelligentiæ (quæ ſunt ipſæ formæ) dicantur eſſe cauſa ſuæ relationis ad ſuā cauſam & dicātur hoc modo ſeipſis referri in vigeſimanona propoſitione dicetur. ¶Deinde cum dicit.

R. IAM ergo verificatum eſt ꝙ omnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam neq; deſtruitur, neq; corrumpitur.

¶Epilogat circa determinata dicens (iam ergo verificatū eſt quòd oīs ſubſtantia ſtans per ſeipſam neq; deſtruitur neq; corrumpitur) ſupple neq; perit. ¶Notandum aūt ꝙ in parte pręcedenti tria tetigit Author de ſubſtantia perſe ſtante, vʒ ꝙ non perit, neq; deſtruitur. T. con.3. neq; corrumpitur,quæ ſic poſſunt diſtingui,nam (ſecūdū Philoſophum in quarto Metaphiſicę)per idem eſt aliquid ens,& vnū. ſcđm ergo ꝙ aliquid pōt eſſe diuerſimode vnū ſic etiā pōt eſſe diuerſimode ens.Et ſicut pōt diuerſimode a ſua vnitate cadere.,ſic etiam diuerſimode pōt a ſua entitate cadere.Videmus aūt ꝙ aliquid eſt vnū per aggregationem, vt domus & eſt vnū ꝑ formæ acceptionē,vt qđlibet corpus naturale,aliqđ aūt eſt vnum quia eſt ipſa forma,vt quælibet ſubā ſeparata.Quod aūt eſt vnum per aggregationem ſi cadit a ſua entitate,hoc eſt per partium ſeparationem,& tunc đr deſtrui. Quod vero eſt vnum per formę acceptionem,ſi cadit a ſua entitate,hoc eſt per formæ amiſſionem,& tunc dicitur corrumpi ſi aūt id quod eſt vnum,quia eſt ipſa forma caderet a ſua entitate, hoc eſſe per adnihilationem,& tunc diceret perire. Vult ergo iſte Author ꝙ ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuā nullo modo poſſit cadere a ſua entitate,nec per deſtructionem,nec per corruptionem,nec per adnihilationem.

A PROPOSITIO VIGESIMASEPTIMA.

OMNIS ſubſtantia deſtructibilis non ſempiterna aut eſt cōpoſita,aut eſt delata ſupra aliam rem. B

In ꝑpōe. 35.F. ¶Poſtquam Author oſtēdidit ꝙ ſubſtantię per ſe ſtantes nō cadunt ſub corruptione.In parte iſta (vt dicebatur)declarat quę ſint illæ ſubſtantiæ quę cadunt ſub deſtructione vel ſub corruptione. Circa quod duo facit quia primo circa hoc pręmittit quandam propōnem. Secundo ſubiungit propoſitionis declarationem ibi (propterea quòd eſt.) Dicit ergo quòd (omnis ſubſtantia deſtructibilis non ſempiterna,aut eſt compoſita,aut delata ſupra aliam rem.)

¶Dubitaret forte aliquis. Vnde ſequitur hęc conſequentia,quòd ſi ſubſtantia eſt deſtructibilis, quòd tunc vel eſt compoſita vel delata ſupra rem aliam. Dicendum ꝙ hæc conſequentia ſequitur ex oppoſito conſequentis propōnis præmiſſæ. Dicebatur.n.in pręmiſſa propōne: ꝙ omnis ſubſtantia ſtans per ſeipſam non cadit ſub corruptione, & accipitur ibi,non cadere ſub corruptione large,pro non corrumpi,non deſtrui & non perire (vt patet ex commento propōnis prædictę) ſi ergo ſubſtantia ſtans per ſe ipſam non deſtruitur. Ergo a deſtructione conſequentis ſiue ab oppoſito conſequentis ſi quid deſtruitur non ſtat per ſeipſum,& conſequenter dicitur.qui hoc eſt vel quia eſt compoſitum,& ſtat per ſuas partes, ſicut compoſitum ex materia & forma:vel quia ſtat in parte,ſicut forma materialis:quæ non ſtat per ſeipſam,ſed ſtat in materia. Ergo ſi ſubſtantia aliqua non ſtat per ſeipſam, quia ſtat per partes,tunc eſt ſubſtantia compoſita. Si aūt non ſtat per ſeipſam quia eſt pars ſtans in

B

in ꝑpōe. 26. S.

parte

parte, tunc eſt delata ſupra rem aliam. Et quia iſtis duobus modis contingit ſub̃am no̅ ſtare p ſeipſam; ideo iſtis duobus modis co̅tingit ipſam eſſe deſtructibilem. Arguatur ergo ſic. Omnis ſubſtantia deſtructibilis no̅ eſt ſtans per ſe ipſam (vt patet ex dextructione conſequentis propo̅nis præmiſſæ) ꝙ au̅t ſub̃a aliquã non ſit ſtans per ſeipſam eſt vel quia ſtat per partes, & tunc eſt co̅poſita, vel quia eſt pars ſtans in parte, & tunc eſt pars delata ſupra rem vel ſupra parte̅ aliã. Ergo a primo ad vltimu̅, oi̅s ſub̃a deſtructibilis vel e̅ co̅poſita vel e̅ delata ſupra rem aliam (vt dicit ꝓpoſitio ꝓpoſita. Eſt au̅t diligenter aduertendum ꝙ ſicut p negatione̅ deſtruitur affirmatio, ſic econuerſo p affirmatione̅ tollitur negatio ſicut ergo ſi dicatur, ho̅ ergo aı̃l, argui̅t a deſtructione conſequentis dicendo non aı̃al ergo no ho̅, ſic cu̅ dr̃ ſub̃a ſtã̅s per eſſentiam non eſt deſtuctibilis, arguitur a deſtructione conſequentis dicendo eſt deſtructibilis. ergo non eſt ſtans per eſſentiam ſuam.

¶ Vlterius forte dubitaret aliq̃s vtru̅ aı̃a humana ſit delata ſupra rem aliã, & vr̃ ꝙ ſic, q̃a forma quę eſt pfectio materię eſt delata ſupra rem aliã: ſed aı̃a humana eſt perfectio materiæ, quia eſt perfectio corporis. ergo &c. In contrarium eſt quaſi aı̃a humana eſſet delata ſupra rem aliam eſſet deſtructibilis (vt innuit propoſitio propoſita) ſed no̅ eſt deſtructibilis. ergo &c. Dicendum ꝙ illud deferri habet ſupra rem aliam, quod de ſe non habet fixionem, ſed indiget re alia. Vnde in commento huius propo̅nis exponitur ꝙ deferri ſupra rem aliã eſt in ſui fixione indigere eſſentia deferente. Si ergo aı̃a humana eſſet delata ſupra rem aliam in ſui fixione indigeret alia eſſentia deferente: non ergo poſſet exiſtere ſine materia deferente ipſam: ſed hoc eſt falſum, quia non deſtruitur aı̃a humana deſtructo corpore, ideo non eſt ꝓprie res delata ſupra rem aliam, ꝙ au̅t ſic ſit manifeſtat operatio eius: quia he̅t aı̃a operationem, quã p ſe & directe non co̅municat corpori. Vnde & Philoſoph. circa principiu̅ primi de aı̃a ait, ꝙ ſi ꝗdem igitur eſt aliq̃d aı̃æ operationu̅ aut paſſionum ꝓpriu̅, co̅tinget vtiq; ipſam ſeparari, ſi vero nulla eſt ꝓpria op̃atio ipſius, non erit ſeparabilis. Ex operibus itaq; poſſumꝰ iudicare de ſub̃a. Nam ſi ſub̃ę formę nullã he̅t op̃ationem q̃ non poſſit exercere ſine corp̃re ɔ̃ns eſt ꝙ illa forma no̅ po̅t he̅re eſſe ſine corp̃e eſſet.n. tunc ſub̃a eius ocioſa, ſi he̅ret eſſe ſine corp̃e, & nullã op̃atone̅ poſſet ſine corp̃e exercere. Sed ſi forma he̅t op̃atione̅ aliquã, q̃ poſſit exercere ſine corp̃e: ɔ̃ns e̅ ꝙ forma illa ſit ſep̃abilis a corp̃e, cu̅ ergo Aı̃a hu̅a he̅at op̃atione̅ aliq̃m no̅ ı̃dige̅te̅ corp̃e niſi p accide̅s, q̃a he̅t ipſum ı̃telligeř, co̅ſeque̅s e̅ ꝙ poſſit eſſe ſine corp̃e. Aı̃a ergo hu̅a no̅ eſt ita ı̃merſa ſuæ materiæ ſicut ſunt aliæ formę materiales. Nã alię formæ materiales nullã hn̄t virtute̅, q̃ no̅ ſit virtus in corp̃e, & q̃ non ſit pfectio corp̃is, ſed aı̃a humana he̅t ı̃tellectu̅ q̃ nec eſt corpus, nec virtus in corpore, ideo excellit oe̅ corpus, nec ı̃diget corpore ad ſui ſubſtentatione̅. Indiget tñ aliquo mo̅ corpore ad ſui pfectione̅, eſt.n. corpus ꝓpter aı̃am & non eco̅uerſo. Hoc au̅t mo̅ eſt corpus ꝓpter aı̃am, quia aı̃a multas operationes po̅t exercere per corpus. intelligeret quide̅ aı̃a & ſi eſſet ſine corpore, ſed non intelligeret eo mo̅ quo intelligit in corpore. alias vero op̃ationes vt phantaſiari & ſentire abſq; corpore he̅re non po̅t. Si ergo aı̃a humana excellit alias formas in corpore & po̅t eſſe ſine corpore, ı̃ quatu̅ hm̃oi non eſt delata ſupra re̅ aliã. ſed eſt ı̃deſtructibilis.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis vtru̅ forma cęli ſit delata ſupra re̅ aliam Dicendu̅ ꝙ opꝫ hic diſtinguere de forma cœli & de delatione oſtendere quid ipſa ſit propter quod ſciendum quod illud quod diferı̃ ſuper aliud & ſubſtentatur per illud & mobilitr̃ ſe habet cum illo formę ergo hic inferius eductæ de potentia materię proprię ſunt delatę ſuper materiam: quia & ſubſtentantur per materiam, & non ſunt fixę in materia, ſed quaſi per modum delationis ſe habent ſuper ipſam, quia materia ſecundum aliquam perihodum expoliatur huiuſmodi formis. cum.n. aliquis defertur per aliquod ſpacium ſubſtentatur in illo ſpacio & ad vltimum perit & dimittit illud ſpacium, & ſm̃ ꝙ velocius defertur ſuper tale ſpacium ſic citius dimittit ipſum ita quo̍d ſecundum velocitatem mobilis ſuper ſpacium accipitur tempus dimenſionis ſpacij, ſic & in propoſito. Omnia enim hic inferius menſurantur ſua perihodo. Nam omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur, oportet tamen huiuſmodi corruptionem fieri ſecundum aliquam periodum ideſt ſecundum aliquam menſuram tem-

poris forma itaq; materialis(quia defertur ſuper materiam) & quia labitur ſuper eam per aliquam perihodum,& ſecundum aliquod ſpacium tpis,ad vltimum dimittit eam. Oſtenſo aũt quid dicit deferri,vel quid eſt eſſe delatum ſuper rem aliam : Volumus diſtinguere de
F ipſa forma cœli. Eſt.n. duplex forma cœli vna,quæ h; cum cœlo vnum eſſe,& hæc eſt forma eius corporalis extenſa ſm extenſionem cœli: alia vero eſt quæ vnitur cœlo non ſm eſſe;ſed tñ ſecundum operationem,vt anima cœli mouens cœlum. Cum ergo quæris vtrũ forma cœli ſit delata ſupra ſuam materiam,(vt diximus.) Delatum ſuper aliquod eſt illud qđ ſubſtentatur ſuper ille,& labitur ſuper ipſum: Si ergo per formam cœli vis intelligere aĩam eius mouentem cœlum,talis forma nullo modo eſt delata ſuper ſuam materiam. Aĩa .n. cœli,nec ſubſtẽtatur per cœlum,nec mobilr̃ ſe h; ad ipſum,vel ſcđm ipſum: Immo mouet non mota. Mouet ẽt ſine laſſitudine:pp qđ poſſet perpetuare hmõi motum. Ponit tñ fides(& verum eſt)ꝙ aliqñ motor cœli ceſſabit mouere cœlum,ſed hoc erit ex ſola voluntate primi,non ex laſſitudine motoris. Quia ergo forma rei corruptibilis educta de potentia materię ſubſtentatur in materia,& non põt perpetuari in ipſa materia:Ideo per modum delationis ſe h; ad ipſam. Aĩa vero cœli quia non ſubſtentatur per cœlum, & põt perpetuare hmõi motum. Ideo non põt dici delata ſupra rem aliam : ſed ſi loquamur de forma cœli,quę facit vnum cum cœlo ſcđm eſſe:Tunc dicimus ꝙ talis forma eſt delata quodam modo ſupra ſuam materiam,ſed non ſimplr̃: Nam cum deferri dicat ſubſtentari & nõ perpetuari,forma cœli participat de delatione quantum ad ſubſtentari , ſed non quantum ad non perpetuari. Subſtentatur enim in materia hmõi forma , ſed non per modum delationis,ſed per modum fixum perpetuum,& ſtabile habet eſſe in ea.

G ¶Vlterius forte dubitaret aliquis vtrum oẽ deſtructibile ſit compoſitum , aut delatum, & econuerſo. Dicendum ꝙ oẽ deſtructibile op;,ꝙ ſit compoſitum, vel delatum (vt põt pa-
Supra.B. tere perhabita)ſed vtrum ſit econuerſo,v; ꝙ oẽ compoſitum ex materia, & forma, & oĩs forma delata ſupra materiam ſit deſtructibilis dubitationem h;. Ad quam ſoluendam diſtinguemus de deſtructione,& de cõpoſito,& de delatione.Nam deſtrui põt accipi,vel quãtum ad eſſe ſimplr̃,vel quantum ad eſſe vbi. Si accipiatur quantũ ad eſſe vbi:ſic oẽ cõpoſitum ex materia,& forma eſt deſtructibile:quia oẽ tale eſt corpus,& oẽ corpus mobile. Si aũt ſit aliquod corpus immobile nõ eſt pñtis ſpeculationis,quia hmõi corpus cuiuſmodi eſt cœlum Empireum,qđ ponitur immobile, per Rõnes humanas ſufficienter inueſtigari non põt. Quia ergo eſt gñatio,& corruptio ſcđm vbi. Quicquid.n.mouetur aliquo modo acquirit vbi,& aliquo modo perdit vbi. Sic loquendo large de deſtructione oẽ compoſitum per humanas rõnes inueſtigabile eſt deſtructibile:quia oẽ tale eſt mobile. Et ſicut eſt quid
H mobile ipſum compoſitum:Sic aliquo modo ſubiacet motui ſua forma:& per conſequẽs dicetur delata ſupra ſuam materiam:quia motis nobis mouenr̃ oĩa,quæ ſunt in nobis. Moto .n. corpore,mouentur oĩa,quæ ſunt in corpe. Sed ſi accipiatur deſtructio quantum ad eſſe ſimplr̃,tunc diſtinguendum eſt de delato,& de compoſito. Nam ſi accipiatur delatum ſuper materiam pro oĩ eo quod adhæret materię,& qđ facit compoſitum vnum ſcđm eſſe, ſic non oẽ delatum eſt deſtructibile:quia aĩa humana non eſt deſtructibilis. Nec oẽ compoſitũ ex materia,& forma ſic delata eſt deſtructibile, quia cœlũ non eſt deſtructibile. Sed ſi accipiatur delatum proprie,prout dicit illud quod h; ſubſtentari in materia , & quod nõ poteſt exiſtere ſine ea:& pro ſubſtentari accipiantur ſubſtentari fluxibiliter,ſic.ſ.ꝙ nõ poſſit perpetuari in ipſa: ſic omnis forma delata eſt deſtructibilis,& omne compoſitum ex tali forma oportet eſſe deſtructibile. ¶Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propõnis Vigeſimæ ſeptimæ.

I PRopterea ꝙ eſt ſubſtantia,aut eſt indigens rebus ex quibus eſt , & eſt compoſita ex eis:aut infixione ſua,& eſſentia ſua eſt indigens deferen-

te. Cum ergo ſeparatur deferens eam, corrumpitur, & deſtruitur: ꝙ ſi ſub
ſtantia non eſt compoſita, neq; delata, eſt ſimplex, & non deſtruitur neq;
diminuitur omnino.

¶Declarat propoſitionem propoſitam dicens (propterea quod eſt).i. quod ponitur (ſub̃a)
ſupple deſtructibilis (aut eſt indigens rebus ex quibus eſt, & eſt compoſita ex eis: aut in-
fixione ſua, & eſſentia ſua eſt indigens deferente).q.d. ꝙ ex quo ſubſtantia aliqua ponitur
eſſe deſtructibilis, vel erit indigens partibus, & tunc erit compoſita, vel indiget aliquo de-
ferente, & tunc erit delata ſuper rem aliam: quia ſi non indigeret partibus, nec deferente
eſſet per ſe ſtans, & non eſſet deſtructibilis. Oĩs aũt ſub̃a deſtructibilis, vel ſubſtentatur in
materia deferente, vel eſt compoſita ex forma delata, & materia deferente. Et ſubdit (cum
ergo ſeparatur deferens eam).ſ. formã.i. cum ſeparatur materia deferens formã à for-
ma (corrumpit̃, & deſtruitur) ſupple tam talis forma ꝗ̃ compoſitũ. Oẽ ergo deſtructibile,
vel eſt ſic delatum, vel eſt ſic compoſitũ. Et ſubdit (ꝙ ſi ſub̃a non eſt delata, neq; cõpoſita
eſt ſimplex).i. per ſe ſtans, & eſt ſemper (&) per ꝯñs (non deſtruitur neq; diminuit̃ oĩno.)
¶Notandum aũt ꝙ forma materialis indiget materia deferente in ſua eſſentia, & in ſua fi- **K**
xione. Indiget quidem materia deferente in ſui eſſentia: quia eſſentia eius eſt educta de
potentia materiæ. Indiget vero materia in ſui fixione quia non põt per ſe ſtare: ſed ſtatio-
nem, & fixionem quã hʒ, habet à materia. ¶Notandum ẽt ꝙ forma materialis cũ diſponit̃
ad corruptionem dr̃ diminui, cum vero corrumpitur dicit̃ deſtrui. Formæ ergo ſimplices
per ſe ſtantes ſunt ſemper, & non deſtruuntur, nec diminuuntur oĩno: quia non corrumpũ-
tur, nec ad corruptionem diſponunt̃. ¶Notandum ẽt ꝙ vbi vnum ꝓp aliud vtrobiq; tm̃
vnum. Ex coniunctione ergo formæ ad materiam gñatur compoſitum per ſe. & generato
compoſito, gñatur, & forma. Ita ꝙ vna gñone gñatur vtrunq;, vnum per ſe, & aliud ex cõ-
ſequenti. Sic ẽt quum ſeparatur deferens formam.i. materia à ſua forma, corrumpitur, &
deſtruitur per ſe, & primo ipſum compoſitum, & ex conſequenti ipſa forma: forma.n. nec
corrũpit̃, nec gñatur ꝑ ſe, ſed gñatur, & corrumpitur gñone, & corruptione compoſiti.

PROPOSITIO VIGESIMAOCTAVA.

OMNIS ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex, **A**
& non diuiditur.

¶Poſtꝗ̃ Author determinauit de ingñabili, & incorruptibili. In par-
te iſta (vt dicebatur) agit de ipſis rebus ſimplicibus. Circa quod duo In ꝓpõe
facit ſcd̃m, ꝙ circa hoc ponit duas propõnes. Quarum vna videt̃ eſſe 25.F.
conuerſa alterius. Scd̃a ibi (oĩs ſub̃a ſimplex) in ꝓpõne.29. Circa primum duo facit, quia
primo ꝑmittit propõnem. Scd̃o propõnem illam declarat, & ꝓbat ibi (ꝙ ſi dixerit.)
¶Dicit ergo ꝙ (omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex, & non diuiditur.
¶Notandum autem ꝙ hanc eandem propõnem ponit Proclus in 47. propõne ſui libri ſub Proclus.
his verbis. Omne antipoſtaton.i. omne per ſe ſtans impartibile eſt, & ſimplex.
¶Dubitaret forte aliquis quia videtur falſum eſſe, ꝙ oĩs ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuã **B**
ſit ſimplex, & non diuidatur. Nam omnes intelligentiæ ſunt ſic ſtantes, & tñ non ſunt ſim
plices, ſed cõpoſitæ ex finito, & infinito, ſiue ex eſſentia, & eſſe: ſunt ẽt compoſitę ex ſub̃a,
& proprietatibus. Hãt.n. in ſe intellm̃, & voluntatem: quę ſunt quaſi ꝓprietates quędam
ſequentes ſubſtantiam earum. Habent etiam in ſe multas ſpecies intelligibiles, & multas
formas: quia (vt dicitur in ꝓpoſitione.10.) Oĩs intelligentia eſt plena formis. Hæc aũt ſi-
ne compõne eſſe non poſſunt. Dicendum ꝙ ſtare per eſſentiam ſuam põt intelligi duo-

bus modis: in idem tamen redit vnum quod aliud. Dicitur quidem res ſtare per eſſentiam ſuam, ſi habeat eſſentiam per ſe ſtantem, vel etiam res dicitur ſtare per eſſentiam ſuam, ſi ꝙ ſtet, competat ei per eſſentiam ſuam. Vnum aũt iſtorum redit in aliud, & cuicunq; cõpetit vnum, & aliud. Res enim materialis non ſtat per eſſentiam ſuam: quia non hʒ eſſentiam per ſe ſtantem: nec ꝙ ſtet competit ei per eſſentiam ſuam. Nam principaliter ad eſſentiam pertinet forma. Tunc ergo aliquid non hʒ eſſentiam per ſe ſtantem: quando illud quod principaliter ad eſſentiam pertinet (cuiuſmodi eſt forma) non eſt per ſe ſtans, ſed hʒ materiam deferentem ſe. Tunc.n. tale quid ꝙ ſtet non habet per eſſentiam ſuam: quia nõ hʒ hoc per formam quæ principaliter ad eſſentiam pertinet. Nam ſi haberet hoc per formam, ipſa forma eſſet per ſe ſtans: ſed ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ ſunt forma tantum, habent
C ſubſtantiam, ſiue eſſentiam per ſe ſtantem: & ꝙ ſtent competit eis per eſſentiam ſuam. Non tamen quicquid hñt hmõi ſubſtantiæ eſt per ſe ſtans. Nam (vt dicebatur arguendo) hmõi ſubſtantię hñt eſſe, & hñt potentias, & operationes, quæ non ſunt per ſe ſtantes: ſed lʒ non oĩa, quæ hñt ſint per ſe ſtantia, eſſentiam tñ habent per ſe ſtantem: quia totum id quod ad eſſentiam pertinet eſt per ſe ſtans. Nam ad eſſentiam earum non pertinet niſi forma: & ipſa forma in eis dr̃ eſſe per ſe ſtans: quia non eſt in materia recepta. Sola ergo iſta habent eſſentiam per ſe ſtantem, vel ſola iſta ſtant per eſſentiam ſuam: quia ſunt forma tm̃. Quare ſi eſſent forma in materia, non ſtarent per eſſentiam ſuam (vt declaratum eſt) nec haberẽt eſſentiam per ſe ſtantem. Illa ergo quæ ſunt forma tantum non habent eſſentiam cõpoſitam ex pluribus rebus: immo eorum eſſentia eſt vna res, cum ſit forma tantum. Ideo tales res ſecundum eſſentiam ſunt ſimplices, & non diuiduntur. Poſſunt tamẽ hmõi habere compoſitiones alias, vt puta ex eſſentia, & eſſe, vel ex ſubſtantia & virtute, vel ex virtute, & operatione, ſed ipſam eſſentiam non habent compoſitam. Sic ergo exponenda eſt propoſitio. Quòd omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex, & non diuiditur (ſupplendum eſt) ſm eſſentiam, vel ſecundum ſubſtantiam: pót tñ habere alias compoſitiones (vt dictum eſt) & per hoc patet ſolutio ad obiectum. Nam cum arguitur, ꝙ in intelligentijs eſt compoſitio ex eſſentia, & eſſe, & ex ſubſtantia, & proprietate &c. Patet ꝙ oẽs tales cõpoſitiones non dicunt compoſitionem eſſentialem, ſed dicunt compoſitiones alias.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum ſit idem eſſe ſimplex, & non diuidi. Dicendum
D ꝙ idem eſt vnum ꝙ aliud ſm rem: differunt tamen ſicut via qua itur à Thebis Athenas, & ab Athenis Thebas. Nam eſſe ſimplex opponitur ei quod eſt eſſe compoſitum, & non diuidi opponitur ei quod eſt diuidi. Sicut ergo differt compoſitio, & diuiſio, ſic differt eſſe ſimplex, & non diuidi. Compoſitio.n. incipit à partibus, & vadit ad totũ. Hoc eſt.n. cõponere ex aliquibus aliquod totum conficere. Diuiſio vero incipit à toto, & vadit ad partes. Hoc eſt.n. diuidere, aliquod totum in partes ſecare. Idem eſt ergo cõpoſitio, & diuiſio nõ, ꝙ idem ſit cõponere, & diuidere, quia nõ eſt idem facere, & deſtruere. Cõponendo.n. totũ facimus, diuidendo vero ipſum deſtruimus: ſed hoc modo iſta duo ſunt idem: quia idem eſt eſſe compoſitum, & eſſe diuiſibile. Differunt tñ, quia compõ, & eſſe cõpoſitum ſumiẽ ꝑut partes hñt ordinẽ ad totum qđ ſtatuũt: ſed eſſe diuiſibile accipiẽ ꝑut totũ hʒ ordinẽ ad partes in quas ſecaẽ. Sic ꝑut ſpectat ad ꝓpoſitũ idẽ eſt eſſe ſimplex, & nõ diuidi.i. eſſe indiuiſibile: differunt tñ rõne. Nã ſimplex priuat partes ꝑut ex eis totũ componiẽ. Indiuiſibile vero priuat partes, ꝑut in eas totũ reſoluiẽ. Intells ergo ſimplicitatis ꝑcedit intellm̃ indiuiſionis, ſicut intells compõnis ꝑcedit intellm̃ reſolutionis. Prius.n. intelligiẽ ꝙ aliqd ſit cõ-
E poſitũ ex aliqbus q̃ ꝙ ſit reſolubile in aliqua. Sicut.n. gñatio ꝑcedit corruptionẽ, ſic eſſe gñabile prius intelligiẽ aliqd, q̃ ꝙ intelligaẽ eẽ corruptibile. Sic qa cõponere (vt dicebaẽ) eſt totum aliqđ gñare, & facere. Diuidere vero eſt ipſum corrũpere, & deſtruere. Ideo nõ poſitio ꝑcedit diuiſionẽ, & prius aliquid intelligiẽ eſſe cõponibile q̃ ꝙ intelligaẽ eſſe diuiſibile. Hoc eſt.n. cõponere gñare totũ ex partibus, Sed hoc eſt diuidere, gñare partes ex toto: niſi aũt prius eſſet gñatum totum ex partibus non poſſent partes gñari ex toto. Et ſicut eſſe compoſitum prius intelligitur q̃ eſſe diuiſibile: ſic eſſe ſimplex, ideſt, priuari partibus ex

quibus

quibus aliquid componitur, prius intelligitur q̃ eſſe indiuiſibile, & non habere partes in quas reſoluatur. Idem eſt ergo ſecũdum rem eſſe ſimplex, & eſſe indiuiſibile: intellectus tamen vnius eſt prior q̃ intellectus alterius. Bene ergo Author in propõne prius fecit mentionem de ſimplicitate q̃ de indiuiſione, cum dixit: ꝙ ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex, & non diuiditur: quia licet oĩs talis ſubſtantia habeat vtrunq; tam ſimplicitatem q̃ indiuiſionem, prius tamen intelligitur eſſe ſimplex q̃ indiuiſa. ¶Deinde cũ dicit. H

COMMENTVM Propõnis Vigeſimæ octauæ.

QVòd ſi dixerit aliqui: poſsibile eſt vt diuidatur, dicemus: ſi poſsibile eſt vt ſubſtantia ſtans per ſeipſam diuidatur, & eſt ſimplex, poſſibile eſt, vt eſſentia partis eius ſit per eſſentiam eius ſtans iterum ſicut eſſentia totius. Si ergo poſsibile eſt illud, redit pars ſupra ſeipſam. Et omnis pars eius eſt rediens ſupra ſeipſam: ſicut & reditio totius ſupra eſſentiam ſuam. Et hoc eſt impoſsibile ſi ergo eſt impoſsibile iſtud ſubſtantia ſtans per ſeipſam erit indiuiſibilis & ſimplex. F

¶Declarat propõnem propoſitam, dixerat.n.ſubſtantiam per ſe ſtantem eſſe ſimplicem & nõ diuiſibilem, ſiue dixit eam non eſſe reſolubilem in partes & non eſſe compoſitam ex partibus. Tria ergo facit quia primo probat talem ſubſtantiã non eſſe diuiſibilem, & nõ eſſe reſolubilem in partes. Secundo probat eã eſſe ſimplicẽ & nõ habere cõpoſitionem ex partibus. Tertio epilogat circa determinata, ſecunda ibi (ſi autem non eſt ſimplex.) Tertia ibi (iam ergo conſtat.) ¶Dicit ergo (ꝙ ſi dixerit aliquis, poſsibile eſt vt diuidatur) ſupple ſubſtantia per ſe ſtans. (Dicemus ſi poſsibile eſt vt ſubſtantia ſtans per ſeipſam diuidatur, & eſt ſimplex) hoc ergo poſito ꝙ tale qd ſit diuiſibile (poſsibile eſt vt eſſentia partis eius ſit per eſſentiam eius ſtans iterum, ſicut eſſentia totius).q.d.ꝙ ſi ſubſtantia eſſet per ſe ſtãs & eſſet diuiſibilis oporteret ꝙ quælibet pars eius ſtaret per eſſentiam eius.i.per eſſentiam ipſius partis: ſicut eſſentia totius ſtat per eſſentiam totius. Ponere.n.totum ſtare per ſeipſum, & dicere ipſum eſſe diuiſibilem: non ſolum eſt dicere ꝙ totum per ſe ſtet, ſed iterũ eſt dicere ꝙ quælibet pars per ſe ſtet. & ſubdit ꝙ (ſi ergo poſsibile eſt illud) vꝫ ꝙ totum per ſe ſtet, & quòd ſit diuiſibile (redit pars ſupra ſeipſam, & oĩs pars eius eſt rediẽs ſupra ſeipſam: ſicut eſt reditio totius ſupra eſſentiam ſuã. Et hoc eſt impoſsibile. Si ergo eſt impoſsibile iſtud, ſubſtantia ſtans per ſeipſam erit indiuiſibilis & ſimplex) G

¶Dubitaret forte aliquis quia vr Author petere quod eſt in principio. dicit.n.quòd ſi ſubſtantia eſt per ſe ſtans & eſt ſimplex, quòd non diuiditur: quia tunc quælibet pars rediret ſupra ſeipſa, ſicut & totum. Supponit ergo Author quod deberet probare quia ſupponit talem ſubſtantiam eſſe ſimplicem. Dicendum quòd hẽ ſubſtantiam ſimplicem eſt de intellectu ſubſtantiæ per ſe ſtantis. Nam hoc modo intelligimus ſubſtantiã ſtare per ſe.i.non hẽ partem innixam parti: quia ſi hoc mõ ſtaret ſubſtantia, quòd pars ſtaret per partẽ, vel quia pars inniteretur parti: tunc talis ſubſtantia non ſtaret per ſe, ſed ſtaret per partem innixam parti: ſed nullũ tale eſt ſimplex. De intellectu ergo ſubſtantiæ per ſe ſtantis eſt ꝙ ſit ſimplex. Sed ſi proponitur ad probãdũ aliquid eſſe tale id quod eſt de intellectu eius, non petitur quod eſt in principio: ſed recte arguitur. Ad probandum ergo ſubſtantiã per ſe ſtantem eſſe indiuiſibilem, ſi ſupponimus talem ſubſtantiã eſſe ſimplicem, non petimus quod eſt in principio: cum hoc ſit de intellectu eius. Vel poſſumus dicere quòd illud verbum quod in cõmento ponitur cũ dicitur (ſubſtantia per ſe ſtans, & eſt ſimplex ſi eſt poſſibile vt diuidatur, poſsibile eſt vt quęlibet eſſentia partis redeat ſupra ſeipſam, quod eſt inconueniens) hoc quod dicitur ſimplex eſt ibi quaſi additum: non enim oportet quòd

ſit illud cui innititur probatio : quia ſine hoc per verba poſita in littera habetur intentū, vt in proſequendo patebit.

H ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum habeat aliquem bonum intellectū quod additur ibi ſimplex. Dicendum quòd oīs ſubſtantia per ſe ſtans eſt quoddam totum : ſed non eſt totum ex partibus, nec totum in parte, ſed eſt totum ante partes. Hoc. n. triplici modo diſtinguit totum Proclus in. 66. Propoſitione ſui libri. Album. n. eſt totum ex partibus, albedo vero in materia eſt totum in parte, ſed ſi eſſet albedo ſeparata eſſet totum ante partes. Album. n. eſt totum ex partibus prout noīe albi intelligimus aliquid aggregatū ex ſubiecto & accidente. Albedo vero eſt totum in parte. Nam tota eſſentia albedinis non reſeruatur in albedine materiali : ſed reſeruatur ibi particulariter, & ſecundum partē. Nam forma materialis recepta in materia, non pōt ibi recipi ſecundū totam ſuam perfectionē ſed artatur & particulatur perfectio eius ſecundum capacitatem recipientis. Talis ergo forma eſt quoddam totum, ſed eſt totum in parte. Sed ſi eſſet albedo ſeparata, iſta albedo quoddam totum eſſet: quia haberet in ſe totā perfectionem albedinis. Sed iſtud totum eſſet totum ante partes: quia huiuſmodi vnitatem haberet vnitiue, & ſimpliciter, & per carentiā partium & quia omnis ſubſtantia per ſe ſtans eſt quędam forma ſeparata, cum omnis forma ſeparata ſit quoddam totum ante partes: quia habet in ſe totam perfectionem ſuę ſpeciei vnitiue & per carentiam partium, ideo omne tale totum eſt ſimplex, & ſi dicit reſpectū ad partes, nō dicit hmōi reſpectū ad ptes in quas diuidat, & in quas poſſit diuidi: ſed ad partes quibus priuatur: quia hēt carentiā partiū. Hēt ergo bonū intellectū, quod addit ibi ſimplex. quia ex hoc intellectus eſt, ꝙ talis ſubſtantia ꝑ ſe ſtans ſit quoddā totū vnitiue, & ſimplex, & ante partes, & habens carentiam partium ꝓp quod impoſſibile eſt ipſum diuidi.

I ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis vnde ſequatur hęc conſequentia, quòd ſi ſubſtantia per ſe ſtans diuideretur in partes, quòd quælibet pars rediret ſupra ſeipſam, & ſtaret ſupra ſeipſam ſicut & totum: & quare ſit inconueniens, quòd ponatur quælibet pars per ſeipſam ſtare. Dicendum ꝙ ſi bene attendatur ad verba Authoris, planum eſt quod dicitur. nam ſtare per ſeipſum hoc eſt redire ad ſeipſum : vt ſatis ſonant verba poſita in lrā. ſtans .n. per ſeipſum dr̄ redire ad ſeipſum, ſicut effectus redit ad cām. Nam per ſe (vt ſupra diximus) denotat habitudinem cauſæ. ſtare ergo per ſeipſum eſt eſſe ſibi ipſi cām ſtandi : quod tunc contingit, qñ non indiget deferente vbi recipiatur eius eſſentia, vel pars eſſentiæ. Si ergo hoc conuenit toti ſecundū ſe quòd per ſe ſtet. oportet quòd quælibet pars eius per ſe ſtet: quia ſi non quælibet pars per ſe ſtaret, ſed vna inniteretur alteri : tunc non ſtaret totū per ſe (vt ſæpe diximus) ſed ſtaret per partem non innitentem alteri. Si ergo totum ſecundū quòd totum per ſe ſtat (quia totum dicit omnes ſuas partes) oportet quamlibet partem per ſe ſtare : ita quòd ſicut totū eſt cauſa ſibi ipſi per ſe ſtandi, ita ſi tale totū haberet partes oporteret iterum quālibet eius partem per ſe ſtare. Ad hoc ergo inconueniens ducit Author in littera. ſ. quòd ſi totum per ſe ſtans habeat partes : quòd quælibet eius pars per ſe ſtabit, ſicut & totum : quod eſt inconueniens. Sequitur nihilominus ex hoc dicto: quòd non ſolū quælibet pars ſtet per ſeipſam, ſed etiam ꝙ quælibet pars ſtet per aliam partem,

In ꝓpōe 25. L.

K vt ſi totū compoſitum ex : A & B : ſtet per ſe : cōſequens eſt quòd : A ſtet per : A & per B : & quòd : B ſtet per B : & per A : quod eſt inconueniens. Nam ſtare totū per ſe (cum totum in eo ꝙ totum dicat oēm partem) eſt ſtare omnem partem per oēm partem : quod eſt inconueniens. Quod vero vlterius quęrebatur, quare ſit inconueniens quamlibet partem totius per ſe ſtare. Dici poteſt quòd implicat contradictionem quod pars per ſe ſtet ad quod inconueniens ducit Author in littera. Sed maius inconueniens eſt, & aptius contradictionem implicat : quòd non ſolum pars ſtet per ſeipſam, ſed ꝙ etiam ſtet per quamlibet aliam partem. Quod etiam ex hac poſitione ſequitur, vt eſt per habita declaratum. Propter quod impoſſibile eſt quòd ſtans per ſe ſit diuiſibile in partes. Quod autem hoc ſit inconueniens, & quòd contradictionem implicet partem per ſe ſtare, patet. Nam ſi partes per ſe ſtarent non vnirentur ad compoſitionem totius. Nam hoc modo partes to-

tum ipſum faciunt: quia vna vnitur alteri, & innititur alteri: vt poſſit totum facere. Dicere ergo totum habere partes per ſe ſtantes, eſt dicere totum non eſſe totum: quia facere partes per ſe ſtare, non eſt totum facere: ſed eſt totum deſtruere. Rurſus ſi non ſolum quęlibet pars ſtaret per ſeipſam: ſed quælibet etiā ſtaret per quamlibet, & quęlibet inniteretur cuilibet (quod ſequitur ex hac poſitione) magis eſſet hoc incōueniens: quia magis implicat contradictionem. Implicat.n.contradictionem ꝙ totum nō ſit totum, ꝙ pars non ſit pars, ꝙ potentia non ſit potentia, & ꝙ actus non ſit actus. Nā ſi quælibet pars ſtat per quamlibet partem: tunc quęlibet pars ſtabit per ſeipſam, & per aliam. totum ergo nō erit totū: quia (vt patuit) facere partes per ſe ſtare, eſt totum deſtruere. Nam per ſeparationem partium deſtruitur totū. Propter quod (vt dicebatur dicere totum habere partes per ſe ſtantes) eſt dicere totum non eſſe totum. Rurſus ex hac poſitione ſequitur, ꝙ pars non ſit pars: nam partes ſtantes per ſe non ſunt partes niſi in potentia. Tunc enim ſunt actu partes, quando actu vniuntur in toto. Pars ergo per ſe ſtans non eſt pars niſi in potentia: ſed pars innixa alteri parti & vnita ei eſt pars actu. Dicere ergo quālibet partem ſtare per quamlibet partem, eſt dicere partem ſtare per ſe, & ſtare per aliam partem. Inquantum ergo ſtat pars per ſe, non eſt pars niſi in potentia: inquantū vero ſtat per aliam partem & innititur ei erit pars in actu. Quia ergo quod eſt in potētia nō eſt: quod aūt eſt in actu illud eſt: idē erit pars & non pars, idem erit reſpectu eiuſdē totius pars in potētia, & pars in actu. Potētia ergo nō erit potentia, ſed erit actus: & actus nō erit actus, ſed erit potentia. Idē ergo reſpectu vnius & eiuſdem erit potentia & actus. Quo poſito: potentia non erit potentia, nec actus actus. Quia ergo dicens totū habens partes ſm ꝙ totum per ſe ſtare: cum totū dicat quamlibet partē: conſequens eſt, ꝙ quęlibet pars ſtet per quālibet partem quo poſito, totū non eſſet totum, nec pars eſſet pars, nec actus eſſet actus, nec potentia eſſet potentia. Verūtamen quia ſpecialiter declaratum eſt ꝙ ad hanc poſitionem ſequitur totum non eſſe totū, & partem non eſſe partem. Volumus nunc ſpecialiter declarare qūo ad hanc poſitionem ſequatur potentiam non eſſe potentiam, nec actum actum. L

¶ Sciendum ergo ꝙ ſi totum habēs partes ſcđum quòd totum per ſe ſtaret: tale totum nō poſſet habere partes quantitatiuas: quia tunc tales partes abinuicem diſtarēt quo poſito, totum ſcđum ꝙ totum nō per ſe ſtaret. Nam cum totum dicat quamlibet partem: ergo pars inniteretur cuilibet parti, & per cōſequens eſſet vnita cuilibet parti, non igitur ibi eſſet diſtātia partium, quia vbi eſt diſtantia partium non quęlibet pars cōiungitur cuilibet alij parti, tale ergo totum non erit ex partibus quantitatiuis, ſed forte ponetur eſſe ex partibus eſſentialibus, omnes aūt tales ptes ſic ſe hūt, ꝙ vna habet rōnem actus & alia rationem potentię: quia nec ex duobus in actu, nec ex duobus in potentia fit vnum eſſentialiter: ſed ſolum ex potentia & actu, ſi ergo tale totum (ſecundum ꝙ hmōi) per ſe ſtaret, quęlibet pars eius ſtaret per quamlibet partem. actus ergo ſtaret per potentiam & potentia per actū. Actus etiam reciperetur in potentia & potentia in actu. quo poſito, actus non eſſet actus, nec potentia eſſet potentia. Nam recipere eſt proprium ipſius potētię, recipi vero eſt proprium ipſius actus. Si ergo actus reciperet potentiam, actus non eſſet actus: & ſi potentia reciperetur in actu, potentia non eſſet potentia. Idem quoq; reſpectu eiuſdem eſſet cā & cātum ſecundū idem genus cauſę. Eſſet.n.idem reſpectu eiuſdem recipiens & receptum, quę omnia ſunt incōuenientia. nulla ergo ſubſtantia per ſe ſtans pōt eſſe diuiſibilis ſcđum eſſentiam, nec pōt habere tales partes in quas diuidatur. Intelligentia aūt non ponitur ſtare ſcđum oīa ſua: & ideo non oportet eā nullo mō eſſe cōpoſitam. Sed eo qđ ponitur ſtare per eſſentiā ſuam. iō oportet eam hr̄e eſſentiam ſimplicem indiuiſibilē & in compoſitam. ¶ Deinde cū dicit. M

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

SI autem nō eſt ſimplex ſed cōpoſita, pars eius eſt melior parte, & pars illius vilior parte Ergo res melior eſt ex viliori, & res vilior ex meliori.

Pars ergo vilior habebit eſſe per meliorē,& ecōuerſo. Quoniā omnis pars eius eſt ſeiūcta ab oī parte ipſius Quare vniuerſitas nō eſt ſufficiens per ſeipſam,cum indigeat partibus ſuis ex quibus componitur. Et hoc quidem non eſt de natura rei ſimplicis,immo de natura rerum compoſitarum.

❡Poſtq̄ Author declarauit ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans non diuiditur declarat,ꝙ talis ſubſtātia ſit ſimplex dicens(ſi aūt)ſupple ſubſtantia per ſe ſtans(non eſt ſimplex ſed compoſita, pars eius eſt melior parte,& pars illius vilior parte. Ergo res melior).i.pars melior(eſt ex) parte(viliori,& res vilior).i. pars vilior(ex meliori).q.d.ꝙ ſi ſubſtantia per ſe ſtans ponat̄ habere partes:oportet ꝙ vna pars ſit melior q̄ alia:& oportet ꝙ vna pars habeat eſſe per aliam. Et ſubdit (pars ergo vilior habebit eſſe per meliorem,& econuerſo)& ſubdit(qm̄) ſupple ſi ita eſt,ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans ponatur eſſe compoſita(omnis pars eius eſt ſeiunta).i. eſt realiter differens(ab omni parte ipſius,quare vniuerſitas) eius.i. ipſum totū,vel ipſa ſubſtantia per ſe ſtans,quæ ponitur eſſe compoſita(non eſt ſufficiens per ſe ipſam:cum indigeat partibus ſuis ex quibus componitur)& ſubdit ꝙ(& hoc quidem non eſt de natura rei ſimplicis,)nec ſupple de natura rei per ſe ſtantis,ꝙ.ſ.indigeat partibus (immo) hoc eſt(de natura rerum compoſitarum)ſupple non per ſe ſtantium,ꝙ.ſ.partibus egeant.

O ❡Notandum autem ꝙ partes in compoſito faciunt ad eſſe ſui ipſius . Ita ꝙ vna pars facit ad eſſe alterius. Eſt etiam in compoſito vna pars melior alia: vt puta forma eſt melior q̄ꝫ materia:& vl̄r,pars quæ eſt actus eſt melior q̄ pars,quę eſt potentia. Hoc tñ non obſtante vna pars facit ad eſſe alterius:vt materia facit ad eſſe formę materialis eductæ de potentia materię. Indiget enim forma materia deferente:ita ꝙ ſine ea eſſe non poſſit. Sic ēt forma facit ad eſſe materiæ:quia(cum materia ſit pura potentia)ſine forma eſſe non poteſt. Ideo dixit Author,ꝙ ſi hmōi ſubſtantia(quæ ponitur per ſe ſtans)non ſit ſimplex,ſed ſit compoſita:in tali ſubſtantia pars eius erit melior parte:& pars melior erit ex viliori.i.per viliorem, & econuerſo. ❡Notandum etiam vim rationis in hoc conſiſtere , ꝙ ſi ſubſtantia per ſe ſtans ſit compoſita,ducetur ad hoc inconueniens ꝙ hmōi ſubſtantia,quę ponitur per ſe ſtās non erit per ſe ſtans. Nam hoc eſt per ſe ſtare non indigere partibus , vel non ſtare per

P partes,ſiue non ſtare per partem innitentem parti,ſed ſtare per ſeipſum. Quare ſi ſubſtantia per ſe ſtans ſit compoſita habebit partes ſeiunctas.i. realiter differentes:& quia ſic eſt) talis ſubſtantia per ſe ſtans(quæ ponitur eſſe vniuerſitas.i. quæ ponitur eſſe res cōpoſita) non erit per ſe ſufficiens ad ſtandum:cum indigeat partibus componentibus:& per cōſequens non erit per ſe ſtans. Arguatur ergo ſic. Quod eſt per ſe ſtans eſt per ſe ſufficiens ad ſtandum:ſed res compoſita non eſt per ſe ſufficiens ad ſtandum : quia indiget partibus componentibus: ergo nulla res compoſita eſt per ſe ſtans. Quare ſi ſubſtantia compoſita ponatur per ſe ſtans:ſequitur ꝙ talis ſubſtantia,quę ponitur per ſe ſtans non ſit per ſe ſtās, quod eſt inconueniens. ❡Notandum etiam ꝙ prima declaratio probauit, ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans,non diuiditur per partes:quia ſi hoc eſſet quęlibet eius pars eſſet per ſe ſtans, ſicut & totum:& quęlibet eius pars ſtaret per ſeipſam,& per aliam partem. Quo poſito(vt ſupra probabatur)totum non eſſet totum,nec pars eſſet pats,nec actus,actus , nec potētia, potentia. Hęc aūt declaratio probabat,ꝙ ſubſtantia per ſe ſtans ſit ſimplex,quia aliter nō eſſet per ſe ſufficiens ad ſtandum,quia indigeret partibus componentibus. Hæc ergo declaratio negat viam compoſitiuam:quia negat ſubſtantiam per ſe ſtantem cōponi ex partibus:ſed declaratio præcedens negauit viam reſolutiuam:quia negauit ſubſtantiam per ſe ſtantem poſſe diuidi,vel poſſe reſolui in partes.

Supra in dubio ꝑcedenti.

Q ❡Dubitaret forte aliquis:Vtrum hoc ſit verum, vꝫ ꝙ in oī compoſito ex partibus eſt dare vnam partem meliorem alia. Dicendum ꝙ vt cōiter ponitur in oī compoſito ex pluribus partibus neceſſe eſt dare quendam ordinem partium: Ita ꝙ vna pars ſit melior alia. Sicut enim ab vnitate non progreditur multitudo,niſi ſecundum quendam ordinem:ita multitudo niſi

do non cōſtituit vnitatem, vel non conſtituit aliquod vnū, vel aliquod totum, niſi ſecundum quendam ordinem. Vbicunq; aūt eſt ordo conſtituentium aliquod totum, oportet ꝙ ibi ſit diſperitas: quia ex oīno æqualibus & ęqualiter ſe habentibus nunquam conſtituetur aliqđ totum. Quare (quia hmōi partes non ſunt oīno ęquales, vel quia non ſe habēt omnino eodem mō) oportet ꝙ aliquam dignitatem habeat vna reſpectu alterius, & ꝙ in hoc habeat aliquod diuinum, & aliquam meliorationem reſpectu eius quod poſſumus videre, diſcurrēdo per oēs modos compoſitionis. Nam in compoſitione corporis naturalis forma eſt excellentior quàm materia, & in compoſitione cuiſlibet corporis mixti ſemper prędominatur aliquod elementum, cuius elementi motum ſequitur ipſum mixtum, in corpore vero aīalis eſt vnum membrum nobilius alio. Ex materia ergo & forma conſtituitur elementum, ex elementis aūt conſtituitur mixtum ſimilium partium: ex mixtis aūt varijs conſtituitur organicū corpus, vt corpus aīatum, quod eſt diſsimilium partium. In compoſitione ergo elementi eſt pręſtantior forma: in compoſitione vero corporis mixti ſimilium partiū eſt pręſtātius & dominatur aliquod elementū, in cōpoſitione aūt corporis aīati eſt vna pars pręſtantior & nobilior alia in ipſa etiam quantitate, vt ſi aliquid ſolum componitur ex partibus quantitatiuis: vt puta paries ex ęqualibus lapidibus, erit ibi aliqua excellentia: quia erunt ibi aliqui lapides inferiores, & aliqui ſuperiores. ꝙ ſi totum cōpoſitum iaceat, & partes eius habeāt æqualem ordinem in vniuerſo: adhuc erit ibi aliqua excellentia, quia aliquę partes erunt propinquiores principio illius magnitudinis, & aliquæ remotiores. R

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis quid facit ad propoſitum ꝙ ſi ſubſtātia per ſe ſtans eſſet compoſita quòd eius vna pars eſſet melior, & alia vilior, & ꝙ melior ſtaret per viliorem, & econuerſo. Dicendum ꝙ Author intendit hoc probare. ſ. ꝙ ſubſtantia perſe ſtans non poteſt eſſe compoſita. Nam illa ſubā dicitur per ſe ſtans quæ ſtat per ſe ipſam, non illa quę ſtat per partem innitentem parti. Si ergo ſubſtantia per ſe ſtans poneret compoſita, quia haberet vnam partem meliorem alia & hēet vnam partem exiſtentem per aliam: quia pars melior exiſtit per viliorem & econuerſo, vt fuit in notabilibus declaratum, cōſequens eſſet hoc poſito, ꝙ ſubſtia perſe ſtans non ſtaret per ſe, ſed ſtaret per partem exiſtentem per partem, vel ſtaret per partem innitētem parti. Talis ergo ſubſtantia nō eſſet per ſe ſufficiens ad ſtandū: ſed ſtaret per partes componentes, & ſe inuicem iuuantes. ¶ Deinde cum dicit. S Supra. O.

IAM ergo conſtat ꝙ omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex, & non diuiditur. & quia non recipit diuiſionem & eſt ſimplex non eſt recipiens corruptionem, neque deſtructionem. T

¶ Epilogat circa determinata dicens (iam ergo conſtat ꝙ omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex) vt dixit hæc declaratio ſecūda (& non diuiditur) vt probauit declaratio prima, & ſubdit (& quia) ſupple talis ſubſtātia (non recipit diuiſionem, & eſt ſimplex) vt declaratum eſt in propōne iſta (non eſt recipiens corruptionem neq; deſtructionem) quia. ſ. ſubſtantia talis non eſt generabilis neq; corruptibilis, vt declarauerunt propōnes præcedentes: ex dicto. n. huius propōnis (vt quia ſubſtantia per ſe ſtans eſt ſimplex & indiuiſa) infertur quod dicebatur in propoſitionibus pręcedentibus videlicet quòd ſubſtantia ipſa per ſe ſtans ſit incorruptibilis, & indeſtructibilis. ſ. ppō. 25. & 26.

PROPOSITIO VIGESIMANONA.

OMNIS ſubſtantia ſimplex ſtans eſt per ſeipſam ſcilicet per eſſentiam ſuam.

¶ Poſtquam Author determinauit quòd ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuam eſt ſimplex. hic (vt dicebatur) probat conuerſam eius, videlicet ꝙ ſubſtantia

ſimplex ſtet per eſſentiam ſuam. Circa quod duo facit: quia primo præmittit huiuſmodi propõnem. Scd'o ſubiungit propoſitionis declarationem ibi(nam ipſa eſt creata.) ¶ Dicit ergo ꝙ(omnis ſubſtantia ſimplex ſtans eſt per ſeipſam.ſ.per eſſentiam ſuam.).

¶ Dubitaret forte aliquis: Q'o dicatur ſubſtantia ſimplex ſtare per ſe pſam, ſiue per eſſentiam ſuam. Dicendum ꝙ in hoc dicto,cum dr̃: ſubſtantia ſimplex eſt ſtans per ſeipſam: vel fit vis in hoc verbo ſtans,vel in hoc qđ dr̃ per ſeipſam. Si fiat vis in hoc verbo ſtans, ſubſtantia talis eſt ſubſtantia immobilis. Nam illæ ſubſtantię ſunt ſtantes,quę immobiliter ſe hñt: aliæ vero ſubſtantię,quæ mouentur pñt dici fluxibiles,& tpales. Hoc autem modo

Boetius. loquitur Boetius de ſtatione,& motu:quum dicit,ꝙ nunc ſtans facit æternitatem,nunc vero currens,& fluens facit tpſ. Ea ergo quę menſurantur æternitate(ſiue menſurent æternitate ſimplr̃,ſiue æternitate participata)pñt dici ſubſtantię ſtantes: quia nunc ſtans facit æternitatem:ſed illa quę menſurantur tpe pñt dici ſubſtantiæ mobiles, & fluxibiles: quia nunc currens,& fluens facit tpſ. Sed ſi fiat vis non in hoc qđ dr̃ ſtans,ſed in hoc qđ ſubiũgitur per ſe:Tunc ſubſtantia per ſe ſtans eſt ſubſtantia ſimplex:quia ſubſtantia cõpoſita non ſtat per ſe,ſed ſtat per partem innitentem parti. Vnum tñ iſtorum ſequitur ad aliud: quia ſubſtantia quę ſtat,& quę eſt immobilis,oportet ꝙ ſtet per ſe,& ꝙ ſit ſimplex. Sicut etiam ſubſtantia,quæ eſt ſimplex,& quæ ſtat per ſe oportet,quòd ſit immobilis.

B ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis. Vtrum ſit verũ quòd aliqua ſubſtãtia ſtet per ſe,vel ſit per ſe ſufficiens ad ſtandum:& vr̃ ꝙ nulla ſubſtantia(loquendo de ſubſtantia creata)ſit per ſe ſufficiens ad ſtandum:quia oĩs talis ſubſtantia indiget influentia cauſæ primæ ergo &c. Dicendum,quòd per hoc quòd dicimus ſubſtantiam aliquam per ſe ſtare non excludimus influentiam cauſę primæ. Subſtantię.n. ſimplices,& formę ſeparatę dñr per ſe ſtare:quia p ſe hñt relationem ad cãm primam:& quia(ſm hunc Authorem)ſibi ipſis ſunt cã talis relationis:cum hoc tñ totum qđ hñt acceperunt à cã prima effectiue,ſed exiſtentiam quam hñt accipiunt per relationem quam hñt ad cãm primam. Et quia ſibi ipſis ſunt cã(formaliter loquendo)hmõi relationis:ideo non indigent materia ſubſtentante,ſed dñr per ſe ſtare. Declarandum eſt igitur q'o ſubſtantiæ immateriales ſunt ſibi ipſis cã ſuæ relationis. Dicendum ergo ꝙ hic Author non negat hmõi ſubſtantias eſſe compoſitas ex eſſentia, & eſſe. Credidit tñ quòd eſſe eſſet ſolum aliquid conſequens eſſentiam. Vt eo ipſo ꝙ eſſentia requirit determinate tale eſſe,eſt oĩo inſeparabilis ab illo: quia qñ potentia determinate

T reſpicit actum,vr̃ eſſe(pri ſe loquendo) inſeparabilis ab illo actu. Nihil ergo (ſm hanc viam,corrumpetur,& deſtruetur per ſeparationem eſſentiæ ab eſſe,quia eſſentia,& eſſe dñt talem potentiam,& talem actum,quòd vnum determinate reſpicit aliud. Si ergo quęrimus

C deſtructionem in rebus,op3 in ipſa eſſentia compõnem quærere:vbi eſt inuenire potentiã non determinate reſpicientem actum. Sicut p3 de rebus materialibus corruptibilibus, vbi materia non determinate reſpicit hanc formam,vel illam: immo exiſtens ſub vna appetit eſſe ſub alia. Quòd ſi ſic eſſet quòd nullo modo poſſet eſſe deſtructio rei ex ſeparatione eſſentię ab eſſe: ſed ſolum ex ſeparatione vnius partis eſſentiæ ab alia, ſicut contingit ex ſeparatione materię à forma. Tunc in rebus immaterialibus,& in formis per ſe exiſtentibus relatio ad cãm primam(vt ſunt effectus eius)fundaretur in ipſa eſſentia formæ ſcđm ſe: forma.n; ſcđm ſe eſſet fundamentum talis relationis. Eſſe aũt eſſet ſolum quid cõſequens eſſentiam: non autem faceret ad hoc, ꝙ eſſentia ſubijceretur tali relationi. Quo poſito,eſſentia talis rei cauſatę eſſet quoddam neceſſe eſſe formaliter:licet hanc neceſſitatem eſſendi hr̃et ab alio effectiue. Eſſet.n.(ſcđm hanc hypotheſim)quęlibet forma ſeparata ſibi ipſi cã ſuæ relationis:ſicut fundamentum eſt cã fundati in ipſo. Nos aũt hoc non dicimus.ſ.quòd relatio ad cãm primam(per quam res cauſata eſt effectus eius)fundetur in aliqua eſſentia cauſata per ſe. Et vt loquamur de eſſentijs rerũ immaterialium, in quibus maiorem h3 difficultatem:dicemus,quòd relatio ad cãm primam(ſcđm quam intelligentia eſt effectus eius)non fundatur in ipſa eſſentia ſcđm ſe:ita quòd hmõi eſſentia ſecundum ſe ſit fundamentum talis relationis:& eſſe habeat ſolum ſicut aliquid conſequens eſſentiam.

Quia tunc(vt dicebatur)hmōi eſſentia eſſet ſimplr̄ neceſſe eſſe,non effectiue,ſed formalr̄. Hoc aūt poſito impoſſibile eſſet intelligentiam cadere ab hmōi relatione: ſed quia quādiu hr̄et talem relationem,eſſet effectus primi,& non poſſet ei contingere deſtructio: ideo(vt dicebamus)ipſa eſſet quoddam neceſſe eſſe. Qd̄ ſatis innuebat Author in Commento. 26. propōnis,vbi dixit ꝙ(non fit corruptio cauſati,niſi per ſeparationem à ſua cā) & ſubiūxit, ꝙ(quamdiu res pendet per ſuam cām retinentem,& ſeruantē ipſam,nec perit,nec deſtruitur.) Si ergo relatio ad cām primam(prout intelligentia eſt effectus eius)fundaretur in ipſa eſſentia intelligentiæ ſcd̄m ſe:ita ꝙ ipſa eſſentia intelligentiæ eſſet fundamentū: & per ꝯ̄ns cā talis relationis:impoſſibile eſſet intelligentiam non pendere per cām primam, & nō hr̄e relationem ad ipſam. Propter qd̄ oīno impoſſibile eſſet, eam adnihilari. Non n. poſſet intelligentia denuo acquirere talem relationem,nec poſſet eam in perpetuū perdere.Nam ſuppoſita inuariabilitate eius ad qd̄ refertur(vt.ſ.dicebamus)non acquiritur,vel perditur relatio,niſi per acquiſitionem,vel per amiſſionem fundamenti. Vt ſuppoſita inuariabilitate parietis albi,qd̄ eſt ſimile albo parieti non amittit hmōi ſimilitudinem,niſi per amiſſionem albedinis:& qd̄ non eſt ſimile non poſſent talem ſimilitudinem acquirere, niſi per acquiſitionem albedinis. Et quia eſſentia intelligentiæ non pōt ſeparari à ſeipſa, nec pōt ſeipſam acquirere,nec ſeipſam perdere. Ideo eſſet ipſa intelligentia æterna: & impoſſibile eſſet eam adnihilari. De neceſſitate.n. conſequeretur eſſentia intelligentiæ,ꝙ eſſet effectus primi. Igitur quaſi quadam naturali neceſſitate penderent res à primo,& potiſſime intelligētiæ. Eſſent.n. cauſata ſequentia primum quaſi vmbra ſequitur corpus. Nam ſuppoſita luce & corpore,quadam quaſi naturali neceſſitate vmbra ſequitur corpus: quia eſt effectus eius. Sed nos non ſic dicimus. Et oēs difficultates euadimus ponendo intelligentiā compoſitam ex eſſentia,& eſſe. Nec hoc ſufficit:quia & author huius libri(vt ex verbis ſuis pʒ) expreſſe hoc ſapit. Ponit.n. intelligentiam compoſitam eſt forma,& eſſe:vt pʒ in cōmento propōnis quartæ. Dicemus ergo intelligentiam cōpoſitam ex eſſentia,& eſſe: & dicemus, ꝙ relatio(quam hʒ intelligentia ad cām primam,vt eſt effectus eius) non fundatur in ipſa eſſentia intelligentię ſcd̄m ſe,ſed vt eſt coniuncta ſuo eſſe. Nam hoc modo eſſentia intelligentiæ eſt effectus primi: prout.ſ. accipit ab eo eſſe. Quare ſi non poſſumus ſaluare eſſentiam intelligentiæ eſſe effectum primi,niſi quia accipit ab eo eſſe: Oīo cogimur ponere ꝙ relatio quam hʒ ad cām primam non fundatur in ipſa eſſentia ſcd̄m ſe,ſed vt eſt coniuncta ſuo eſſe. Ex hoc aūt clare patere pōt,qūo intelligentia per volūtatem primi pōt creari & adnihilari:qūo pōt denuo hanc relationem acquirere,& qūo pōt eam perdere. Nam ſi hmōi relatio (ſcd̄m ꝙ intelligentia eſt effectus primi) fundatur in eſſentia eius,vt eſt coniuncta ſuo eſſe:qd̄ oīo agimur ponere:quum hoc ſit creare:& hoc ſit effectus producere,facere eos eē.Quia ergo eſſentia eſt realr̄ differens a ſuo eſſe:pōt hmōi eſſe ꝑdere, & denuo ipſum acquirere,ꝑm voluntatē primi. Et ideo pōt denuo incipe eſſe effectus primi, & pōt denuo creari,& ꝑ ꝯ̄ns adnihilari,q̄ oīa (ꝑm hanc poſitā veritatē,facilr̄ ſubſtinent: ſed ſi poneremus nō realr̄ differre eſſentiā,& eſſe quantūcunqȝ ponent differre intētione, vel rōne: poſſet forte ꝑ intellm̄ intelligi vnū non intello alio:ſicut pōt intelligi genus non intellecta aliqua eius ſpē. Sed ꝑm rem īpoſſibile eſſet vnū ab alio ſeparari. Hac. n. hypotheſi ſtante, relatio ad cām primā(ꝑm quā intelligentia eſt effectus eius) ſiue fundaret in ipſa eſſentia intelligētię ꝑm ſe,ſiue vt eſt coniūcta ſuo eſſe(quia ꝑm rem ponit idē realr̄ eēntia,& eē)nō poſſet vnū ſeparari ab alio. Propter qd̄ impoſſibile eſſet intelligētiam ꝑdere relatiōe illā. Nō poſſet ergo adnihilari,& ꝑ ꝯ̄ns nō potuiſſet creari.Dr̄ ergo aliq̄ ſubā creata ꝑ ſe ſufficiēs ad ſtādū,nō effectiue:ita ꝙ ſit ſibijpſi cā effectiua q̄re ſtet,ſʒ formalr̄: qa eſt forma ꝑ ſe ſtās nō recepta ī alio:hmōi.n.forma n̄ īdiget alio i. mā ī qua recipiat,lʒ īdigeat eē ꝑ qd̄ ꝑficit.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis de ꝓpoſitione aſſumpta in hac quæſtione:videlicet ꝙ ſi potentia determinate reſpiceret actum,quòd non poſſet ſeparari ab actu: vtrum ſit vera? vel falſa. Dicendum quòd potentiam determinate reſpicere actum poteſt intelligi duplr̄: vel quia non poteſt eſſe ſub actu contrario, vel ſub quocunqȝ alio actu: vel quia non

D

In ꝓpoſitione.26. &.

In ꝓpoſitiōe.26. p

E

Fere per totum.

F

G

poteſt ab illo actu deficere. Aliud eſt.n.non poſſe ſub alio actu exiſtere:& aliud non poſſe
ab hmõi actu deficere. Primum.n. eſt in plus q̃ ſcd'm. Nam quicquid ſub alio actu incipit
exiſtere à ſuo actu primo deficit: ſed non econuerſo quicquid à ſuo actu deficit ſub alio
actu incipit eſſe. Poſſet enim adnihilari:& tunc ſic deficeret à ſuo actu,ꝙ non inciperet eſ-
ſe ſub alio. Hoc aũt modo potentiam aliquam reſpicere aliquem actum determinate, ꝙ
non poſſit ab illo actu deficere,eſt impoſſibile, dum tñ realiter differat ab illo actu. Nam
potentia realiter differens ab actu eſt talis,ꝙ de ſe ei non competit iſte actus: cum hmõi
actus ſit aliquid ſibi ſuperadditum. Et quia de ſe non competit ei talis actus: ideo põt ab
ipſo deficere, ſed alio modo põt intelligi potentiam determinate reſpicere actum. Vt quia
H non põt eſſe ſub alio actu. Et ſic ſecundum hunc ordinem quem videmus,& ſecundũ na-
turæ curſum quælibet eſſentia reſpicit determinate ſuum eſſe:quia non poteſt eſſe ſub alio
eſſe. Nam eſſe vel reſpicit ipſam formam ſcd'm ſe, vt in ſubſtantijs ſeparatis: vel reſpicit
eſſentiam compoſitam ex materia,& forma,vt in ſubſtantijs materialibus. Eſſentia.n.com-
poſita quæ eſt ſub aliquo eſſe,hmõi inquam tota eſſentia(ſcd'm naturę curſum quem vide-
mus)impoſſibile eſt ꝙ ſit ſub ab alio eſſe. Sic & in ſubſtantijs ſeparatis forma,quæ eſt ſub
vno eſſe,non poteſt eſſe ſub alio eſſe. Vnde agens illud quod non põt producere totum,
potentiam.ſ. & actum,nec põt totum deſtruere:ſed ſolum potentiã,quæ eſt ſub vno actu,
facit ſub alio actu: hmõi eſt oẽ agens cauſatum,quod non põt deſtruere rem ſeparando eſ-
ſentiam ab eſſe(per ſe loquendo)quia tũc eſſentia,quæ eſt ſub vno eſſe poſſet eſſe ſub alio
eſſe:non aũt per ſe,& immediate poteſt hoc facere,ſed bene ex conſequenti põt. Nam ex-
poliando materiam à ſua forma,& induẽdo eam alia forma deſtruit eſſentiam compoſiti:
& deſtruendo eſſentiam compoſiti,conſequenter facit eam deficere à ſuo eſſe. Vbi ergo
eſt compoſitio non ſolum ex eſſentia,& eſſe, ſed ẽt ex materia,& forma:põt agens creatum
facere ꝙ eſſentia deficiat ab eſſe,expoliando materiam ab vna forma, & induendo eam
alia forma. Sed vbi eſt ſolum compoſitio ex eſſentia,& eſſe: nullum agens creatum poteſt
I ad hoc attingere,ꝙ talis eſſentia deficiat à ſuo eſſe. Quia cum non aliter agens creatum
producat,& deſtruat: niſi quia potentiam,quæ eſt ſub vno actu facit eſſe ſub alio actu,ideſt
quia materiam,quæ eſt ſub vna forma facit eſſe ſub alia forma. Poſtq̃ ergo non eſt ibi cõ-
poſitio ex materia,& forma,ſed ſolum ex eſſentia,& eſſe,non poterit hoc facere faciendo
materiam eſſe ſub alia forma: cum ibi non ſit materia,& forma,ſed ſolum forma. Si.n.hoc
facere poſſet,ꝙ potentia ibi deficeret à ſuo actu:cum loco potentię,& actus ſint ibi eſſen-
tia,& eſſe:faceret ꝙ eẽtia eſſet ſub alio eſſe,qd' eſt impoſſibile. Sed agens diuinũ qd' ſic
põt deſtruere,ꝙ nihil ex hoc ꝑducat: & ſic põt ꝑducere,vt nihil ex hoc deſtruatur: poteſt
rem aliq̃ ꝑducere faciẽdo eſſentiã eſſe ſub eſſe,& põt aliq̃ rem,vtputa intelligentiã deſtrue
re faciendo eã deficere ab eſſe.Agens vero nãle qd' non gñat,niſi corrũpat,& non corrũpit
niſi gñet (Non.n. plus agit,niſi quia expoliat,potentiã vno actu, & induit ipſam alio)ideo
ĩmediate eſſentiam ipſi eſſe coniungere, vel eſſe ab eſſentia tollere nõ põt.P3 ergo q̃uo po
tentia determinate reſpiciens actum,põt deficere,vel nõ deficere ab actu. ¶Deinde.c.d.

COMMENTVM Propoſitionis Vigeſimæ nonæ.

K NAm ipſa eſt creata ſine tempore, & eſt in ſubſtantialitate ſuperior
ſubſtantijs temporalibus.

¶Declarat propoſitam ꝑpõnem.ſ.ꝙ ſub̃a ſimplex ſit ſtans per ſe,ſiue per eſſentiam ſuam.
Dicebat aũt ꝙ ſtare per ſe duo dicit,dicit.n. ſtare,& dicit per ſe. Inquantum aũt dicit ſta-
Supra. A re,ſub̃am ſtantem op3 eſſe immobilẽ,ꝑut vero dicit p ſe,ſub̃am per ſe ſtantem op3 non eſſe
D compoſitã,nec gñatam ex re alia:quia tũc non ſtaret p ſe,ſ3 ſtaret per partẽ innitentẽ parti.
Tria ergo facit author: quia Primo declarat ꝙ ſub̃a ſimplex ſtet per ſe,q̃a eſt immobilis, &
ſuper tp̃alia eleuata. Scd'o oſtendit ꝙ ſubſtantia ſimplex ſtet per ſe, quia non eſt compo-

ſita nec eſt gñata ex re alia. Tertio epilogat circa determinata. Scda ibi (& ſignificatio illius) Tertia ibi (iã ergo manifeſtum eſt.) Cõtinuet autẽ ſic. bene dictũ eſt ꝙ ſuba ſimplex eſt, ꝑ ſe ſtans: quia ipſa eſt ĩmobilis & eſt ſuper tpalia eleuata.& ꝙ ita ſit patet.(Nam ipſa) ſupple ſuba ſimplex (eſt creata ſine tpe).i.non indiget tpe ad ſui eſſe, & ſubdit ꝙ (& eſt) ſupple talis ſubſtantia ſimplex (in ſua ſubſtantialitate ſupior ſubſtantijs tpalibus) ¶Notãdum autẽ ꝙ cum dr̃ ꝙ ipſa.ſ.ſubſtantia ſimplex eſt creata ſine tpe: & in ſua ſubſtantialitate eſt prior, vel ſuperior ſubſtantijs tpalibus. Hoc dictum in ſua ſubſtantialitate põt cõponi cũ ſubſtantia ſimplici: vt ſit ſenſus ꝙ ſubſtantia ſimplex in ſua ſubſtantialitate eſt ſupior q̃ ſubſtantiæ tpales, vel hoc dictum in ſua ſubalitate põt componi cum ipſis ſubſtantijs tpalibus: vt ſit ſenſus ꝙ ſubſtantia ſimplex eſt ſupior q̃ ſubſtantiæ tpales in ſubſtantialitate. Et vtrobiq; ſemper eſt ſenſus verus. Semp.n.daſ intelligi ꝙ ſubſtantia ſimplex ſubſtãtialiter ſit ſuperior q̃ ſubſtantiæ tpales: vel (qđ idem eſt) daſ intelligi: ꝙ ſubſtantię tpales ſubſtantialiter ſunt inferiores quàm ſubſtantia ſimplex. ¶Notandum etiã, ꝙ ex hoc dicto poſſet ſic argui. Quicquid eſt ſubſtantialiter ſupior ſubſtantijs corporalibus illud eſt ſubſtantialr̃ ſupra tp̃s, & eſt ſtans: quia eſt quid ĩmobile: oĩs ſubſtantia ſimplex eſt hmõi ergo &c. L

¶Dubitaret forte aliquis, vtrum oĩs ſubſtantia ſimplex, & oĩs forma ſeparata ſit ĩmobilis. Dicendum ꝙ tp̃s ſicut in ſubiecto fundaſ in motu primi cœli ſiue primi corporis. Nihil ergo eſt ſubiectum tpi, niſi ſubijciaſ motui primi corporis. Nunquã autẽ qđ eſt formalius ſubijcitur rei materiali, vel minus formali. Cum ergo ſubſtantię ſimplices q̃ ſunt formę per ſe ſtantes ſint multo formaliores corpore cœleſti, quia ſunt ipſę formæ & per conſequẽs ſunt multo actualiores oĩbus corporalibus: q̃ non ſunt formæ tm̃, ſed ſunt formæ in materia: iõ impoſſibile eſt aliquã hmõi ſubſtantiã ſimplicẽ ſubijci motui alicuius corporis. Cum.n.forma per ſe ſtans ſit ſuperior oĩ re materiali: conſequẽs eſt eam eſſe ſuperiorẽ tpe: cum tp̃s fundetur in re materiali: quia fundaſ in motu primi corporis. Sic ergo arguit Author, ꝙ ipſa ſubſtantia ſimplex eo ipſo ꝙ eſt ſimplex (quia eſt ĩmaterialis) eſt ſuperior tpe, & tpalibus ſubſtantijs. Cum ergo tp̃s per ſe ſit menſura motus: conſequẽs eſt oẽm hmõi ſubſtantiam (ĩmaterialem.ſ.) eſſe ĩmobilẽ: quia eſt ſupra tp̃s. Probatum eſt ergo ſimplicẽ ſubſtantiam eſſe ſtantẽ & eſſe ĩmobilem: quia eſt ſupra tp̃s. Vñ & in Phyſicis dr̃, ꝙ tales ſubſtãtiæ non amplius motæ mouent. Veꝝ quia ſola prima cã eſt oĩno ĩmobilis, diſtinguemus de motu. Nam q̃dam moueñ per ſe vt corpora, quædã vero moueñ per accidens, vt quæ ſunt in corpore. Nam moto corpore, moueñ per accidens oĩa quæ ſunt in eo. Motis.n.nobis moueñ oĩa quæ ſunt in nobis, vt dr̃ in topicis: aliqua vero moueñ ab intra.i.ex appetitu interiori, vt illa quę appetunt alium finẽ a ſe. Prima.n.cã (vt probatur in. 8. Phyſicæ) eſt ĩmobilis per ſe quia non eſt corpus, & ꝑ accidens: quia nõ eſt virtus in corpore, & ab intra: quia nõ moueſ ex appetitu interiori alicuius alterius finis. Quia tanquã principale obiectum prima cã nihil extra ſe intelligit, & nihil extra ſe deſiderat. Intelligentię vero & aĩę cœlorũ dñr non motæ mouere: quia non moueñ per ſe, nec peꝛ accidens: neq;.n. ſunt corpora neq; virtutes in corpore, nec formę corporales: moueñ tñ ab intra. Nam pría cã oĩa mouet ſicut amatũ & deſideratum. Ipſæ.n.intelligentię deſiderãt aſſimilari prío: & moueñ interiori deſiderio, vt aſſimileñ ei. Nihil eſt ergo ĩmune ab oĩ motu niſi ſolus Deus. Nã & ipſæ intelligẽtiæ aliquomõ moueri pñt: quia ſunt in loco diſtinctę: motus tñ ille non mẽſurabiſ tpe, loquẽdo de tpe de quo loquuti ſunt phi. loquẽdo ergo de motu, qui mẽſuraſ tpe: qđ eſt paſſio motus primi mobilis, ĩtelligẽtię ſũt ſup tp̃s, & oĩo ĩmobiles. & qa ſm̃ cõe; modũ loquẽdi de motu, nõ loquimur niſi de motu qui mẽſuraſ iſto tpe. iõ intelligentię, & vniuerſaliter aĩę cœloꝝ dñr ĩmobiles, & dñr mouere nõ motæ. Pꝫ ergo ꝙ ſubæ ſimplices ſunt ſtãtes i.ſunt ĩmobiles: quia ſunt ſupra tp̃s, & ꝑ cõſequẽs ſupra motũ. ¶Deĩde cũ dicit. M 1.phiſico rũ.T.cõ. 71. & 73. N lib. 2. ca. 21. T. c. 46. & 52.

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

Et ſignificatio illius eſt: quia non eſt generata ex aliquo: quoniã eſt ſtans O

per eſſentiam ſuam: & ſubſtantiæ generatæ ex alio ſunt ſubſtantiæ compo-ſitæ cadentes ſub generatione.

¶Poſtquā oñdit ꝙ oīs ſubſtantia ſimplex eſt ſtans.i.imobilis, quia eſt ſupra tp̄s. In parte iſta declarat ꝙ ipſa eſt ſtans per ſe & per eſſenntiam ſuā: quia hʒ eſſentiam non cōpoſitam ex partibus, nec ex alio gn̄atam. Dicit ergo (& ſignificatio illius eſt) vʒ ꝙ ſubſtantia ſimplex non ſolū ſit ſtans, ſed etiam ſit ſtans per eſſentiam ſuā (quia) ſupple hmōi ſubſtantia (non eſt gn̄ata ex aliquo).i.non hʒ materiam partē ſui. & ſubdit (qm̄ eſt ſtans per eſſentiā ſuam). q.d.ꝙ hmōi ſubſtantia non ſit gn̄ata ex aliquo patet iſtud qm̄ eſt ſtans per eſſentiam ſuam. & ſubdit ꝙ (& ſubſtantiæ gn̄atæ ex alio ſunt ſubſtantię cōpoſitæ cadentes ſub gn̄atione) tales.n.ſubſtantiæ quę non ſunt ſimplices, non ſunt ſtantes quia cadunt ſub gn̄atione, & non ſunt ſtantes per eſſentiam ſuā: quia ſunt ſubſtantiæ compoſitę. ¶Notandum

P aūt ꝙ cum dr̄ & ſignificatio illius eſt, quia non eſt generata ex aliquo: qm̄ eſt ſtans per eſſentiam ſuam. Primū iſtorum vʒ ꝙ ſubſtantia ſimplex non eſt generata ex aliquo ſe habet vt inferens: ſed qđ poſtea ſubditur, qm̄ eſt ſtans per eſſentiam ſuam ſe hēt vt illatū. Vult n. ꝙ ex hoc primo dicto, ꝙ ſubſtantia ſimplex non eſt generata ex aliquo, concludatur.i. ſecundū dictum: qm̄ eſt ſtans per eſſentiam ſuam. Secundū hoc ergo dicemus ꝙ oē corpus (quod pōt per rōnes humanas inueſtigari) eſt mobile, & cadit ſub motu, & per conſequens ſub generatione. Et ſi non quantum ad eſſe ſimpliciter: ſaltim quantum ad eſſe in vbi, & nihil tale eſt ſtans per eſſentiam ſuam: quia quodlibet tale hʒ materiam partem ſui, & eſt generatum ex re alia.i.ex materia: & ſi non ex materia p̄iacenti, ſaltim ex concreata. ¶Notandum etiā ꝙ ad generari ex aliquo ſequunt̄ duo: vʒ non eſſe ſtans per eſſentiā ſuam, ſed hr̄e eſſentiam compoſitā: & cadere ſub generatione & motu. Ideo Author ſignā ter in lr̄a hęc duo tetigit.ſ.ꝙ ſubſtantiæ generatæ ex aliquo & ſunt compoſitæ, & ſub ge-

Procli ꝓpoſitio. neratione cadunt. ¶Notādum etiam ꝙ quantū ad primam partem ꝓbationis, vʒ ꝙ quicquid eſt ſic ſimplex, & ſic ſtans in ſua ſubſtantialitate eſt ſuperius tp̄e: ponitur propō in libro Procli: & talis propoſitio eſt ſub his verbis. Omne antipoſtaton.i.per ſe exiſtens exemptum eſt ab his quæ ſecundum ſubiectum tempore menſurantur.

¶Dubitaret forte aliquis. Vtrum aliqđ ſimplex ſit gn̄atum ex aliquo. Dicendum ꝙ illud

Q ex quo gn̄atur res. non eſt ipſa res: ſed eſt pars rei. Nō.n.eſt ipſa res: quia aliter (cum illud ex quo gn̄atur res tp̄e vel natura p̄exiſtat ipſi rei) tunc hmōi res eſſet prius q̄ eſſet, & pręexiſteret ſibi ipſi. Rurſus illud ex quo gn̄atur res eſt in potentia ad id qđ gn̄atur ex ea quia ſi eſſet actu illud: tunc gn̄atio fieret ex ente in actu. Gn̄atio aūt (vt ꝓbari hʒ in prīo

T.C. 11. de generatione) nec fit ex ente in actu, nec oīno ex non ente: ſed fit ex non ente in actu, ente autem in potentia: ſed quod eſt in potentia tale, non eſt illud. Ergo illud ex quo fit generatio non eſt id qđ inde gn̄atur: ſed eſt in potētia ad ipſum. Sed qđ eſt potētia tale, & qđ eſt in potētia ad aliqnid, ad hoc ꝙ inde fiat illud: opʒ ꝙ illi potentię ſupaddat̄ actus. Illud ergo quod gn̄atur ex aliquo, habebit aliquid p̄ter id ex quo gn̄atur, quia habebit ipſum actū ſupadditū ipſi potentiæ ex qua fit gn̄atio eius. Oē ergo tale hēt eſſentiam cōpoſitam ex potentia & actu: & nihil tale hʒ eſſentiam ſimplicē. Bene ergo dictū eſt, ꝙ nullū ſimplex eſt gn̄atum ex aliquo: alr̄.n.non hr̄et eſſentiā ſimplicē, ſed compoſitā. Et inde eſt, ꝙ

T. c. 60. ꝓbat̄ circa finē. 7. Metaph. ꝙ forma non eſt elementū, nec ex elemētis: ipſa.n.forma & ipſe actus ſupaddit̄ elemento, vel elementis, ſiue ipſi materię ex qua fit gn̄atio & eſt aliquid diuerſum ab ipſa materia & eſſentialr̄ differens ab ea Oē ergo gn̄atum ex elemēto vel ex elementis, & vl̄r gn̄atum ex aliquo hēt eſſentiā cōpoſitā: & hʒ aliquid p̄ter id ex quo gn̄at̄. Nullum ergo ſimplex eſt generatum ex aliquo: & per conſequēs nullū ſimplex cadit ſub generatione, nec hʒ eſſentiam ſuā cōpoſitam. Erit ergo ſtans, quia nō cadit ſub gn̄atione: & erit ſtans per eſſentiā ſuam, quia hʒ eſſentiam non cōpoſitam. ¶Deinde cum dicit.

R Iam ergo manifeſtū eſt, ꝙ omnis ſubſtantia ſtans per eſſentiā ſuā nō eſt niſi

in nõ tempore: quia eſt altior,& ſuperior tempore,& rebus temporalibus.

❡Epilogat circa determinata dicens (iam ergo manifeſtũ eſt ꝙ oĩs ſubſtantia ſtans per eſſentiam ſuã non eſt niſi in non tpe).i.ſine tpe (quia eſt altior,& ſuperior tpe,& rebus tpalibus.) ❡Not. autem ꝙ hęc oĩa vꝫ eſſe ſimplex, ſtare per eſſentiã ſuã, eſſe exemptũ a tpe, hr̃e eſſentiam non cõpoſitam vnã & eandẽ rem dicunt: quare non curat Author vnũ epilogare pro alio. Scd'um.n.propõem ꝓpoſitam epilogare debuiſſet ꝙ ſimplex eſt ſtãs per eſſentiam ſuã: ipſe tñ epilogat ecõuerſo.ſ.ꝙ ſtans per eſſentiã ſuã non cadit ſub tpe.vel poſſumus dicer̃,ꝙ iſte Author epilogat per modũ cuiuſdã illatiõis:vt inferat ſic, ſimplex nõ cadit ſub tẽpore: vt patuit ex declaratione propõis. Sed ſimplex eſt ſtãs ꝑ eſſentiã, vt dicebat̃ in ipſa ꝓpõe. ergo ſtãns per eſſentiã ſuã nõ cadit ſub tẽpore: vt dicitur in hoc epilogo.

PROPOSITIO TRIGESIMA.

A

OMnis ſubſtantia creata in tempore, aut eſt ſemper in tempore, & tempus non ſuperfluit ab ea: quoniam eſt creata, & tempus æqualiter. aut ſuperfluit ſupra tempus, & tempus ſuperfluit ab ea: quoniam eſt creata in quibuſdam horis temporis.

❡Vt dicebatur ſupra, oẽs habitudines reꝝ ſunt ẜm corruptibile & incorruptibile, ẜm ſimplex & cõpoſitum, ẜm æternum & tpale. Nulla eſt.n.res quæ non ſit aliquomõ corruptibilis vel incorruptibilis: q̃ non ſit ſimplex vel cõpoſita: æterna vel tpalis. Volẽs ergo Author vlr̃ determinare de habitudinibus reꝝ: poſtquã aliqua dixit de corruptibilibus & in corruptibilibus, de ſimplicibus & compoſitis: vult hic vltimo aliqua tractare de tpalibus & ęternis. Circa qd' duo facit, quia prĩo comparat tpalia ad tpalia in hac. 30. Propõne. Scd'o comparat tpalia ad ęterna ibi (inter rem cuius) in. 31. Propõe. Circa primum duo facit, quia circa comparationem tpalium ad tpalia primo p̃mittit quandã propõem ſecũdo ſubiungit declarationẽ eius.ibi (qd' eſt quia.) Dicit ergo ꝙ (oĩs ſubſtantia creata in tpe, aut eſt ſemper in tpe & tp̃s non ſuperfluit ab ea: qm̃ eſt creata, & tp̃s æqualiter).i.qñ ipſa ſubſtantia eſt creata, & tunc æqualiter ſe hñt. (aut ſuperfluit ſupra tp̃s,& tp̃s ſuperfluit ab ea: qm̃ eſt creata in quibuſdam horis tpis).q.d.ꝙ duplex eſt tẽporale vnum qd' reſpicit totum tp̃s, & æquatur tẽpori: ꝑꝑ quod tp̃s non ſuperfluit a tali tpali, nec ecõuerſo: Et aliud eſt temporale, quód reſpicit partẽ temporis, quia eſt creatum in quibuſdã horis tpis: & tale temporale ſuperfluit a tẽpore, & tp̃s ſuperfluit ab ipſo. ❡Notandum autem ꝙ ſubſtantia creata in tempore quę reſpicit totum tp̃s, & æquatur tempori eſt corpus ſuper cœleſte, quod (ſecundum naturæ curſum) eſt ingenerabile & incorruptibile, & eſt ſempiternum. Subſtantia vero creata in quibusdam horis tẽporis, quæ reſpicit partem temporis ſunt iſta generabilia & corruptibilia. Sed quomodo corpus ſuper cœleſte poſſit dici quid tẽporale vel ſubſtantia creata in tẽpore cum ſit intraſmutabile quantum ad eſſe, licet ſit transmutabile quantum ad vbi, in ſequenti propõne dicetur: nunc autẽ hoc ſupponatur. ❡Notãdum etiam ꝙ hanc diſtinctionem de temporali(vꝫ quòd eſt quoddã temporale quod reſpicit totum tp̃s, & quoddam quod reſpicit partem temporis)ponit Proclus in propõne. 54. ſui libri ſub his verbis. Omne quod ſecundũ tp̃s exiſtit, aut hoc eſt, eo quòd ſemper in tempore eſt: aut aliquando in parte temporis eſt hyparxim habens. quaſi dicat,quòd omne quod ſubſiſtit ſecundum tp̃s.i.omne temporale vel omne creatum in tẽpore, Aut hoc eſt, quia ſemper eſt in tempore.i.quia reſpicit totum tempus: aut quia habet hyparxim: ideſt ſubſtantiam aliquando in parte temporis.

ſ ꝓpõne. 25. F. B Proclus.

❡Dubitaret forte aliquis, de verbis poſitis in propõne hac. Nam ibi habetur ꝙ ſubſtantia quæ reſpicit totum tp̃s ęquatur tempori, & tp̃s non ſuperfluit ab ipſa,& ibidẽ habet̃ ꝙ C

ſubſtantia creata in quibuſdã horis temporis (vt illa quę reſpicit partẽ tẽporis) ſuperfluit ſupra tempus, & tempus ſuperfliut ab ea. Ex quibus verbis videntur duo implicari inconuenientia. Nam ſi ſuba quæ reſpicit totum tempus ęquatur tempori,& per ꝯñs non ſuperfluit a tpe,quia hoc eſt ęquari,non ſuperfluere.multo magis ſuba q̃ reſpicit partem tpis non ſupefluit a tpe.Rurſus videtur inconueniens ꝙ talis ſuba ſuperfluat,quia tunc excederet tp̃s,& excederetur ab ipſo, quod non videtur poſsibile. Dicendum ꝙ totum non accipitur niſi vno mõ,& ſemper accipitur ęqualiter:loquendo.n. de vno & eodem toto,non dicimus ꝙ ſit dare totum maius & totum minus,quia illud quod eſſet minus, non eſſet totum.

T.c. 63. Totum.n.hoc dicitur cuius nihil eſt extra ſumere,vt patet ex.3.Phyſiorum. q̃diu.n.habemus aliquid extra ſumere,& quamdiu reſtat aliquid accipiendum,non dum habemus totum. loquendo ergo de eodem toto ſemper accipiem9 ipſum ęquale. Sed nõ ſic loquimur de partibus eiuſdem totius,ſicut de ipſo toto.Nam partes eiuſdem totius poſſunt accipi & maiores,& minores.Quod ergo comparatur ad totum comparatur ad aliquid quod ſemper accipitur ęquale:ſed quod cõparatur ad partem ſiue ad partes cõparaꝉ ad aliqua q̃ pñt accipi maiora & minora. Quod ergo cõparaꝉ ad totum tp̃s, ſi ęquatur tempori, non ſuperfluit a tpe,nec tempus ſuperfluit ab eo,quia totum tempus ſemper dicit vnam & eadem rem.Vna aũt & eadem res reſpectu eiusdem non põt eſſe æqualis & ſuperflua. Sed qđ eſt creatum in

D quibuſdam horis tpis:& quod reſpicit partem tpis (cum hmõi partes poſſint accipi aliæ & aliæ maiores & minores, quia ſic ſe habet) non ſemper cõparatur ad vnam & eandẽ rem. Quod ergo ſi cõparaꝉ ad tp̃s,ꝙ cõparatur ad aliam & ad aliam partem tpis,põt ęquari tpi, & excedere tp̃s,& excedi a tpe.Nam poterit tantum de tpe accipi:ꝙ ęquabitur durationi illius rei. Si vero accipiatur plus de tpe excedet rem illam.poterit etiam accipi ita modicum de tempore (quia continuum eſt diuiſibile in infinitũ) ꝙ tp̃s ſic acceptum excedetur a re aliqua. Quod ergo cõparatur ad partẽm tpis,& ſuperfluit ab aliqua parte tpis, & pars aliqua tp̃is ſuperfluit ab eo,ſm ꝙ accipitur pars aliqua tp̃s maior & minor.Sed quod cõparatur ad totum tp̃s hoc habere non põt:quia non põt accipi totum tp̃s maius & minus. Solute ergo ſunt controuerſię,ſi q̃ dicta ſunt diligenter inſpiciantur. ¶Deinde cum dicit.

COMMENTVM Propōnis Trigeſimæ.

E Qvod eſt,quia ſi creata ſequuntur ſe ad inuicem:& ſubſtantiã ſuperiorem non ſequitur niſi ſubſtantia ei conſimilis,nõſubſtãtia diſsimilis ei. ſunt ſubſtãtiæ ſimiles ſubſtãtię ſuperiori, ſunt & ſubſtãtiæ creatæ a quibus non ſuperfluit tẽpus, quæ asſimilãtur ſbſtãtijs ſempiternis: & ſunt ſubſtãtiæ abſciſæ a tẽpore creatæ in quibusdam horis temporis.

¶Declarat propõinem propoſitam. propter quod ſciẽdũ,ꝙ tota cã tacta in lr̃a quare op3 dare duplex tpale,v3 corruptibile & ſemptiernũ eſt, quia inter ſubas ſeparatas & iſta corpora corruptibilia op3 dare corpora media,q̃ ſunt ſempiterna:& quia oẽ corpus eſt mobile & oẽ mobile aliquo mõ ſubijcitur tpi.Ideo erit dare duplex corpus ſubctum tpi, ſm ꝙ eſt dare duplex mobile,corruptibile.ſ.& ſempiternum. Dicimus aũt oẽ corpus mobile:quia ſecundũ ea quæ ex ſenſibus haurire poſſumus,ſufficienter probari non põt eſſe aliquod corpus immobile. ꝙ ſi ex diuina reuelatione hoc habeamus:nõ eſt præſentis ſpeculationis hoc tractare. Vel dicere poſſumus ꝙ ſi eſt aliquod corpus,quod nunq̃ ſit motum,& quod nunquam mouebitur,non tñ implicaret contradictionem ſi moueretꝉ,nec etiam eſt contra rõnẽ eius, quòd poſſit moueri. In tantum aũt dictum ſit ꝙ op3 dare duplex tẽporale, vel duplicem rem ſubctã tpi.quia præter iſta corpora ſubcta tpi,quæ ſunt corruptibilia:op3 dare corpora ſubcta tpi,q̃ ſint ſempiterna,quę ſunt media inter iſta corruptibilia,& ſubas ſeparatas. Volens ergo Author probare ꝙ ſit dare duplex tale tpale,vel talem duplicem rem creatam

in tempoꝛe

In tpe'tria facit, quia Primo facit quod dictũ eſt. Scdo (quia mentionem fecerat de duplici durabilitate, vȝ æterna & temporali) dat dñiam inter hanc & illam. Tertio epilogat circa determinata. Secunda ibi (iam ergo oſtenſum eſt) Tertia ibi (iam ergo manifeſtum eſt) Circa primum quatuor facit. Nam ꝙ ſit dare tale corpus temporale ſempiternum medium inter hæc corruptibilia & ſubas ſeparatas probat primo oſtenſiue, ſecundo ducendo ad incõueniens. Tertio declarat quale ſit illud corpus medium, quarto reſumit ea quæ dixerat, & declarat intentum. Secunda ibi (non eſt ergo poſsibile.) Tertia ibi (& iſtæ quidem ſubæ) Quarta ibi (ſi ergo non ſimilantur eis.) Dicit ergo (quod eſt) vȝ ꝙ præter hæc temporalia corruptibilia, opȝ dare tpalia ſempiterna media iter iſta, & ſubas ſeparatas. quod eſt ergo. i. ꝙ cũ hmõi eſt (quia ſi creata ſequuntur ſe adinuicem). i. hñt conſequentiam & connexionẽ adinuicem (& ſubam ſuperiorem). i. ſubam ſeparatam (non ſequitur niſi ſuba ei conſimilis non ſuba diſsimilis ei.) quia ergo ita eſt (ſunt ſubã ſimilis ſubę ſuperiori). i. eſt dare ſubas temporales ſempiternas ſimiles quantum ad ſempiternitatem ſubę ſuperiori, ſiue ſeparatę. Quia ergo ſic eſt (ſunt & ſubæ creatæ a quibus non ſuperfluit tps). i. quę ſunt ſempiternę ante ſubas iſtas inferiores (quæ) ſubæ. ſ. ſempiternæ temporales (aſsimilantur ſubijs ſempiternis) ſupplę abſtractis (& ſunt ſubę abſciſæ a tempore). i. diuiſæ ſecundum certas partes temporis (creatę in quibuſdam horis temporis) erit ergo duplex tẽporalis: ſiue duplex res ſubiecta tempori: vna quę aſsimilatur ſubijs ſeparatis in ſempiternitate, & quæ reſpicit totũ tempus; & alia quæ eſt corruptibilis & quę reſpicit partem tẽporis, & eſt creata in quibuſdam horis temporis. Notandum aũt ꝙ in conſequutione duo intelligimus & ordinem & connexionem. tam. n. ratione ordinis, qnam etiam rõne connexionis præter ſubſtantias ſempiternas abſtractas opȝ dare ſubſtantias ſempiternas ſubiectas motui inter medias inter ſubſtantias illas, & iſtas ſubſtantias corruptibiles aliter. n, res creatæ non ſequerentur ſiue non haberent aſſequutionem adinuicem, hoc eſt non eſſe ordinatę, & connexæ. F

¶ Dubitaret forte aliquis q̃uo opȝ dare ſic ſubſtantias medias. Dicendum ꝙ ex ordine & cõnexione vniuerſi poſſumus hoc arguere. Ex ordine quidem reꝝ ſiue vniuerſi. Nam oẽs ſubſtantiæ creatę ſunt quaſi quidã numeri pendẽtes a prĩo tanquã ab vnitate. Vñ & formę per quas res reponunẽ in ſpẽ aſsimilantur numeris, vt patet ex quarto Metaph. Solus. n. Deus eſt vere vnus & vere ſimplex, in quo nullus eſt numerus eſſentialis, & nullus eſt numerus abſolutoꝝ, inter q̃ ſit dña realis. Oĩs autẽ res creata ab hac vnitate & ſimplicitate deficit. Si ergo ab vnitate ꝓcedit numerus binarius & quaternarius ꝓcedit & ternarius, qui eſt numerus medius inter binarium & quaternariũ hñs ſe ſcdum quendã ordinẽ ad vtrunq; quia in vnitate excedit binarium, & in vnitate excedit a quaternario. Incõnexus n. eſſet ordo numeroꝝ ſi ſtatim poſt binarium ſequereẽ quaternarius excluſo ternario. Qđ maxime in ordine vniuerſi veritatẽ hẽt. ſ. ꝙ oportet dare ſic res medias qm̃ ex excluſione talium tollereẽ congrua ꝓportio vniuerſi. Si. n. ſtatim poſt ſubſtantias ſeparatas, q̃ ſunt ſempiternę & ĩmobiles eſſet dare has ſubſtantias inferiores, q̃ nec ſunt ſempiternæ nec ĩmobiles abſq; corporibus ſup cœleſtibus medijs: tollereẽ congrua melodia, & ꝓportio vniuerſi. Sed (vt diximus) in conſequutione reꝝ vȝ ꝙ res vniuerſi ſe ſequantur, vel ſe cõſequantur nõ ſolũ notamus ordinẽ, ſed cõnexionẽ. Et ex cõnexione potiſsime arguitur intentũ. Nã hoc mõ eſt cõnexio vniuerſi: quia ſubſtantiæ medię aliquid ſapiunt, & in aliquo aſsimilantur vtriq; extremo. vt aer eſt incõnexus terræ: ſed aqua cõnectit vnum alteri. Terra. n. eſt frigida & ſicca, Aer aũt calidus & humidus. Nullã ergo ſcdum hoc conuenientiã hẽt aer cum terra ideo natura fecit aquã mediam connectentẽ terrã cum ipſo aere: ipſa. i. aqua conuenit in aere cum humiditate, cum terra vero in frigiditate. Sic etiam aqua eſt inconnexa igni, quia aqua eſt frigida & humida, ignis vero calidus & ſiccus, factus eſt ergo aer medius rõne connexionis qui cum igne conuenit in caliditate & cum aqua in humiditate. Oĩa ergo elementa ſunt connexa ſecundũ ſuum ordinẽ. Nã ignis connectiẽ aeri in caliditate, aer aquæ in humiditate. Aqua terrę in frigiditate, ſed ſi remoueretur aer, vt nõ mediaret inter ignẽ & aquã, eſſent iſta duo elementa diſſuta: & ſi remouereẽ aqua vt non mediaret inter aerẽ

G T. c. 10 H

& terram,eſſet diſſolutio vniuerſi. Sic & in propoſito ſubſtantię abſtractæ ſunt ſempiternæ & immobiles:Iſtæ vero ſubſtantiæ inferiores,nec ſempiternæ,nec immobiles ſunt. Diſſolutũ ergo eſſet vniuerſum ſi non eſſent aliquę ſubæ mediæ connectentes vtraq; hęc. Et ideo ſunt media inter ea corpora ſupercœleſtia,quę cum ſubſtantijs ſeparatis conueniunt in ſempiternitate,& cum iſtis inferioribus in mobilitate. Totum ergo vniuerſum eſt connexum ſcdm quandam conuenientiam,& aſſimilationem,quia ſubæ ſeparatę connectunt ſupercœleſtibus corporibus rōne ſempiternitatis,& ſupercœleſtia corpora iſtis inferioribus rōne mobilitatis:non tñ opꝫ ꝙ ſempiternitas intelligentiarum, & ſupercœleſtium corporũ ſit oīo vniuoca,nec ēt mobilitas cœlorum,& hoꝝ inferioꝝ erit oīo vniuoca. Hoc eſt ergo qđ author ait,ꝙ ſubæ creatæ ſe conſequuntur ad inuicem.i. habent ordinem,& cōnexionem ad inuicem. Et hoc eſt ꝙ ſubdit ꝙ ſubæ ſuperiori.i.ſubę ſeparatæ non ſequitur.i. non connectitur ſubſtantia diſſimilis,ſed ſimilis. Vt ergo ſit connexio inter has ſubſtãtias inferiores,& ſeparatas:oportet dare ſupercœleſtia corpora,quę(vt pꝫ)cum vtriſq; conueniunt:Vnde & connexionem cum eis quandam faciunt. ¶ Deinde cum dicit.

I NON eſt ergo poſſibile,vt continuētur ſubſtantiæ creatæ in quibúſdã horis tpis cum ſubījs ſempiternis:qm̄ non aſſimilantur oīo eis Subſtantíæ itaq; ſempiternæ in tpe ſunt illæ,quæ continuantur cum ſubījs ſempiternis & ſunt mediæ inter ſubas fixas, & ſubas ſubiectas tpi. Et non eſt poſſibile, vt ſubæ ſempiternæ,& quæ ſunt ſupra tp̄s ſequantur ſubas tpales creatas in tpe,niſi mediãtibus ſubījs tpalibus creatis in tempore ſempiternis.

¶ Probat hoc idem ducendo ad inconueniens. Declaratio.n. primo facta eſt oſtenſiua:vt quia vniuerſum eſt connexum,& quia ſe ſequuntur res vniuerſi, ideo eſt dare tales ſubas medias. Sed hęc declaratio ſcđa eſt ducens ad inconueniens:vt quia ſi non eſſet dare tales ſubſtantias medias eſſet vniuerſum diſcontinuatum,& diſſutum,qđ eſt inconueniens, ideo ait ꝙ(non eſt ergo poſſibile,vt continuentur).i. vt connectantur (ſubſtãtię creatæ in quibuſdam horis tpis)iſtę.ſ.ſubſtantiæ corruptibiles(cum ſubſtantijs ſempiternis.i.cum ſubſtãtijs ſeparatis,ſiue cũ intelligentijs(qm̄ non aſſimilantur oīo eis) eſſet ergo vniuerſum diſſutum,ſi non eſſet dare ſupercœleſtia corpora media. Ideo ſubdit ꝙ(ſubſtantiæ itaq; ſempiternæ in tpe).i. ſphœrę ſupercœleſtes,quę ſunt ſempiternę,& ſubiectę motui (ſunt illę quę continuantur).i.quę connectuntur(cum ſubſtantijs ſempiternis,).i.ſeparatis,(& ſunt, ſupple tales ſupercœleſtes ſubſtantię(medię inter ſubſtantias fixas) i. ſubſtantias abſtractas & immobiles(& ſubſtantias ſubiectas tpi)vel vt hꝫ alia littera (ſectas).i. creatas in tpe , & ſcdm quaſdam horas tpis . Et ſubdit ꝙ(& non eſt poſſibile, vt ſubſtantię ſempiternæ , & quę ſunt ſupra tempus ſequantur ſubſtantias tpales creatas)vel factas(in tpe).i.iſta corpa inferiora(niſi mediantibus ſubſtantijs tpalibus creatis in tempore)ſupple toto.i.(ſempiternis).q.d.ꝙ ſubſtantię ſeparatæ non pñt ſe hr̄e ad iſta inferiora,niſi mediantibus ſubſtantijs ſempiternis.i. ſupercœleſtibus corporibus. Eſt ergo ratio ducens ad inconueniens, ꝙ niſi eſſent tales ſubſtantiæ medię,non eſſet continuatio,nec connexio vniuerſi.

K ¶ Dubitaret forte aliquis qũo non eſſet connexio vniuerſi: ſi non eſſet dare tales ſubſtantias medias. Dicendum ꝙ intelligentiæ ſunt cauſę vniuerſales immobiles , & ſempiternæ. Propter quod congruum eſt,vt illud ſuper quod immediatam cauſalitatem habent aliquid participet de oībus iſtis. Hmōi aũt eſt corpus ſupercœleſte. Nam ipſum eſt ſempiternum, & hꝫ vniuerſalem cauſalitatem ſuper iſta inferiora,& ſemper mouetur vniformiter. Propter quod eſt aliquo modo immobile,ideo dr̄ octauo phyſicoꝝ ꝙ quieſcit totum,& mouet continue. Congruum.n. videtur ꝙ immobile vniformiter moueat,& ꝙ ſempiternum ab-

T. cõ.76 ſtractum ſuper ſempiternum coniunctum materiæ operationem habeat. Dignum etiã eſt

ꝙ cauſa vniuerſalis ſeparata actionem habeat immediatam ſuper cām vniuerſalem compoſitam. Iſta ergo inferiora (quia non mouentur vniformiter, & quia non ſunt cauſæ vniuerſales, nec ſeparatę, nec ſempiternæ, nec abſtractæ) non videtur congruum eſſe, ꝙ immediate moueantur, vel adminiſtrentur per ſubſtantias ſeparatas. Corpora itaq; ſupercœleſtia connectunt illas ſubas ſuperiores, cum iſtis inferioribus, & quantum ad immobilitaté, ſempiternitatem, & vniuerſalitatem. Quantum ad immobilitatem quidem: quia motus ſupercœleſtium eſt vniformis. Vnde rōne vniformitatis aliquam ſimilitudinem hńt cum ſubijs ſeparatis, quæ ſunt immobiles. Sed rōne motus aliquam ſimilitudinem hńt cum iſtis inferioribus. Rurſus hoc idem faciunt rōne ſempiternitatis. Nam iſtæ ſubſtantię ſunt ſempiternę, hńt vniuerſalem cauſalitatem, & ſunt abſtractæ: hęc aūt inferiora ſunt corruptibilia, & coniuncta materiæ. Corpa aūt ſupercœleſtia quantum ad ſempiternitatem, & vniuerſalitatem cauſalitatis cōueniunt cum illis. Quantū vero ad materialitaté cū iſtis inferioribus. L

Notandum aūt ꝙ hæc accipienda ſunt ſm congruitatem, non aūt ſm neceſſitatem: ſtultum. n. eſſet dicere ꝙ intelligentia, quæ pōt immediate mouere cœlum, non poſſit immediate mouere vnum lapidem hic inferius exiſtentem. Eſt ergo ibi aliquis modus congruitatis. ꝙ intelligentię quæ ſunt ſuprema pars vniuerſi immediate coniungatur ſupremis corporibus, non aūt iſtis inferioribus. Sed vtrum ſit ibi aliquis modus neceſſitatis in ſequentibus qōnibus apparebit. Aduertendum ét ꝙ illa quę ſunt congrua pp aliquod bonum quod inde euenit quantum ad aliquam partem, & quantum ad aliquid quod non eſſet cōgruum vno modo fiunt, & alio modo non fiunt. Vt non videtur congruum ꝙ aer immediate coniungatur terrę: & forte ſi aer, & terra non eſſent nobis viſibiles, & ſciremus aeré eſſe calidum, & humidum, Terram vero frigidam, & ſiccam: diceremus forte impoſſibile eſſe, ꝙ in aliqua parte aer immediaté coniungeretur terræ: quia tunc eſſet vniuerſum diffuſum, & inconnexum, quia aer coniungeretur terrę ad quam nullam conuenientiam hꝫ. Et tñ videmus ad ſenſum ſic eſſe. Propter ergo aliquod bonum quod inde euenit, vt propter vitam aīalium greſſibilium ſeruandam: Terra in aliqua parte ſui eſt diſcooperta aquis, vt poſſint in ea animalia greſſibilia viuere. Congruum eſt. n. ꝙ aer non immediate cōiungatur terrę, cum héat oīo oppoſitas qualitates ei: & in maiori parte creditur ſic eſſe. Nam creditur, ꝙ de terra non ſit complete diſcooperta quarta pars. Vnde nec cōplete quarta pars terræ ponitur habitabilis. Tota aūt alia terra creditur aquis cooperta. Hæc autem modica pars terræ de qua non videtur congruum ſm vnum modum, ꝙ coniungatur aeri immediate, quia hꝫ qualitates oīo oppoſitas: hoc tñ eſt congruū ſm alium modū. f. quia ex hoc ſaluaī vita aīalium greſſibilium. Sic ét in ppoſito non vr̄ congruum ꝙ ſubæ ſeparatæ imediatæ operationé héant in hæc corpa inferiora. Sꝫ pp aliqd magnū bonū qd inde euenit, qd nō eſt congruū vno mō, eſt congruū, alio mō. Hńt. n ipſæ intelligētię (quas cōi noīe appellamꝰ angelos) imediate aliq̃ oponé in iſta iſeriora corpa, ſꝫ hoc é pp magnū bonū qd inde euenit, vt pp ſaluté hoīum, qd eſt maius bonū, q̃ ſint ipſa ſupcœleſtia corpa. D.c.d. M

ET iſtæ quidé ſubæ nō ſunt factæ mediæ, niſi quia cōicant in ſubijs ſublimibus in pmanētia, & cōicant cū ſubijs tpalibus abſciſis in tpe p gñoné. Ipſæ. n. q̃uis ſint ſempiternæ: tñ permanētia eaꝝ eſt per gñonem, & motū. Et ſubſtantiæ ſempiternæ cū tempore ſimiles ſunt ſubſtantijs ſempiternis, quæ ſunt ſupra tempus per durabilitatem: & non aſſimilantur eis in motu, & generatione. Similr aūt ſubſtantiæ ſectæ in tempore non ſimilantur ſubſtantijs ſempiternis, quæ ſunt ſupra tempus per aliquem modum. N

Declarat quales ſint iſtę ſubę intermedię dicens. (Et iſtę quidem ſubę non ſunt factæ medię, niſi qa cōicant cum ſubſtantijs ſublimibus). i. ſeparatis, (in permanentia, & commu-

ſcant cum ſubſtantijs temporalibus abſciſis in tpe per gñonem).i.iſtis inferioribus ſupple in motu,& in variabilitate. Et ſubdit ꝙ(ipſæ.n. ſupple cœleſtes,ſiue mediæ ſubſtãtię (ꝗuis ſint ſempiternæ,tñ permanentia eaꝝ eſt per gñonem,& motum) q.d. ꝙ ſempiternitas quã hñt(loquendo de gñone large) eſt admixta gñoni,& motui. Et ſubdit ꝙ(& ſubſtãtiæ ſempiternę cum tpe).i.ſphœrę cœleſtes,quę vt dictum eſt hñt ſempiternitatem admixtã motui,qui menſuratur tpe:tales ergo ſubſtantiæ(ſimiles ſunt ſubſtantijs ſempiternis,quæ ſunt ſupra tps).i. ſubſtantijs ſeparatis(per durabilitatem).i. quantum ad durationem,quia durant tpe perpetuo,ſicut & illæ,(& non aſsimilantur eis in motu , & gñone) ſphærę ergo cœleſtes ſunt ſimiles ſubſtantijs ſeparatis,& eiſdem diſsimiles:ſimiles in ſempiternitate, diſſimiles vero in motu,& gñone. Et ſubdit ꝙ(ſimilr̃ aũt ſubę ſectæ in tpe)i. ſubſtantiæ inferiores,quarum duratio ſequitur tps:quia durat per aliquam perihodum,& per aliquã partem tpis. Tales itaq; ſubſtantiæ(non ſimilantur ſubſtãtijs ſempiternis,quæ ſunt ſupra tps) i.ſubſtantijs ſeparatis(per aliquem modum)ſed ſupple ſimilantur ſubſtantijs quarum ſempiternitas eſt in tpe. Subæ itaq; ſempiternæ ſcd̃m tps ſunt ſubę intermediæ:quas congruũ eſt ponere,vt connectant iſta inferiora cum ſubijs ſeparatis:qđ qũo congruitatem habeat in præcedenti qõne dictum eſt. ¶Notandum aũt ꝙ in oĩ motu eſt quædam generatio,& quędam corruptio:quia ſemp vna pars motus ibi cedit,& eſt quaſi corruptio : & poſterior pars aduenit,& eſt ibi quaſi gñatio. Corpora ergo ſupercœleſtia hñt ſempiternitatem admixtam motui:& habent eam admixtam generationi,ſecundum ꝙ generatio, & corruptio etiam in ipſo motu locali quodammodo reſeruantur.

O ¶Dubitaret forte aliquis,qũo valeat hęc conſequentia:ꝙ quia corpora ſupercœleſtia hñt ſempiternitatem admixtam motui:Ideo poſſunt connectere ſubas ſeparatas cum iſtis inferioribus. Dicendum ꝙ(vt dr̃ in 2. metaph.) opʒ imaginari mãm in re mota. Oĩa.n.mobilia habent aliquam admixtionem cum materia. Corpora ergo ſupercœleſtia quæ ſunt mobilia hñt formam in materia,ſed(vt dicit Commentator ſuper .7. metaph.) impoſsibile eſt ꝙ formæ ſeparatæ tranſmutent materiam: non.n. tranſmutat materiam(vt ipſe ait) niſi qđ eſt in materia:quod intelligendum eſt de motu ad formam,non de motu ad vbi. Huic aũt veritati ꝙ ſubſtantię ſeparatę nullo modo poſſunt veras formas inducere,nec materiã ad formam tranſmutare non ſolum aſſentiunt phyloſophi (vt patuit per Commentatorẽ) ꝙ.ſ, nullum immateriale tranſmutat materiale. Siue materiam,&(vt pʒ ẽt per phyloſophũ in eodem.7.metaph.volentem ꝙ non faciat immediate ad generationem huius indiuidui, niſi hoc indiuiduum corpus. Sed etiam ſancti huic veritati concordant. Vult.n. Auguſt. in.3.de Trinitate cap.7. ꝙ nihil poſſunt Angeli facere,niſi per adhibitionẽ ſeminũ:adeo ꝙ poſſunt coniungere actiua paſſiuis,ſed non poſſunt de ſe aliquas veras formas inducere.

T.c.12.

Circa fi-
né có. 31.

Ex t.c.28

Auguſt.

P Subſtantiæ ergo quaꝝ ſempiternitas eſt in tpe ſunt medię inter ſubas ſempiternas ſupra tps,& iſta inferiora,& connectunt hæc,& illa:quia non poſſunt ſubæ illę ſeparatę alterare per ſe iſta inferiora:alterant.n.ea ſolum mediantibus ſupercœleſtibus corporibus. Ex hoc aũt apparet quæ ſit congruitas, & quę ſit neceſsitas huius intermediationis. Congruitas quidem eſt:quia niſi pp aliquod ſpẽale bonum,qđ inde euenit,Congruum eſt ꝙ ſubę ſeparatæ ſempiternæ immediate moueant corpa ſempiterna,non aũt iſta corruptibilia: fit tamẽ præter hanc congruitatem,vt moueant,& gubernent corruptibilia iſta immediate, propter ſalutem hoĩum. Sicut præter congruitatem fit,ꝙ aer non coniugaĩ terræ mediãte aqua in tota terra habitabili pp ſalutem aĩalium greſsibilium. Sed neceſsitas ibi eſt,quia nõ poſſunt ſubę ſeparatæ(ſcd̃m hunc ordinẽ quem videmus) iſta inferiora corpa alterare ſine motu ſupercœleſtium corpoꝝ,ſicut alterãt ea mediante hmõi motu. ¶Deinde cum dicit.

Q SI ergo non ſimilãtur eis,tũc non poſſunt recipere eas neq; tãgere eas. Neceſſe eſt igiĩ vt ſint ſubæ quæ tangunt ſubas ſempiternas quæ ſunt ſupra tempus,& erunt tangentes ſubſtãtias ſectas in tempore ergo aggregabuntur per

tur per motum ſuum inter ſubās ſectas in tẽpore & ſempiternas ſubās,q̃ ſunt ſupra tp̃s: & aggregabũtur per durabilitatẽ ſuã inter ſubās q̃ ſunt ſupra tp̃s & inter ſubās q̃ ſunt ſub tpe.ſ.cadẽtes ſub gñone,& corruptione: & aggregabunt inter ſubās viles & ſubſtantias bonas, vt nõ priuẽtur ſubæ viles ſubījs bonis conueniente & continuãte,& non fit in eis permanentia neq; fixio. Alia lĩa hʒ vt nõ priuẽtur ſubę viles a ſubſtãtijs bonis oĩ bonitate & oĩ continuitati.

¶Reſumit ea quæ dixerat, & concludit intentum dicens. (Si ergo non ſimilantur eis).i.ſi iſtæ ſubſtantiæ inferiores non ſimilantur ſubſtantijs ſeparatis (tunc nõ põt recipere eas).i. influentiam eaꝶ (neq; tangere eas).i.nec recipere tactũ ab eis vt alterent per eas. Et quia ſic eſt (neceſſe eſt igitur vt ſint ſubſtantię) ſupple mediæ.ſ.ſphærę cœleſtes (quę tangunt) i.attingunt (ſubſtantias ſempiternas quæ ſunt ſupra tẽpus,& erunt) tales ſubſtantiæ intermediæ (tangentes).i.attingentes, ſubſtantias ſectas in tempore).i.iſtas ſubſtantias generabiles: quia (ergo) ſic eſt tales ſubſtantiæ cæleſtes intermedię (aggregabuntur per motum ſuum inter ſubſtantias ſectas in tẽpore & ſempiternas ſubſtantias, quæ ſunt ſupra tẽpus:& aggregabunt per durabilitatem ſuam inter ſubſtantias quę ſunt ſupra tẽpus & inter ſubſtãtias quę ſunt ſub tpe.ſ.cadentes ſub generatione & corruptione: & aggregabuntur inter ſubſtantias viles).i.inter iſtas ſubſtantias inferiores (& ſubſtantias bonas).i. ſeparatas: & ſubdit (vt non priuent ſubſtantiæ viles ſubſtantijs bonis).i.vt nõ priuent influentia ſubſtãtiaꝶ ſeparatarum (cõueniente,& continuante).i.pp corpus ſuper cœleſte quod eſt conueniens cum ſubſtantijs ſeparatis, & continuans eas cũ iſtis inferioribus: & ſubdit ꝙ (& nõ fit eis).i.iſtis inferioribus rebus (permanentia neq; fixio).q.d. ꝙ non oportet ꝙ iſta inferiora hẽant realem fixionẽ & permanentiam, ad hoc ꝙ transmutent per ſubſtantias ſeparatas: quia hmõi influentiam & transmutationẽ non recipiunt ĩmediate, ſed mediãte ſuper cœleſti corpore quod eſt ſubiectum generationi & motui modo quo diximus: quia nõ eſt ſubiectum generationi ꝓprie dictæ, ſed large. ¶Notandũ eſt autẽ ꝙ aliud eſt aggregare ſubſtantias inferiores ſuperioribus, & aliud ſuperiores inferioribus. Nam corpus cœleſte aggregat ſubſtantias inferiores ſuperioribus per motum ſm quẽ cõuenit cum inferioribus: & econuerſo aggregat ſubſtantias ſuperiores cũ inferioribus per durabilitatẽ.i.per ſempiternitatẽ per quam conuenit cum ſuperioribus. Iõ ſignanter loquutus eſt Author in littera cũ dixit: ꝙ per motum aggregant ſubſtantiæ intermedię inter ſubſtantias ſectas in tpe, & ſubſtantias ſupra tẽpus: & per durabilitatem econuerſo aggregantur inter ſubſtantias quæ ſunt ſupra tempus, & ſubſtantias quæ ſunt ſub tempore. R

¶Dubitaret forte aliquis, Vtꝝ hoc ſit vlr verum, vʒ ꝙ iſtę ſubſtantię inferiores nõ poſſint coniungi ſubſtantijs ſuperioribus quę ſunt ſupra tp̃s, niſi mediantibus corporibus ſup cœleſtibus. Dicendum ꝙ (loquendo ſm modum huius Authoris in propõe ſecunda) triplex eſt ſubſtantia ſupra tp̃s. Nam quædã eſt ſubſtantia ſupra tp̃s,& ſupra æternitatẽ,vt pria cã: quędam vero eſt ſupra tp̃s, & parificat æternitati, vt intelligentia: quędam aũt eſt ſupra tempus & attingit æternitatem vt aĩa cœli. Cum ergo quęrit vtrum ſit vliter verum ꝙ ſubſtantiæ iſtæ inferiores non poſſint cõiungi ſubſtantijs ſuperioribus ſupra tp̃s ſiue ſubſtantijs medijs ſempiternis in tpe: conſtat ꝙ hæc non eſt loquutio de coniunctione & tactu niſi ſm actionem & paſſionem: quærit ergo iſta quæſtio vtrũ ĩmaterialia quæ ſunt ſupra tp̃s poſſint traſmutare hæc materialia corruptibilia ſine corpore ſempiterno medio.i.ſine corpore cœleſti quod ponit eſſe in tpe. Et quia diſtinctionem fecimus de eſſe ſupra tp̃s: eſt facienda diſtinctio de transmutatione: quia eſt transmutatio ad formam, & transmutatio ad vbi. Rñdeatur itaq; ad quęſtionem ꝑpoſitam: ꝙ ſubſtantia ĩmaterialis quæ ſic eſt ſupra tempus, ꝙ etiã eſt ſupra æternitatem,cuiuſmodi eſt pria cã, nullo modo indiget aliqua cã inter media ad productionẽ cuiuſlibet rei, & ad agendum q̃cunq; transmutationem: ſunt n. oĩa agentia alia a primo, quaſi organa ipſius dei. Eſt .n. ipſe virtus virtutum (vt dicebat in propõe. 16. Sed ꝙ agens principale poſſit aliquid cũ inſtrumento, vel cum organo qđ

ĩ propõe ſcda.B.

S

In ꝓpõe 16. A.

non poſſit ſine ipſo, hoc iõ contingit quia aliquid hẽt organum quod non hẽt ab agente principali : vt ſi aliquis ponit corpus ſuper cœleſte mediantibus corporibus inferioribus aliquid poſſe, quod non poſſet ſine illis : hoc eſt, quiá hmõi corpora aliquid hñt quod nõ hñt a cœleſti corpore. Nã nec corpuscœleſte nec aliud agens creatũ põt totã rem pduce re, ſed in oí tali actione pſupponit materia, & qa ſm diuerſitatẽ materię, diuerſificatur & forma, cõſeques eſt ꝙ nõ quicqd põt cœlũ mediantibus iſtis inferioribus (quę pñt diſpone re materiã) põt per ſeipſum. quia aliquid hñt iſta inferiora, qđ non hñt a cœlo. Sicut quia aliquid hẽt ferrũ quod nõ hẽt a fabro : non quicqd põt faber cũ martello ferreo, põt ſine

T hmõi martello. Sed qa nihil hñt cauſata oía, qđ non hẽant a pría cã, ipſa.n.ſola eſt, diues per ſeipſam, cœtera aũt oía q̃cunq; hñt ex mutuatis ab ea hñt iõ quicqd põt pría cã mediãtibus alijs cauſis, põt per ſeipſam tñ : quia nihil hñt aliæ cauſæ qđ ab ipſa nõ hẽant. Sed ſi loquamur de eſſe ſupra tps quod parificat æternitati cuiuſmodi eſſe hñt intelligentiæ ſuperiores, & ſi etiã loquamur de eſſe ſupra tps, quod nõ parificat æternitati, ſed ſolum attingit ipſam ęternitatẽ cuiusmodi eſſe hñt intelligentiæ inferiores quas vocant cœloꝝ aías (qũo aũt verũ ſit ꝙ intelligentiæ ſuperiores parificent æternitati, & non cœloꝝ aię, vel qũo pa

1 propõe ſcda. B.C & 1 ppõe 31. K.L. rificent ęternitati intelligentiæ ſuperiores & non inferiores ſupra dictũ eſt & in ſequẽti pro põne dicet, nunc aũt in tñ dictũ ſit, ꝙ ſubſtantiæ q̃ ſic ſunt ſupra tps ſicut intelligẽtię tã ſuperiores q̃ inferiores p ſe poſſunt imutare hmõi corpora q̃tum ad motũ ad vbi, nõ aũt q̃tũ ad motum ad formã: cuius põt talis rõ aſſignari. Nã cũ ex ipſa ſubſtantia & ex ipſo eſſe poſſimus aliquid cõlectare, de ipſa actione. Nam q̃ hñt determinatã ſubſtantiã hñt determinatum eſſe, & determinatã actionẽ: & quia talia ſunt oẽs ſubſtantię creatæ. iõ talia agẽtia [ni-hil poſſunt niſi ſm determinatũ modũ, & determinatum ordinẽ vniuerſi. Solus aũt Deus qui hẽt eſſe extra hunc ordinẽ eſt id in quo reſeruat oís rõ eſſendi, iõ ſolus ipſe põt in oẽm actionẽ, & in oẽm effectũ. Et quia intelligẽtiæ non determinant ad eſſe ſenſibile, nec pluri-

A rificant per formas ſenſibiles, ex ordine tñ vniuerſi determinant ad vbi. Quia licet nõ ſint in loco ſitualr, & circũſcriptiue, ſunt tñ in loco diffinitiue & ſm determinationẽ. Determinant.n. ita ad hũc locum ꝙ nõ ad alium. Vñ & phyloſophus in. 8. phyſi. dicit motorẽ cœlo. Reſumamus ergo rõnem & dicamus ꝙ quia intelligentiæ non determinant per formã

V gñabilem & corruptibilẽ, neq; per aliq̃ aliã formã ſenſibilem : iõ non poſſunt p ſe & ime-

T.cõ.84. diate in pductionẽ talium formaꝝ, aliter.n. eſſet ponere ꝙ non determinatũ per calorem per ſe calefacere poſſet. etiã hoc eſſet ponere ꝙ agens ageret nõ ſcđum ꝙ eſt in actu, op3 n. determinari per materialẽ formã qđ debet p ſe transmutare materiã, qđ intelligendũ eſt de his quę nõ agunt niſi ſm determinatum modũ. pp qđ ſemper in talibus loquutionibus excludit actio cauſæ primę. Nõ poſſunt itaq; intelligentiæ transmutare materiã: quia non determinant per materialẽ formã, poſſunt aũt transmutare ad vbi, quia poſſunt determinatẽ eſſe in certo vbi. & ideo multa poſſunt agere in iſta inferiora mouẽdo corpus cœleſte : quę non poſſunt ſine motu talis corporis. ¶ Deinde cum dicit.

SECVNDA Pars Principalis Commenti.

X IAM ergo oſtenſum eſt ex verbis ꝙ durabilitatis duæ ſunt ſpecies, quarũ vna eſt æterna altera tẽporalis. Verũ tamẽ vna duarum durabilitatẽ eſt ſtans quieta, & durabilitas altera mouetur : & vna earũ aggregatur, & operationes eius ſunt oẽs ſimul, neq; quædam earũ eſt ante quandã, & altera eſt currens extenſa, cuius quædã operationes ſunt ãte quaſdã, & vniuerſalitas vnius earũ eſt per eſſẽtiam ſuã, & vniuerſalitas alterius eſt per partes ſuas, quarũ vnaquæq; eſt ſeiũcta ſuæ comperi per modũ primũ & poſtremum,

¶Quia mentionẽ fecerat de duplici durabilitate, ęterna.ſ.& tpali dat dr̃iam inter vtranque, & dat triplicẽ dr̃iam. Nam duratio æterna eſt quid ſtans, eſt tota ſimul, & eſt ſimplex: tpalis vero duratio eſt quid fluens, non eſt tota ſimul. & eſt diuiſa per partes. iõ ait (iam ergo oñſum eſt ex verbis).i.ex dictis (ꝙ duæ ſunt durabilitatis ſpẽs, quarũ vna eſt ęterna, altera tpalis) & ſubdit (veruntñ vna duarũ durabilitatum).ſ.durabilitas ęterna (eſt ſtãs quieta, & durabilitas altera) ſupple tpalis (mouetur) Ecce ergo dr̃ia prima ꝙ æternitas eſt duratio ſtans, tp̃s vero eſt duratio fluens & ſubdit ſecundã dr̃iam dicens ꝙ (& vna earum) ſ.durabilitatum (aggregaẽ, & eius operationes ſunt oẽs ſimul, neq; quædã earum).ſ.operationum (eſt ante quandã).i.non eſt vna earum operationum añ aliã, nec eſt ibi prius & poſterius, (& altera).ſ.durabilitas (eſt currens extenſa, cuius quędã operatiões ſunt añ quaſdam) ecce ſecũda differentia, quę eſt ꝙ ęternitas eſt tota ſimul, & nõ eſt ibi hoc ante hoc altera vero duratio.ſ temporalis nõ eſt tota ſimul. ſed eſt ibi hoc ante hoc. & ſubdit tertiam differentiã dicens ꝙ (& vniuerſalitas).i. & totalitas (vnius earum).ſ.durationum, (eſt per eſſentiã ſuam).i.eſt ſimplex (& vniuerſalitas).i.totalitas (alterius eſt per partes ſuas, quarum vna quæq;) partium (eſt ſeiuncta).i. eſt diſtincta & differens (ſuæ comperi).i.a parte qua eſt ſua cõpar.i.quæ eſt ſibi aſſociata (per modũ primum & poſtremũ). Nã hoc modo aſſociantur ſibi inuicem partes temporis: quia vna eſt prior, & altera poſterior. Ecce differentia tertia videlicet quòd æternitas eſt duratio ſimplex, tempus vero eſt duratio habens partes.

¶Dubitaret forte aliquis: qa vr̃ eſſe falſum, ꝙ ea q̃ menſurantur æternitate hẽant oẽs operationes ſimul ita ꝙ q̃dam opationũ non ſit ante quandam: vel (quod idem eſt) ꝙ vna operationum non ſit ante aliam. Nam intelligentię (ſm̃ hunc Authorem) parificantur æternitati, & (ſm̃ eundem Authorem) ſunt plenę formis. Cum ergo non poſſint intelligere ſimul per oẽs illas formas: op; ꝙ ibi ſit ſucceſſio intellectionum, eſt igitur ibi operatio ante operationem: cum intelligentia non hẽat oẽs opationes ſimul. Dicendum ꝙ ad hoc poſſet breuiter reſponderi. Nam non dr̃ hic ꝙ intelligentia hẽat oẽs operationes ſimul, ſed ꝙ duratio ęternitatis habet oẽs operationes ergo illæ quarum duratio eſt ęternitas, & quæ menſurantur æternitate hñt eſſe ſimul & non eſt ibi prius & poſterius: ſed ſic loquendo non imus ad mentem Authoris. Videtur.n.eſſe de mente Authoris, vel de intentione eius: ꝙ operationes intelligentiæ non menſurenẽ tp̃e: cum dicat eam parificari æternitati, quod non eſt verũ niſi in intelligẽtia tam ſm̃ opationem q̃ ſcdum ſubam menſuretur æternitate. Dicemus ergo, ꝙ nihil ęſt in intęlligentia quod menſuretur tp̃e proprie ſumpto, Immo quicquid eſt in intelligentia menſuratur in diuiſibili. Quælibet.n.operatio intelligentiæ eſt tota ſimul. In vna ergo & eadẽ opatione nõ eſt ſucceſſio, & ibi vna & eadem operatio menſuraẽ indiuiſibili. Sed dices ꝙ ibi opatio ſuccedit opationi. Nam ibi intellectio ſuccedit intellectioni. Nã poſtq̃ intelligentia deſinit intelligere per vnam ſpeciem. põt incipere intelligere per aliam. Sed ex hoc nõ ſequitur ꝙ intelligere intelligentiarum ſit in tp̃e proprie ſumpto. quia tempus proprie ſumptum non componitur ex indiuiſibilibus. Sed cum q̃libet opatio intelligentiarum menſuretur menſura in diuiſibili, opationem ibi ſuccedere operationi eſt indiuiſibile ſuccedere indiuiſibili: quod non facit proprie tp̃s. Sed de hac materia in q̃õnibꝰ noſtris de æuo & de angelorum menſura diffuſius loquuti ſumus. Ad p̃ſens aũt ſcire ſufficiat ſm̃ hũc Authorem ꝙ intelligentia nõ cadit ſub tp̃e, & h; oẽs opationes ſuas ſimul: non ꝙ ibi opatio ſuccedat operationi, cum de facto ſuccedat, vel cũ habeat multas formas intelligibiles quibus oĩbus non informatur ſimul. Sed ideo oẽs operationes intelligentię dñr eſſe ſimul: qa quælibet eius operatio eſt tota ſimul: in vna.n.& eadem operatione eius non cadit ſucceſſio. Ibi etiam non eſt operatio ante operationẽ: quia ibi nulla operatio habet partẽ & partem vel nullã operatio ibi eſt diuiſibilis in operationes plures, quarum vna ſit ante aliam: ſicut motus quilibet diuiditur in plura moueri. quorum vnum eſt ante aliud. Sic ergo ſaluanda eſt litera & intentio Authoris. & hoc modo reducenda eſt ad veritatem, quòd ſi aliter intellexiſſet, falſitatem haberet ſuum dictum.

parat temporalia ad ęterua. Habent.n.ſe temporalia ad æterna mediate. Nam illud quod totaliter eſt in tēpore ſe habet mediate ad illud quod ſe habet totaliter in ęternitate. Duo ergo facit, quia primo ponit hanc propõnem, vꝫ ꝙ inter rem quę totaliter eſt in ęternitate, & rem quæ totaliter eſt in tpe eſt res media: quæ ſᵐ aliquid eſt in tpe, & ſᵐ aliud in æternetate. Scđo agit de illa re media oñdens qualis ſit hmõi res media quia eſt ens & generatio ſimul, ibi (oĩs ſuƀa cadens) in vltima propõne. Circa primum duo facit, Quia primo præmittit propõnem. Secundo ſubiungit declarationem eius ibi (quod eſt quia) Dicit ergo ꝙ (inter rem cuius ſuƀa & actio ſunt in momento ęternitatis, & inter rem cuius ſubſtantia, & actio ſunt in momento tpis).i. inter rem totaliter æternam & totaliter temporalem (eſt medium & eſt illud). ſ. medium (cuius ſubſtantia) .ſ. medij (eſt ex momento ęternitatis & operatio) eſt (ex memento temporis.) Notandum aũt ꝙ hanc eandem propõnem ponit Proclus in. 106. propõne ſui libri ſub his verbis. Oĩs eius quod oĩquaqꝫ eſt æternale ſcđm ſubſtantiam & operationem, & eius quod ſubſtantiam & operationem hēt in tēpore, eſt medium quòd hac quidem eſt æternale: hac autem tempore menſuretur. Proclus.

¶ Dubitaret forte aliquis, Vtrum corpus ſupercœleſte ſit medium illud quod ſecundum ſubſtantiam eſt in æternitate, & ſecundum operationem in tpe, & vř ꝙ ſic. Nam illud menſuratur ęternitate participata de qua nos hic loquimur quod eſſet ĩ corruptibile, illud aũt menſuratur tpe quod eſt quid ſucceſsiuum Cum ergo ſubſtantia cœli ſit incorruptibilis: motus aũt eius qui eſt actus ipſius ſit quid ſucceſsiuum conſequens eſt quòd cœlum ſit illud medium, cuius ſubſtantia eſt in æternitate: quia eſt incorruptibilis: & operatio eius.i. motus ipſius, qui eſt actus eius (cum motus ſit actus mobilis) ſit in tpe, quia eſt quid ſucceſsiuum. Dicendum ꝙ corpus cœleſte non eſt hmõi medium ad quod oñdendum adducitur duplex rõ: vna ſupta ex propõne pręcedente: alia vero ex propõne nunc propoſita. Nam ſi primo conſideratur propoſitio præcedens: patet quòd corpus cœleſte non eſt ſupra tp̄s, imo æq̄tur tempori eſt.n. (vt ibi patuit) duplex tpale: vnum quod æquatur tempori & tempus non ſuperfluit ab ipſo: & hmõi tpale eſt cœlum: aliud temporale eſt illud quod eſt abſciſum in tpe, & hmõi tpale eſt res gñabilis & corruptibilis. Dĩr.n. res gñabilis abſciſę in tpe. Ad qđ intelligendum imaginemur vnam magnam virgam, & imaginemur vnũ pannum exſtenſum tantum quantum durat virga. Pannus tñ ille intelligatur abſciſus ſᵐ multas partes, quo poſito oĩs partes panni æquabuntur virgæ. Quęlibet tñ pars panni erit quid abſciſum & æq̄ꝗ parti virgæ. Sic tota ſpecies rei gñrabilis & corruptibilis, eſt quaſi quid abſciſum & æquatũ parti tpis. Cœlum ergo non eſt illud medium inter ea q̄ ſunt ſupra tp̄s, & iſta gñrabilia quæ ſunt abſciſa in tepore. Quod ſi ſic eſt nõ habebit cœlum ſubſtantiam in æternitate cum ponatur eſſe quid tpale. Hoc idem etiam põt haberi ex eadem propoſitione precedenti. Nam in præcedenti propõne diſtinguitur duplex tpale, vnum æquatũ tpi & hoc eſt cœlũ, aliud abſciſum in tempore, & hmõi ſunt iſta gñabilia. Et huic dicto ĩnititur rõ facta .ſ. ꝙ cœlũ ſit quid tēporale: ſed poſtea in cõmento illius propõnis diſtinguitur duplex ſempiternitas, vna ſupra tempus: & altera ęquata tpi. Primam ſempiternitatem habet Deus qui eſt ſupra ęternitatem & intelligentiæ quę pariſicantur ęternitati, & aĩę cœlorum que attingunt æternitatem. Secũdam aũt ſempiternitatem quæ eſt æquata tempori, & eſt temporalis habet corpus cœleſte. Quare ſi conſideretur propõ precedens & commentum eius, pꝫ ꝙ cœlum nõ eſt illud medium inter eternitatem & tempus, ſed eſt quid temporale. Rurſus hoc idem patet (vt communiter ponitur) ex verbis huius propõnis propoſitæ. Nam medium inter rem quæ eſt totaliter in æternitate, & rem quę eſt totaliter in tēpore habet ſubſtãtiam in ęternitate, & operationem in tpe. Motus aũt cœli licet ſit actus cœli, quia eſt perfectio eius: non tñ debet dici operatio cœli ſed magis eſt quædam pafsio ipſius cœli: in motu.n. ipſius cœli motor ſe habet ſicut agens, & operans, cœlum aũt ſe habet ſicut motum & paſſum. Propter hoc ergo ꝙ motus cœli menſuratur tempore, non debet dici cœlum habere operationem in tempore Primæ tñ rationes magis concludunt hoc non eſſe de intentione Authoris ꝙ.ſ. cœlum nõ ſit tale medium de quo agitur. Nam ad hanc rõnem facilis eſt reſponſio, quia & ſi motus cœ-

Margin notes: B — In ꝓpõe 30. A.B. — C — ĩ ꝓpõne. 30. F.I.

ſi debeat dici magis paſsio cœli q̃ actio eius:h3 tñ cœlum ex ſuo motu aliquam actionem, & influentiam in hęc inferiora:quę tpe menſurantur. Eſt.n. ipſum cœlum primum alterãs, non alteratum:& quia alteratio quam agit cœlum in hęc inferiora menſuratur tempore magis ẽt q̃ ipſe motus cœli,qui ſcd͂m ſe totum non menſuratur tempore, quęlibet autem alteratio hic inferius facta ſm ſe totã menſurať tpe. Poterit ergo dici actio cœli eſſe in tpe.

D ¶ Vlterius autem dato ꝙ cœlum (ſcd͂m hunc Auth.)ſit quid temporale,& nõ ſit illud medium de quo hic agitur,propter argumentum in præcedenti dubitatione factum.

¶ Dubitaret forte aliquis,quõ cœlum qď ſecundum ſubam eſt quid incorruptibile, poſsit dici ſecundum ſubam eſſe quid temporale,vel quid tempore menſurabile. Dicẽdum ꝙ ſm hunc Authorem illud dř eſſe temporale ſecundum ſubam in cuius ſubſtantia h3 eſſe tpſ: quod non vacat oĩo à proprietate loquutionis. Nam ſi illud dř eſſe ſanum in quo eſt ſanitas,& illud album in quo eſt albedo:illud quoq; dicetur temporale in quo eſt tp̃s: & illud ſecundum ſubam erit tpale in cuius ſuba erit tp̃s. Sed(vt patebit)in ipſa ſuba cœli h3 eſſe tp̃s. Eſt ergo cœlum ſcd͂m ſubam quid temporale,& ſi tp̃s ſic eſt in cœlo, & cœlũ eſt quid temporale,ɔ̃ñs eſt ꝙ cœlum ſit in tẽpore,quia(vt dř in.5.metaph.) non eſt dr̃ia interdicere ꝙ homo eſt in ſanitate,& ꝙ hõ eſt ſanus. Ergo à ſimili non erit dr̃ia interdicere,ꝙ cœlum eſt temporale,& dicere ꝙ celum eſt in tpe. Si ergo tp̃s eſt in cœlo celum eſt temporale,& eſt in tẽpore. Quòd aũt tp̃s ſit in cœlo,p3. Quia tp̃s eſt paſsio primi motus:& quia primus

1 propõ,c 31.E.& n ppõe.32. G.H.

T.c.14.

E motus eſt in cœlo:conſequens eſt ꝙ ipſum tp̃s ſit in ipſa ſuba cœli. Accidentia. n. oĩa quæ ſunt in ſubſtantia non hñt ordinem ſitualem,ſed ſolum cauſale. Quodlibet.n. accidens immediate attingit ipſam eſſentiam ſubę,& eſt in ipſa eſſentia ſubſtãtiæ. Non.n. ſic ſe habẽt accidentia ad ſubam ſicut veſtimenta ad corpus:vt quia ſcd͂m veſtimentum primum attingit:ideo dř attingere corpus,non ꝙ ſcd͂m ſeipſum attingat. Talis aũt ordo ſitualis non eſt inter formas,quę ſunt in materia,ſiue ſint accidentales,ſiue ſubſtantiales,quęlibet.n.forma attingit ipſam eſſentiam materię. Non. n. dicemus ꝙ forma ſubalis attinget immediate materiam,non aũt forma accidentalis,Ita ꝙ hmõi accidentalis forma immediate ſolũ attingat ſubſtantialem formã. Non.n.põt dici ſic,quia vbicunq; eſt forma ibi eſt materia.Quicquid ergo attingit eſſentiam formæ,attingit & eſſentiam materiæ. Eſt ergo ſolũ ordo cauſalis inter formam ſubſtantialẽ,& accidentalẽ. Quia forma ſubſtantialis eſt cã quare forma accidentalis inſit materię. Iuxta illud primi phyſicorum,materia ſubiecta cum forma eſt cã oĩum accidentium,quę fiunt in ea. Et qď dictum eſt de forma ſubſtantiali, & accidentali reſpectu materiæ,intelligendum eſt de oĩbus formis accidentalibus reſpectu ſubſtantiæ. Quodlibet.n. accidens attingit immediate ipſam eſſentiam ſubſtantię,Ita ꝙ nullus eſt inter accidentia ordo ſitus,ſed eſt ſolum ibi ordo cãlis, quia vnum accidens cã eſt quare inſit aliud accidens. Ipſe ergo motus,& ipſum tp̃s ſunt in ipſa ſuba cœli. Vnde cœlum erit tẽporale ſcd͂m ſubã,quia in ipſa ſubã cœli eſt tẽpus. Erit ẽt ipſa ſubſtãtia cœli in tẽpore, quia non refert inter dicere hoc eſt tẽporale,& hoc eſt in tẽpore. Aliquis ergo modus ꝓprię loquutionis eſt in hoc dicto,ꝙ cœlum eſt tẽporale. Et ꝙ oẽ in quo eſt tẽpus ſit tẽporale, ſiue ſit in eo tanq̃ accidẽs in ſubiecto,ſiue tanq̃ menſura in menſurato. Tanquam.n.accidens in ſubiecto eſt in motu primi cœli,& in ipſo primo cœlo,& ẽt eſt in hoc motu tanq̃ menſura in menſurato,non ꝙ menſuret totum motum ſimul,ſed quia menſurat ipſum ſm partes. In alijs aũt motibus,& in alijs mobilibus eſt tp̃s ſicut menſura in menſurato.Attñ in talibus dictis non eſt oĩs modus proprię loquutionis, nam non eſt illud tẽporale in quo eſt tp̃s quocunq; mõ,ſed proprie illud eſt tẽporale qď tempore clauditur. Sicut nõ eſt illud locale in quo eſt locus q̃locunq;,ſed illud per ſe, & proprie eſt locale qď loco clauditur. Nam locus eſt vltimus terminus continentis,locus ergo vt locus eſt in re locante,non in re locata.Hoc ergo mõ nihil in quo eſt locus ſm,ꝙ hmõi eſt locale, & contentum, ſed magis eſt continens,Sic nihil in ergo eſt tp̃s ſicut in ſubiecto eſt tẽporale,ſed magis eſt ſempiternum. Ipſum.n. ſubiectum temporis ſm ſe tẽpore claudi non põt,quia tunc extenderet ſe tp̃s vltra id in quo eſt,& accñs vltra ſuum ſubiectum,qď eſt inconueniens. Loquendo ergo

T.c.80.

F

de temporali large, ſm ꝙ id in quo eſt tps eſt tpale, cœlum ſic ſm ſubãm eſt aliquo modo quid tẽporale, non ꝙ ipſa ſubſtãtia cœli claudatur tẽpore, ita ꝙ inceperit eſſe in tẽpore, vel ꝙ finiatur in tempore, ſed quia in ipſa ſubſtãtia cœli eſt tps. Hoc ergo mõ (ſcd'm quẽ modum loquitur iſte author) cœlũ non eſt illud mediũ inter æternitatem, & tempus, quod ſecundum ſubſtantiam eſt in æternitate, & ſecundum operationem in tempore.

¶ Vlterius forte dubitaret aliquis, vtrum intelligentia ſit tale medium qd' ſecundũ ſubãm eſt in æternitate, & ſm operationem in tpe. Et vr̃ ꝙ ſic. Nam ſm Proclum in ꝓpoſitione 53. ſui libri: oĩs æternitas menſura eſt æternoꝝ, & oẽ tps temporalium. Et hæ duæ mẽſuræ ſunt ſolum in entibus vitę, & motus. i. eſſe, & motus. Nam viuere viuentibus eſt eſſe. Vult ergo Proclus ꝙ ſolum ſunt duę menſurę in entibus, vna quę menſurat eſſe, vt æternitas: & alia quę menſurat motum, vt tps. Quòd aũt hæ duæ ſolæ menſurę ſint in entibus, probat Proclus in Commento prędictæ propõnis. Nam quicquid menſurat durationem alicuius, vel menſurat eam totam ſimul, vel menſurat partem poſt partem: ſi totam ſimul, talis mẽſura erit æternitas: ſi vero partem poſt partem erit tps. Et quia non eſt dare medium inter menſurare hoc modo, & illo: Ideo erunt ſolum hæ duæ menſuræ in entibus. ſ. æternitas & tps. Intelligentia ergo cum non habeat oẽs ſuas opationes ſimul: quia eſt plena formis, & non intelligit per oẽs illas formas ſimul: ſed nunc intelligit per vnam formam, ſiue per vnam ſpẽm intelligibilem, & nunc per aliam. Conſequens eſt ꝙ intelligentia ſit illud medium quod ſubãm hꝫ in æternitate, & operationem in tẽpore: cum in ipſis operationibus intelligentię cadat prius, & poſterius. Et per conſequens tps. Dicendum ꝙ cum de re cõſtat de verbis modicum eſt curandum. Nulli. n. eſt dubium ꝙ accipiendo tps large, pro quacunqꝫ variatione, ſiue pro menſura rei quocunqꝫ modo variabili. Intelligentia hꝫ ſubſtantiam ſuam in æuo, ſiue in æternitate participata (quam iſte Author abſolute vocat æternitatẽ) opationes aũt ſuas hꝫ in tpe. Sꝫ tps illud eſt æquiuoce dictũ cũ iſto tpe nr̃o (vt in qõnibus nr̃is Theologicis de mẽſura angeloꝝ diffuſius diximus) ſꝫ accipiẽdo tps ꝓprie: opationes angeloꝝ, ſiue intelligentiaꝝ non ſunt in tpe. Nam nihil eſt proprie in tpe, niſi qd' hꝫ partem poſt partẽ, ita ꝙ totum tps menſuret totũ, & pars partẽ. Vbi ergo nõ eſt dare totũ hñs partes, nũ eſt ẽt dare ibi aliquid qd' ꝓprie tpe mẽſuret. In intelligentijs aũt nullũ eſt totũ qd' hẽat partẽ poſt partẽ, ſicut videmus in iſtis corpalibus in qbus motus eſt quod dã totũ hñs partẽ poſt partẽ, Ideo ꝓpriũ eſt motui ꝙ tpe mẽſuret. In intelligentijs aũt ſi accipis vnam opationem, accipis quoddã totũ, quia q̃libet res põt dici quoddã totũ, vel in parte, vel hñs partes, vel ante partes (vt. s. in ꝓpõne. 22. diffuſius diximus) ſꝫ hmõi vna, & eadẽ opatio intelligẽtiæ non hꝫ partẽ poſt partẽ, ſꝫ eſt tota ſimul. Si vero accipis plures operõnes ipſius, accipis aliqd poſt aliqd, ſꝫ nõ accipis aliqd' totũ, quia duæ operõnes ad nullum cõem terminũ copulant, vt faciãt quoddã totũ. Eſt ergo ibi dare operõnem poſt operõnem, ſꝫ nõ eſt ibi dare partẽ poſt partẽ, & ideo nõ ꝓprie eſt ibi dare tps. Si. n. vna intelligẽtia produceret hodie, & alia produceret cras, eſſet ibi dare intelligentiã poſt intelligentiã, non tñ pp hoc intelligentię menſurarent tpe, ſꝫ q̃libet intelligentia hr̃et ſuũ æuũ, & ſuam menſurã indiuiſibilẽ qua menſuraret. Sic diceret author iſte, ſi intelligentia intelligit nunc vnũ, & poſtea aliud, eſt ibi dare vnã operõnem intelligibilem poſt aliam, ſed non eſt ibi dare tps, ſed quælibet illa opatio hẽbit ſuã menſuram indiuiſibilẽ, qua menſurabit. Dr̃ia tñ eſt inter operationes ſic ſe hñtes ſcd'm prius, & poſterius, & intelligẽtias aliquas, ſi eſſent productæ ſm prius, & poſterius, quia duę intelligentię, vel plures ſic productæ, nec faciunt vnũ, nec ſunt in vno, nec reſpiciũt aliquid vnũ tanq̃ ſubiectũ. Sed oẽs operõnes vnius, & eiuſdẽ intelligentię, lꝫ non cõtinuent ad inuicẽ, nec faciant vnũ, quia nõ hñt aliquẽ terminũ copulantẽ, ſicut partes lineę, & cuiuſlibet alterius cõtinui faciunt vnũ per hmõi copulationẽ, attñ oẽs hmõi operõnes reſpiciunt vnũ aliqd tanquã ſubiectũ. Propter hoc, inter duas, vel plures intelligẽtias ꝓductas ſm prius, & poſterius (ſi ita poſſibile eſſet fieri, vel ſi ita fieret) quia certũ eſt Deo hoc eſſe poſſibile, non daremus tps, quia nõ eſſent aliquid vnum diuiſum ſcd'm prius, & poſterius, nec eſſet dare aliquid vnũ ſubiectũ in quo hmõi intelligentię reciperent ſcd'm

prius & poſterius. Sed propter operationes intelligentiæ ſibi inuicem ſuccedētes vno modo eſt dare tēmpus,& alio modo non. Non.n. eſt ibi dare tempus,eo ꝙ non ſit ibi dare aliquid vnum totum hñs partem priorem & poſteriorem, quod tpe menſuretur : quia ex illis pluribus operationibus non conſtituitur aliquod vnū totum. Eſt aūt ibi alio modo dare tps (lꝫ non proprie) quia eſt ibi dare aliquod vnum ſubiectum in quo eſt aliquid prius & aliquid poſterius,vt in ipſo intellectu intelligētię vna operatio eſt ibi per prius,& alia per poſterius. Voluit tñ Author iſte intelligentiam eſſe totaliter exemptam a tpe:quia nihil eſt in ītelligentia quod non menſuretur menſura indiuiſibili.Nam ſubſtantia intelligentiæ menſura indiuiſibili menſurat:ſic ēt & eius operatio menſurā indiuiſibilē habet. ſi aūt ibi prius & poſterius:ꝑpter tale prius & poſterius,pōt ibi poni tp̄s,& nō poni,diuerſis reſpectib9 (vt ē per habita manifeſtū vel declaratū) Author tamen iſte non poſuit ibi tp̄s (vt patuit.)

K ¶ Vlterius forte dubitaret aliquis,vtrum tale medium quod ſcd̄m aliquod menſurat æternitate,& ſecūdū aliud tpe ſit aīa cœli. Et vr̄ ꝙ non quia hmōi aīa eſt quędam intelligentia, cum ergo intelligentia parificetur ęternitati,& aīa cœli parificatur æternitati. Præterea aīa cœli mouet īmobiliter, ꝑpter ergo ſuum mouere (vt quia mouet cœlum)nulla variatio accidit circa ipſam aīam. Non ergo pp hoc erit hmōi medium:quod ſcd̄m aliquid menſuratur ęternitate & ſecundum aliud tpe.Dicendum ꝙ aīa cœli ſecundū hunc Authorem eſt illud medium quod ſubām hēt in ęternitate,& operationem in tpe. Diſtinguemus ergo de operatione,ſicut diſtinguit Philoſophus in nono Metaph.quia quædā eſt operatio nō tranſiens in exteriorem materiam: alia vero eſt tranſiens & eſt perfectio rei actę, & eſt in re actioni

T. c. 16. ſubiecta. Cum ergo dicimus,ꝙ operatio aīæ.i.motoris cœli eſt in tpe,non intelligimus de actione in teriori, cuiuſmodi ē intelligere:quia illa hēt menſurā indiuiſibilē, ſicut & operatio intelligentiæ : ſed intelligimus de operatione tranſeunte in exteriorem materiā, cuiuſmodi eſt motus cœli. Talis.n.motus eſt operatio aīę mouentis: quia motus eſt motio & actio motoris. Talis.n. operatio tpe menſurat, cum ſit qd̄dam totū ſucceſsiuū hñs partem poſt partē īmꝑ per ſe in eſt motui ꝙ tpe menſuretur. Vult ergo iſte Author ꝙ aliquę ſint ſubæ ſeparatæ non habentes operationem īmediate in corpora, vt intelligentiæ ſuperiores:

